16 † sez quod non valet, videtur de iure verior. Ad. l. fi. de li. cau. resp. qō illud est verum, vbi est certum q̄ pupillus sibi vtiliter exerceat, sed vbi est dubium secus. vt in casu nostro. potest etiam esse quod exire vellet propter asperitatē regule, quam ab initio non considerauit, cū non haberet intellectum. nec discretionem, vt j. de falsa moneta. l. j. & sic de iure nostro sine tutoris auctoritate dedicare se
17 non potest, vt in cap. j. eodem titu. de regula. lib. vj. quod dic vt ibi. ¶ † Quero quid de adulto habēte curatorē. an sine eius auctori-
tate possit ingredi monasteriū? Et videtur qō non, vt j. de in integ. rest. in l. si curatorem habens. Jn contrarium videtur. j. de nup. l. in copulādis. Ex. hic arguit pro & contra. Sed hoc querere frustra esset, q̄ hodie est determinatum per casum q̄ potest. extra de reg. c. j. & eo. tit. c. j. li. vj. ¶ Quero quid de filio familias, an personam suam dedicare possit. Dic vt j. titu. j. l. Deo nobis. Sed an bona,
18 possit restitui adueniens ingressum. Doc. dicunt † quod non, duab⁹ rationibus. §Prima, q̄ non videtur Iesus Iesum salutem anime sue procurauerit, & sic non debet restitui, vt l. non videtur. de in integ. rest. Secunda q̄ nō mutat statū, & sic restitui nōpōt, vt l. si ex causa. §. §Oponius. ff. de minor. ita refert hic Ex. Jn contrarium videt q̄ restitui possit. per c. significasti. extra de regul. Sed ad illud c. respōdetur quod loquitur in existente intra xxiij. annum, qui restitui pōt quod probat q̄ in spiritualibus minor cēsetur maior, vt not. in l. ait prætor. de min. & in c. si annum. extra de iudic. l. vj. & xv. q. iij. c. certis de causis. in gl. regulare est. &c. De matrimonio est expressum extra de rest. spo. c. ex parte. Et hoc quod nō restituatur, firmat gl. Joan. xx. q. j. c. illud. in fi. gl. magne. ¶ Quero quid si minor vel etiā maior dolo fuit inductus vt religionē ingrediatur, puta quia Abbas vt eū subduceret blanditijs ei dicēdo q̄ comederet carnes, & quod multa faceret que post annū nō habet. nūquid potest agere
19 quod rescidatur huiusmodi ingressus dolose factus? Et in hac † q. premitto sentētiā Canonistarū, cui nos stare oportet poti⁹ auctoritate quā iure vt mihi videtur, & vt expresse habēt extra de cōuer. cōiug. c. dudū. eo. tit. c. veniens. & c. ex parte. in fi. expressius xxj. q. vij. c. cōstituit. Et dicūt q̄ dolus, per quē quis est inuitatus ad religionis ingressum, est bon⁹ dolus. & sic permissus, vt ff. de dolo. l. j. §. dolū. & imputet fatuitati sue qui credidit. & hec est eorū sentētia in dictis locis. Cōtra predicta videtur. quod ingressus ipso iure nō teneat. q̄ dolus dās causam cōtractui bone fidei, reddit ipsum ipso iure nullum. vt ff. de dolo. l. & elegāter. in prin. Sed in cōtractu qui super re spirituali celebratur, nedus par, imo maior debet interuenire bona fides. igitur, &c. Jn cōtrarium videtur, quia dolus tertij proxenete non vitiat contractum, vt nota. in d. l. & eleganter. Sed Abbas iste habetur loco eiusdē proxenete inter Deum & religionē ingredientē. igitur, &c. §Petrus tenet, quod vitietur ingressus. &c. Ad argumentū propositum respondet. q̄ dolus non vitiat, verum est de dolo tertij extranei secus. si ille tertius fuerit minister domini, vel cōtrahentiū. At in proposito Abb. fuit minister Dei in hoc cōtractu, ergo dolus suus nocebit, & vitiabit cōtractū. Et hoc pu-
20 to de iure nostro verissimū. † q̄ sic ostēdo. Aut iste inducēs per dolum ab Abbate, ab initio sumpsit habitū nouitiorū non faciendo professionē, nec assumpturus aliter, nisi crederet sibi seruari ea que Abbas sibi dicebat, & per annū, & vltra sibi seruauit, & nō potest dici facta professio tacita, vel cogi posse ad expressam faciendā, quia iste nō habuit animū ibi stādi aliter, nisi promissa sibi seruarētur, & Abbas ipsum tēpore explete professionis decepit: ei blādiens, & p̄mittens que contra regulā erant quia ipse aliter nō promisisset. Et ideo cum ipsi cōtractui dolus dederit causam est dicendū q̄ ipso iure nō teneat. Hec ob. ratio Canonistarū. que dicit, q̄ dolus iste, per quem quis ad ingressum religionis adducitur, est dolus bon⁹, & sic permittitur, vt l. j. §. dolū. ff. de dolo. quia hanc nego cum distinctione tali. quia quādoque quis inducitur ad religionē in genere, vt si per dolū sibi suadeat, vt seculū dimittat, & religionē ingrediat non dicendo quam, & fateor quod iste est bonus dolus. quia quis per ipsum ad melius inuitat. Et ita intelligo q̄ Canoniste loquūtur. ¶ Pone enim quod tit⁹ erat fortis, & robustus, ad possendū quācūque regulā. quāuis asperā, obseruare, tamen nolebat seculare vitā dimittere. Certe si dolose eum induco ad relinquēdū. bonus dol⁹ erit. nec ipse poterit dici deceptus. quia meliorē vitā ingressus est. Vel potest dici quod hoc sit poti⁹ quoddā cōfiliū sibi prestitū quā dolus. Quādoq̄ p̄ dolū quis inducitur ad ingressum certe religionis. forte. quia debilis, & nō assuet⁹ vigilijs, & ieunijs. Et dico q̄ aut ipse dolus cōmittitur ab extraneo, & sue fatuitati imputet, quia illi extraneo credidit de re ad eū non pertinēte. Aut ipse dol⁹ cōmittitur ab Abbate, vel prelato, cui⁹ religionē ingreditur, & tūc dico quod iste dolus est mal⁹. Nā ex eo citius possunt sequi mala. quia forte ille deceptus impotēs regulā apostatare cogeretur, vel
21 ipsam saltē nō obseruare. † Nō em̄ facilis est vite mutatio, sed cum magno fit labore, vt in auth. de monachis. §. hinc autē nobis. co. j. ¶ Ex aūt q̄ dicit bonū dolū permitti, loquitur de illo qui in om-
22 nem euentū bonus est, vt si captus ab hostib. per dolū aufugiat, vt d. l. j. §. dolū. Nō ob. illud quod Canon. dicit, imputet ingrediēs fatuitati sue, quia nulla est fatuitas si credo illud q̄ mihi promittitur ab Abbate viro religioso, & de negotio, q̄ ad eum spectat, & de
23 obseruantia regule. Excusatur enim ille, qui credit † fide digno homini, vt no. ii. l. nec supina. in gl. ff. de iur. & fa. ign. & l. j. ff. de eo p̄ quē factū erit. Cōcludo igitur, vt §. q̄ ab Abbbate talis dolus commis-
24 sus ingressum vitiat ipso iure. ¶ Quero quid in seruo, † an sine cōsensu domini possit ingredi monasteriū? Tex. est q̄ sic in aut. de mona. §. sancimus ergo. colla. j. Nec monasterium tenetur reddere domino precium serui, vt ibi no. in gl. Cōtrariū videtur de ser. nō or. c. si seruos. ¶ Quero, quid de viro habente vxorē vel vxorē habēte virū,
25 an vnus iuito alio monasteriū † ingredi possit. & de spōso p̄ verba de futuro certū est q̄ sic, vt j. tit. j. l. Deo nobis. de spōso vero, vel spōsa de presenti, idem, vt extra de cōuer. cōiug. c. j. &c. ex publico. & de spōsa. c. cōmissum, & de hoc, ex̄ psse extra de voto. c. j. li. vj. Si vero sit secuta copula carnalis, tūc vni nō licet inuito alio, vt dictis capitulis dicitur, sed altero consentiente bene potest, vt extra de conuer.

coniug. c. j. & c. coniugatus. & xvij. q. ij. c. nos nouimus. de quo habe
26 tur in aut. de nup. ſ. per occaſionem. ¶ Quero, quid de officiali ſimito officio an poſſit igredi monaſteriū de iure ciuili? Dic vt in lo officiales. & l. quiſquis. in aut. ſed neq; j. ti. j. aut. de ſan. epi. ſ. ſz neque Canonice latius extra de obli. ad ratio. vbi gl. mag. ¶ Sequitur in tex. & ſua. oppo. hic dicitur quod obligat ſe. & ſua. contra per ſoluz votū res non efficiuntur eccleſie. ſed perſona obligatur. vt ff. de polliciti. l. ij. in prin. ¶ Bl. ſoluit in eo quod dicit ſe ſtatī p̄prie. in eo quod dicit ſua. ſtat impropꝛie. quia bona ſtatim non ſequuntur eccleſiam. Dec ſol. non videtur bona. Nam cum ſtatiz perſona efficiatur eccleſie. & in eius poteſtatem tranſeat. cod. modo omnia bona ſua quo ad p̄prietatem. & dominium in eccleſiam tranſeūt vt ff. de preca. l. ſi adoptauero. Non ob. l. ij. ff. de polli. quia loquitur quando quis vouit viam rem particularem. cuius dominium nō tranſit per ſolum votum. ſed per oblationem. hic autē vouit perſonam ſuam quo caſu trāſit perſona ſua. & oia bona. vt hic. ¶ Opp. quod ingredies monaſterium bona ſua non dedicet. vt in aut. vt nul. iud. ſ. ſi vero poſtea. j. de adul. aut. ſed hodie. Sol. Ibi loquitur in adultera que in monaſterium ponitur. & ibi capta mittitur. nec ſeculo renunciat. Hic loquitur in ingrediente monaſterium. & ipſō te profeſſionem faciente. Ita ſentit gl. magna hic in fi. ¶ Opp. extra gl. hic dicitur quod tranſfert ſua in monaſterium contra. regulariter dominum ſine traditione non tranſfertur in alium. l. traditionibus. j. de pac. Jac. bene ſoluit duob. modis. Uno modo quod hic loquitur in acquiſitione vniuerſali. in qua dominiuz ſine traditione tranſfertur. vt ff. p̄o ſocio. l. j. & ibi no. Secūdo modo hoc eſt ſpeciale in eccleſia eius fauore. vt l. uter vtrum. j. eo. ti. Quelibet
27 uſtarum ſol. eſt bona. Nam in qualibet vniuerſali ꝛacquiſitione trāſfertur dominium ſine traditione. vt d. l. j. ff. p̄o ſocio. & l. cum heredes. in prin. ff. de acq. poſ. Et idem in patre arrogatore. qui videtur vniuerſalis ſucceſſor. vt ff. de ado. l. ſi pater. Et in fiſco qui per publicationem vniuerſalem ſucceſſor eſt. vt l. actione. ſ. publicatione. ff. p̄o ſocio. Idem dico in eccleſia. que vniuerſaliter ingreſſo ſuccedit. arg. l. ſi ita quis. ſ. ea lege. & ibi no. ff. de ver. obl. Secus in partī cularī. vt d. l. traditionib. niſi in caſibus no. in l. ſi ager. ff. de' rei ven. Hoc etiam probatur ex tex. ant. ꝯ. dum dicit. ipſo ingreſſu. ꝛc. quaſi non requiratur res ſtatim. hoc eſt traditio. ſed ipſo iure dominiuz in eccleſiam tranſferatur. ¶ Quero. licet dominium bonorum in ec
28 cleſia tranſferatur ſine alia traditione. quid de poſſeſſione. ꝛan eccleſia poſſideat bona ingreſſi ſine alia apprehenſione? Videtur ꝯ non. vt ff. de acq. poſ. l. cū heredes. in prin. & d. l. ſi inter fratres. ſ. idē reſpōdit. & quod no. in l. ſi. ff. quod cuiuſque vniuer. no. Imo. tenet oppoſitum extra de p̄ob. c. in preſentia. Bl. ff. de acq. poſ. l. qui vniuerſas. & nō firmat ſe. Sed hoc tenet gl. expreſſe. xxiij. q. iij. c. ſi qua mulier. in vlti. queſtio. nō aliegat ꝛtraria. vt j. dicā. in q. quo iure bona ingreſſi pertineāt ad eccleſiā. ¶ Quero ergo. quid ſi ingrediēs ex pacto aliqua bona ſibi retinuit. Reſp. quod pactum non valet. ſed ingreſſus remanet validus. arg. ff. de acq. rer. do. l. liber homo. in fi. & ff. de vſur. l. placuit. Ita dicit hic gl. ¶ Circa hoc dubium gl.
29 ꝛ doct. variāt. & diuerſa loquūtur. & vt dixi. gl. tenet quod ingreſſus valeat. ſed pactū vitietur. Idē tenet in aut. de mo. colla. j. ſ. illō quoq; gl. tamen. ff. de vſu. & hab. l. per ſeruuz. ſ. j. diſtinguit ſic. Aut hoc pactū apponitur tēpore ingreſſus. & incontinenti. & vitiatur vtrūq; ſcz ingreſſus. & pactū. Aut ex interuallo. & vitiatur pactum ſed ingreſſus remanet. extra de ſtatu mona. c. ij. Bl. magna tenet ꝯ vitietur ingreſſus. & idē tenet in c. ſi. extra de condi. appo. De hoc etiam querit gl. licet ſe nō firmet. extra qui cler. vel vouentes. c. ſi. & xxvij. q. ij. c. ſolet. Jac. de Are. ff. de her. inſti. in l. ſi ita quis heres exceptō. ſentit ꝯ vitietur ingreſſus. Bul. de Lug. hic tenet oppoſitū ꝯ ingreſſus teneat reuocato pacto. Jac. de Bel. in aut. de mona. in ſ. illud. diſtinguit. quod aliquādo nolūt eſſe. aut conſtat quod nullo modo voluit eſſe alter. aut dub. tatur. Primo caſu vitiatur pactum & ingreſſus valet. Secō vitiatur vtrunq;. Jac. But. in lec. extra hanc aut. dicit ſic. Aut hoc pactū apponitur per modū condītionis. vt dicit me. ſi mihi liceat retinere mea. & tunc vitiatur ingreſſus. q̄ tūc ſub impoſſibili cōditiōe factū. que ꝛditio impoſſibilis vitiat in ꝛtractibus. vt Inſti. de inut. ſtipu. ſ. impoſſibilis. Aut nō apponitur per modū cōditionis hoc pactū. ſed ſimpliciter q̄ dī. dicit me ſine bonis meis. tūc aut ſtatim facit dedicationē. & vitiatur ingreſſus. aut ex interuallo. & tūc ſolū pactū vitiatur. vt gl. in d. l. per ſeruū. ſ. j. Ex. tenet hic opi. huius gl. & quia. vt dixi. in hac q. gl. & doc. variāt. ideo in hoc ſequor ſententiā commentatoris ali quo addito ſic dicētis. Verba. que ponūtur in aliquo cōtractu. de bēt intelligi ſm̄ naturā ꝛctus ſuper quo opponūtur. vt ff. de dam. infec. l. dam. infe. ſ. quidā. ff. loca. l. ſi vino. in prin. ¶ Nunc ad propoſitum. monachus non poteſt habere propriaz. vt hic & extra de ſta tu mona. c. ij. ad monaſteriū. tamē quo ad adminiſtrationem & vſuz poteſt aliquid habere ex permiſſione Abbatis. vt eſt tex. extra de ſta. mona. c. ij. ſicut ſeruus. qui nihil habere pōt. & tamen conniventibus oculis domini aliquid habet. vt ff. de manu. l. iij. in prin.

Unde quādo reſeruatio fieret ſimpliciter. dz intelligi quo ad adminiſtrationē & vſum. vt d. c. ij. & qō Abbas patiatur eū habere. ſicut dominus patitur. que equiparatio ſerui ad monachū procedit. vt dicit Jun. in c. cum olim. extra de prin. & ſic vtrunque valet hoc caſu. Sed ſi verba expreſſe ſonarent qō dīſtum rerū remaneat apud eū. tūc hoc pactū apponitur p modū cōditionis ad ipſum ingreſſum. vt dicō me & mea. ſi dīnum talū rerū remaneat meum. Et tunc aut conſtat quod in omnē euentum voluit monachus remanere. & vitiatur pactuz. & ingreſſus tenet. Aut hoc non conſtat. vel eſt dubium. & tale pactum vitiat ingreſſum. quia videtur deſicere voluntas ingredientis. vt d. cap. ij. de ſtatu mona. Aut tale pactum non apponitur per modum conditionis. ſed per modum. vel viam ſimplicis pacti. & tunc modus vel pactum vitiatur. & remanet ingreſſus. vt hac gloſſ. cum ſi. de hoc per Archi. xij. q. j. c. nō dicatis. & per Pau. de Leaza. extra de regula. c. eos
30 qui. in cle. ¶ Querit gl. quid ſi dedicat ſe & ſua. an ex ſuperuo ꝛadū ciatur ſua? determinat. & arguit quod ſic. cum ex dedicatione perſone omnia bona facta ſunt mona. nō poſſunt amplius fieri eius. vt ff. de acq. poſ. l. iij. ſ. ex pluribus. Reſp. diſtinguendo. quod ſi precedat dictio me. ſuperuo adiciatur. & mea. ſed ſi precedat dictio mea. tunc erit effectus. q̄ habebit bona ex ꝛceſſione expreſſa. non ex tacita. vt j. de pac. cōuen. l. ſi. & dicit gl. ꝯ ſi precedat dictio me. & ſequatur mea. habebit bona ex ꝛceſſione expreſſa. vt ff. de noua. l. cum eiuz. hec ſunt verba gl. ¶ Quis autē poſſet eſſe effectus. vtrū monaſterium habeat bona ingreſſi ex cōceſſione expreſſa. vel tacita. habebis in q. ſeq. ¶ Tamen in queſtione propoſita dico ſic. Aut quis dedicat ſe cum ſuis bonis. & tunc expreſſio bonorum ui hū operatur. quia exprimitur per illum modum qui tacite meſt. vt
31 j. de fideiuſ. l. non recte. & ff. de le. j. l. iij. Natura enim connunctionis ꝛcum. eſt contingere. acceſſorie. nō principaliter. vt ff. de pec. leg. l. j. & ij. & Inſti. de leg. ſ. ſi quis ancillas. Aut quis dedicat ſe & ſua. & tunc verum dicit gl. quod hic ponitur per aliam modam quā per eum qui tacite inerat. Nam hoc modo expreſſo. bona veniebant p quandam conſequentiam. nunc veniunt principaliter. quia natura connunctionis. &. eſt contingere principaliter. vt d. l. j. ij. & iij. ff. de pec. leg. ¶ Querit gl. pone quod ex aliqua cauſa non teneat ingreſſus. quid erit de bonis? ꝛ Reſp. quod nec oblatio bonorum te
32 net. quia ſi non valet expreſſiuz ſcilicet ingreſſus. non debet valere tacitum ſcilicet dedicatio bonorum. vt ff. de ſer. ruſt. predio. latem. in fi. hec ſunt verba gl. Bl. diſtinguit. aut ingreſſus. & rerum oblatio non expreſſa voluntate veniebant. & tunc vitiato ingreſſu reuocantur bona. que tacite ad illuz veniebant. & hoc arg. l. iij. ſ. qui habet hauſtum. ff. de ſerui. ruſti. p̄ed. Aut expreſſe dedicauit bona. & tunc non reuocantur. vt l. ſi. j. ſi reus vel accu. mor. Ita dicit gio. in aut. de mo. ſ. illud quoque. Ita tenet gl. hoc diſputans de cler. coniug. c. quod a te. de hoc xvij. q. iij. c. j. Bul. de Lug. in lec. huius aut. dicit. Aut ille qui ingreditur monaſterium. ſciebat ingreſſum nullum vel cauſam p̄opter quā nulli? erat. vt q̄ contradicente. & inuita vxore. ingreſſus non tenet quo ad perſonam. vt in aut. de mo. ſ. ſi vero relinquens. & de ſanc. epi. ſ. monachus. Aut ingrediens ignorabat ingreſſum nō tenere immo ipſum valere credebat. vt q̄ habebat vxorem. quam mortuā veriſimiliter putabat. que tamen viuebat. & tunc bona recuperat. vt ff. de condi. ob. cau. l. j. ij. & iij. ſ. ſi lib. Item quia ingreſſus monaſteriam habetur p̄o morte. vt l. Deo nobis. j. tit. j. & ideo ſicut donans cauſa mortis. nō ſecuta cauſa. illud reuocare poteſt. vt ff. ſi cer. pet. l. non omnis. in prin. & in ci. de dona. cauſa. mort. cum ſi. ſic reuocat hoc caſu. cum ingreſſus nō teneat. p̄o hoc alle. l. filioſa. j. de ſponſa. & j. ti. ij. l. ſi legib. Jaco. bene tenet idem. & Bul. eo modo diſtinguendo. quod ipſe p̄obat. alias monaſterium habetur loco filij in bōis ingreſſi. vt j. dicam. Sed ſi non tenet ingreſſus. nō habetur vt filj?. & ſic bona nō remanēt apō monaſterij. Nam ſi aliquis diſponat in aliquē credēs ipſum filiū. ſi non eſt. non valet diſpoſitio. vt j. de her. inſt. l. ſi pater. cum ſi. Ita hic iſte ingreſſus. qui cum valere credebat. putabat monaſterium ſibi ſuū eſſe. cum nō ſit bona reuocari poſſunt. Si vero ſciebat nō tenere ingreſſuz. & tunc aut dedicauerat bona per modū conditionis. vt dedico me & mea. & tunc ſi ingreſſus non valet vitiatur dedicatio bonorū. & ita recuperat. vt l. ſi mūtē. j. de condi. ob cau. Aut ſimpliciter. & tūc recuperare ea nō poſſet. Et circa hoc Jac. examinat hic illud. An vitiato expreſſo. vitietur & tacitū. Dic plene per eundē. Jac. de Bel. in aut. de mo. ſ. ſi quis aūt. vbi tenet ꝯ aut culpa. aut ſciētia ingreſſi. & bona remanēt ipſi monaſterio. alias Roſ. diſputauit hanc q. & eſt ius. in ordine queſtionū ſuarum. tū determinat idē ꝯ gl. predicta. ſcilicet aut dedicauit bona expreſſe. & nō reuocat. aut tacite. & tūc ſic. Cuius ſic reſeruit opi. Ultramō. & nihil approbat cōmentator. quaſi cū opi. Bul. cōcō. & dicit ſic. Quīque aliquis offert monaſterio ſe cū. ita q̄ bona veniāt acceſſorie. & tunc vitiato expreſſo vitiatur & tacitū. ꝯ eſt eius acceſſorium. vt d. gl. hic. & bene. Quīque quis offert ſe cū ſuis. & tunc idē eadē ratione. q̄ ita dictio cū. cōtingit acceſſorie. vt 3. d. p̄o xi. q. dixi. Quandoque

doc; quis offert se z sua, z tunc aut ipse credebat oblationem de se
factã tenere, alias valere, aut sciebat nõ tenere. Primo casu debet
recuperare bona, per l. si pater. z l. nec apud. ff. de here. instit. z ibi per
rationes Jac. z Bul. Secũdo casu nõ recuperat bona. qz donare
videtur, sicut solvẽs sciẽter indebitũ, vt ff. de cõdi. inde. l. i. ¶ Querit gl. quid si ante ingressum tenebatur ex cõtractu vel delicto, an
35 monasteriũ teneatur? Respondeo glo. † quod sic, ad instar capitis
minutivt ff. de capit. diminu. l. ũ. in princi. z l. tutelas. §. si libertate. hec
sunt verba gl. Idẽ no. in aut. si qua mulier. §. eo. tit. Aliter no. in aut.
de no. in princ. in glo. super verbo, mutatione, que tenet quod ipse
monachus cõuenire possit. aliter not. eo. tit. §. si quis autẽ, vbi dicit
gl. qs actione reali alias hypothecaria, vel alia, que datur ratione
possessionis, cõueniri potest monasterium actione vero personali
ipse monachus cõuenitur. Hoc etiã examinat gl. in aut. quomodo
oporteat in princ. coll. vi. z tenet q ipse monachus cõueniri possit.
Alibi gl. distinguit, aut cõtulit in monasteriũ omnia bona sua vni
uersaliter, aut res singulares. Primo casu monasterũ teneatur, se
cundo nõ. Ita no. in l. si peculiũ legetur. §. j. ff. de pec. leg. Jac. bene
dicit, q ipse monachus conueniri debet, z in persona sua vbellus
cõcipi. z dicit esse casum in aut. causa. que. §. tit. §. que loquit in mo
nacho. z Abbas debebit ipsum defendere. q si nõ faciet, creditor
mittetur in possessionẽ bonorũ. que ex persona ingressi peruenerũt
ad monasteriũ. vt Instit. de acquisi. per arrog. in fi. z ff. de pec. leg. l.
qui peculiũ seruũ. cũ distinctione gl. l. si peculiũ legetur. eo. ti. que te
net indistincte, quod siue bona trãsferãtur singulariter, siue vniuer
saliter. quod semper monasteriũ teneatur. qz vniuersalis heredis z
successoris loco habetur. Unde non refert qualiter, qñ. z quãdo
res trãsferatur, cum alius successor nõ appareat. vt §. de her. instit. l.
quoties, z l. j. §. si ex fundo. z l. ex facto. ff. e. ti. z quod plene no. in l. ij.
§. cũ ex causa. ff. de iur. fis. Et ita dicit Jac. de Bel. in aut. de mona.
§. si quis autẽ forte semel. vbi tenet quod ipse monach⁹ teneatur,
z remaneat obligatus. Ly. hic recitat gl. z dicta doc. z nihil approbat. Bul. de Lu. in aut. causa que fit cum mon. §. tit. j. tenet, quod si
monasteriũ vult tenere bona. quod tunc teneatur creditoribus mo
nachi respõdere. Sinautẽ vellet ipsa bona dimittere, tunc non te
netur, imo liberatur, cum nõ habeatur loco heredis. secundũ eum,
vt §. dicam. Ego teneo hanc glo. z pro hoc vide quod no. Dy. in c.
delictum. de reg. iur. lib. vj. ¶ Pro delicto autẽ, ante cõmisso puto
34 quod monachus conueniri non possit, † cum omnis accusatio per
ingressum siue impugnatio sit remota, vt extra de vot. c. scripture,
z rrrũ. q. ij. c. admonere. Poterit autẽ monasteriũ conueniri, si aliq
quid peruenit ad eũ. vt s. in cõtractibus dixi. Et no. in d. c. delictũ,
z dicam in proxi. q. ¶ Quero, quid si monachus cõtraxit vel deli
35 quit † post ingressum. gl. in l. ex penalib. ff. de reg. iur. dicit, quod ec
clesia non tenetur. Idẽ no. in d. aut. causa que fit cum mo. quod tenet Bul. de Lu. z idem tenet idẽ Bul. in l. ij. §. ait preto. ff. de capi.
vi. quod intelligo inquantum est locupletior ad instar pupilli. vt ff.
depositi. j. §. an in pupilli. ¶ Querit gl. quid si ingressus monaste
36 rium habeat emphyteusim, vel huellium, an transeat in ecclesiam.
† Bloi. dicit quod sic. per l. peto. §. j. ff. de leg. ũ. ff. de don. inter vir. z
ux. o. l. sed si mors. §. ũ. Hec sunt verba gl. Jac. Butr. hic distinguit,
Aut debeat prestare ex illa re aliquid personale, z tũc non trãseat
in monasteriũ. sed redeat ad concedentẽ, quia cum circa ministeria
ecclesiastica fit occupatus. illa prestare nõ potest. aut qz forte ha
bitus repugnaret illi prestationi. Aut aliquã pecuniã debeat pre
stare, z tunc transeat in monasteriũ. cum potenti dare domino per
alium, vt ff. de stat. ho. l. Urethusa. ff. de condi. instit. l. ij. §. j. Cõcordat
enim hanc gl. indistincte dicens. quod est casus in aut. de ali. z em
phy. §. j. col. ij. vbi dicitur, quod transit in ecclesiã, nisi dominus re
uocet. sed si dominus vult. potest renocare. A. de Bel. in §. j. dicit
quod ille §. nihil facit. qz ille §. loquitur in oblatione expressa. nõ in
tacita. que fit per ingressum. Item cõcedit electionẽ ordinatoru. vt
ibi pater. Ly. recitat simpliciter dictũ Dy. z stat eo cõtentus. Spe,
in tit. de emphy. §. nunc aliqua. ver. ccxij. videtur tenere quod non
trãseat, nisi cõsentiat ille. cuius res est emphyteutica. qz nõ debet
posse facere causam emphyteute deteriorẽ, trans. ferẽdo in personã
fauorabilẽ, vt in ecclesiã que expelli nõ potest. si cõingat eam non
soluere canonẽ. z que nõ soluẽdo nõ primaretur re, vt l. placet. §. eo.
tit. ibi, nulla trãsiatione. ꝛc. z rvj. q. j. c. placuit. z Joã. And. extra de
reli. do. c. cõsuluit. Sed ad hoc respõdeo quod nõ ob. qz aut prediũ
fuit adscriptũ ecclesie, z tũc propter non solutũ canonẽ res nõ re
dit ad dominũ. Ita loquuntur dicta iura. Aut res est priuati, sed
trãsit in ecclesiã cum illo iure, z tũc poterit reuerti ad dominũ pro
pter canonẽ non solutũ per ecclesiã. Hoc probat in l. ũ. C. de exact.
trib. lib. x. Teneo igit in hoc sententiã Jnn. z Host. extra de prob.
c. in presentia. qui tenet q in ecclesiã transeat. ¶ Quero ego circa
hoc extra gl. Ecclesia, vel priuatus concedit rem in emphyteusim
Titio pro se, z herede suo. Titius ingreditur monasteriũ, queritur
37 an talis res trãseat in monasteriũ? z videtur q non. qz dicẽdo pro
se, z herede suo, ho. respectu aliorũ heredũ, qui existere possũt he
redes dicto Titio. Nã primus denotat ordinẽ ad secundũ. vt ff. de
iud. l. ad perẽptoriũ. z ff. de her. instit. l. si quis ita heres instituatur.
Sed vbi in ecclesiã trãsferũtur bona ingressi, perpetuo erũt apud
eam, z sic Titius nullũ aliũ heredẽ habere poterit aliquo tẽpore,
qz ecclesia nunquã deficit. Preterea cõcedẽs nõ solũ voluit q ha
beret Titius. sed z primus heres suus. Sed si Titius habuisset
aliquẽ heredẽ priuatũ. ille heres virisset presumptione iuris vsqz
ad centũ annos. que est lõgeua vita hominis. vt §. eo. l. si. z no. in l. ij.
§. si dubitetur. ff. quẽad. test. ape. Et sic videtur q saltẽ dicere debe
mus q ista emphyteusis finiatur apud ecclesiã spatio c. annorũ ex
voluntate cõcedentis. vt s. dixi. Ito hoc facit l. an vsufr. ff. quẽad.
vsufr. amit. Contrariũ puto verũ. quod in ecclesiã trãseat. z perpe
tuo. Et primo quãdo cõcedẽs cõcessit Titio. z primo heredi suo,
potuit considerare Titiũ posse habere primũ heredẽ ecclesiã. imo
debuit hoc scire. cũ lex hoc dicat. hic non admittitur ignorãtia mi
noris. z in lata culpa incidit. vt §. de leg. j. leges. z ff. de his qui no. infa.
l. liberorũ. §. notantur. Preterea dicit merito primo heredi suo. Nã
operari potest. nisi aliũ haberet heredẽ. z sic nõ fiunt frustra positũ.
Unde nõ ob. q primo dicitur respectu secundi. quia verum est vbi
alium priuatũ haberet heredẽ. Preterea nõ sequitur quod perpe
tuo sit apud ecclesiã. Quid enim si ecclesia canonẽ non soluit debi
tum? Certe redire poterit ad cõcedentẽ. vt §. dixi. Quero hic extra
gl. quid si concedatur res Titio pacto apposito q ad concedentẽ
58 redeat Titio mortuo. an Titio ingresso monasteriũ transeat † ta
lis res in monasteriũ? Et videtur q ad cõcedentẽ reuertatur. quasi
cõditione cessante. qz pro mortuo reputatur ingressus. vt §. tit. j. l.
59 Deo nobis. Contrariũ dic quod probo sic. expressio eorum † que
tacite insunt facta, facta per eum modũ. per quẽ insunt. nihil ope
ratur. vt l. nõ recte. §. de fideius. z s. dixi. Sed video. quod in vsufru.
hoc tacite inest q morte finatur. vt Instit. de vsufru. §. finitur. z ta
men in monasteriũ transit. vt §. dicam. Et in casu nostro quãuis ex
primatur hoc in concessione. cum hoc in monasteriũ transeat. non
finitur talis cõcessio. sicut §. de vsufru. dico. Nec ob. q talis per in
gressum mortuus reputatur. qz est quantũ ad vitam seculare. vt in
casu illius l. Deo nobis. Nam mulier lucratur ex pacto donationẽ
40 propter nuptias. qz mors ciuilis † nunquã equiparatur naturali. qñ
per vtrumqz idẽ importatur effectus. vt no. Dy. in l. si constante. ff.
sol. ma. Nec ob. si dicatur imo idem est effectus vtriusqz in casu no
stro. qz sicut dominũ illius rei habere nõ potest post mortẽ natu
ralem obstante pacto. ita nec post mortẽ ciuilem. cum in monaste
rium trãseat. vt hic. Nam dico q talis vsufr. donec viuet. videtur
seruire ad vsum, z pro alimẽtis. Sed quo ad alimẽta iste nõ ceuse
tur mortuus. qz horũ est capax. vt ff. de ea. di. l. legatũ. z l. seruos ad
custodiã. ff. de ali. z cib. le. Igitur nõ dicitur mortuus quo ad hoc.
41 Preterea dico q mors ciuilis † nunquã equiparatur naturali. nisi
in casibus a iure permissis. vt est glo. no. xvj. q. j. c. placuit. z extra de
rescriptis. c. fusceptũ. lib. vj. ¶ Querit gl. quid si ingrediẽs habeat
42 vsũfructũ. an transeat † ad monasteriũ. respõdet q sic per easdẽ le
ges. Jac. bene intelligit hanc gl. q vsufr. remaneat huic donec vi
uat. qz inseparabilis est a persona. Et pro hoc l. necessario. §. fin. de
peri. z commo. rei vendi. Ultramon. satis in hoc probabiliter dicũt
sic. quod ius vsufructus residet apud ingressum, cõmoditas au
tem eius transit in monasterium. arg. ff. de adult. l. si postulauerit.
§. iuber lex. Nec obst. quod monachus non potest habere proprũ.
quia verum est quantum ad sui commodum non monasterij. sicut
filiusfamil. quia de iure Digestorum nihil habere poterat. z tamen
remanebat apud eum ius hereditatis, ad cõmodum patris, vt ff.
de lega. j. l. cum filio. Ly. recitat hic tantum vltramonta. nihil ad
dendo, Bloi. hic querit. z nihil se firmat. vir. q. iij. ca. si qua mulier.
Jmmoc. in cap. in presentia. tenet quod transit in monasterium. z sic
concordat cum hac gloss. quod etiam hec tenet cõmentator. Bre
uiter quero circa hoc quãdo finatur vsufr. talis. Et videtur quod
centum annis. quia tantum durat vsufru. ciuitati relictus. vt ff. de
vsufru. l. an vsufru. z ecclesia z ciuitas equiparantur. vt §. eod. l. fin.
43 Econtra † videtur quod per mortem ingressi finiatur. arg. l. neces
sario. §. fin. ff. de peri. z commo. rei vendi. z ff. de iure fisci. l. Statius.
z de leg. ũ. l. cum pater. §. here. titatem. ff. de manumis. l. Caius. z de
assigna. u. l. ũ. quod credo verum quia vsufru. acquisitus patri per
filium finitur morte filij, vt §. de vsufru. l. fin. Sic dicam in mona
cho. quod morte ipsius monachi finiatur vsufru. tenet Jmmo. in d.
c. in presentia. Sum expeditus de recitatione gloss. huius authen.
z recitationibus suis. ¶ Quero extra gloss. quid si ingrediens mo
nasterium habeat feudum. an in ecclesiam transeat. Hec gloss. facit
44 † quod sic. in quantum dicit de linello z emphyteusi. Jac. de Bel.
in authen. de alie. z emphy. col. ir. tenet quod ecclesia non succedat
in feudum. z de vasallo. qui arma bellica deposuit. ca. j. z si de feud.
fuer. controuer. c. j. §. qui clericus. z per ea que no. in l. si ita quis. §.
ea l. ff. de verb. oblig. Mar. Sil. distinguit, Aut est tale feudum, ex
quo debeat prestare seruitũ plenũ, vel non. Primo casu non trans
eat. Secũdo sic de statu homi. l. Urethusa. Jn hoc teneo opinionẽ

Inn.qui dicit in c.in presentia. qđ si ex feudo isto debeat talia seruitia,que a monasterio possint honeste exhiberi per se,vel per aliū, quod tunc trāseat in monasterium,alias in dominū reuertatur,&c.

45 ¶ † Quero quid de ingrediente regulam fratrum minorum, qui non possunt habere proprium,nec in cōmuni,nec in singulari? Inno. ponit in d.c.in presentia,& ibi etiam Jo.And. Spec.in tit.de statu mona.versi.iū.queritur. Jac.But.ponit hic. Cy.hoc tangit latius in l.Deo nobis.j.tit.j.glo. Jo.And.xxvii.q.j.c.vt lex.in gl.ij.& ibi de

a hoc per Archi.xix.q.iij.c.qz ingredientib⁹.ª Circa hoc non insisto contentus,& dico in lib.Minorizarū ij.& iij.dist. ¶ Quid si filiusfa.

46 ingrediatur † monasterium,quid erit de bonis? Respondeo. Aut habebat bona castrensia,& certū est quod illa in monasteriū transferre posset,qz de his posset libere disponere. Aut profectitia,& illa contra voluntatem patris alienare non potest,vt l.fi.ſ.filijs autem fa.j.de bo.que libe. Pe.videtur contradicere,scilicet quod adventitia transferre potest in monasteriū. ¶ Ad ſ.filijs autē famil. respondeo,& ille ſ.obtinet vim alienationis inter viuos, sed moriēdo secus,vt l.Deo nobis,j.tit.j. ¶ Quero quid si filiusfa.existēs

47 in studio,cui pater libros †emerat, intrat religionē,quid erit de libris. Quidā dicunt & videntur esse bona quasi castrēsia,ideo monasteriū habebit.j.eo. Alij dicūt quod est verū in libris,qui dātur magistris,& doctoribꝰ. Istis enim cōceditur hoc habere peculiū, scholaribus nō,vt j.de inoffic.test.l.fi. Circa hoc patet sic dicendū. Quandoqz pater emit libros nomine filij,nec adhuc tradidit,nec donare velle dixit,& tunc non trāseunt in monasteriū,qz sunt proprij patris.vt l.j.j.de castren.pecul. Nā tradendo,requiritur quod sit donatio,vt l.ij.j.si quis alteri vel sibi. Quandoqz pater emit libros nomine filij,& tradidit,vel dixit se filio velle donare,& isto casu si filius erat iam aduocatus, vel doctor,tunc trāseunt in monasterium,qz censentur esse castrense peculiū. Militant enim aduocati, vt l.fin.j.de aduo.diuer.iudi. Aut ille filius erat adhuc scholaris, & tūc non posset dici quasi castrense peculiū,qz nō habebat aliquā earum dignitatū, que ponuntur in l.fi.j.de inoff.test.& isto casu non transeunt in monasteriū.Et sic transit opinio Pet. ¶ Quero quid

48 si minor xxv.annis ingrediatur monasteriū,an transferat bona † in illud.Et videtur & non:qz minor non potest alienare sine decreto, Jac.de Aret.dicit, quod est verū quod nō potest alienare siue decreto inter viuos, moriendo sic.sed ingressi monasterium mortuis equiparātur,vt l.Deo nobis. ergo &c. Sed hec ratio non videtur bona. qz minor posset alienare moriēdo, hoc cōtingit per mortem naturalem, que de necessitate cōtingit,& preuenit. Sed hic iste ingressus de volūtate procedit,dico tamē quod isto casu minor alienare potest. Ratio est,qz facit illud quod quilibet paterfa.faceret, si maior esset. Et hoc casu in istis spiritualibus reputatur maior, vt ſ.dixi. Hoc etiā probatur,qz alienatio fit per illā legē,per quam potest facere minor sine decreto. quasi non ipse,sed lex faciat,vt l.fi quis in tātā.& quod ibi no.j. vnde vi. hoc etiā probatur in c.in presentia.versi.sed cū.extra de prob.& ibi hoc etiā tenet Inn. ¶ Que-

49 ro,pater habet vsumfructū in bonis aduētitijs filij, † ipse pater ingreditur monasteriū.Bl.de bo.que li.in aut.idē tenet & talis vsusfructus patri debeat. Jac.But.distinguit in d.aut. Aut dicimus & per ingressū finiatur patria potestas,& tenet glo.que est in l.fi ex causa.ſ.Pōponius.ff.de minor.vt finiatur vsufructus qui debetur ei ratione patrie potestatis,vt l.cū oportet.j.de bo.que li. Aut dicimus durare patriā potestatē,& tūc talis vsusfru.non finiatur. Et procedit dictū gl.quod Jac.predic.dixit se verius putare referens opin.Mar.Sili.in d.aut.idē. An autē patria potestas finiatur per ingressū monasteriū,j.dictā. Credo dictā gl.dicere verū,quod vsusfructus non finiatur per ea que ſ.dixi in q.de vsusfructuario, qui monasteriū ingreditur. ¶ Quero,quid si est concessa res alicui cū

50 pacto ne alicui alienet,& ingreditur monasteriū, † an videatur alienata res,vt reuocari possit? Bl.ff.de verb.oblig.in l.fi ita quis ſ.ea lege.videtur dicere & trāseat in monasteriū tanquā in suū heredē, & nō potest reuocari.sic dixit. Aut res fuit data inter viuos pacto apposito,& tunc trāsit in monasteriū,sed reuocatur per condictionem ob causā.vt l.ea lege.j.de condi.ob causam. Si autē in vltima volūtate,tūc secus,qz vadit ad monasteriū, tāquā ad heredē. Dy. in d.l.ea leg.dicit,& melius, & aut ille dat monasterio nō ingrediēdo & tunc reuocari posset, Aut ingrediēdo,& reuocari non posset. Hoc tenet hic Cy.pro quo facit aut.nisi rogati.j.ad Trebel. Hoc

51 tenet expresse Inno.in c.in presentia.extra de proba. Quero. Titius est heres institutus,& quādocunqz decesserit,est ei substitut⁹ Sempronius, an ingrediendo monasteriū sit locus substitutioni. Videtur quod sic, qz pro mortuo reputatur,vt l.Deo nobis.j.ti.j. & omnia pacta lucratiua dotis,& donationis propter nuptias altero mortuo etiam illo casu venticant sibi locum,vt ibi dicitur.

Quero, quid si datus est substitutus sub cōditione,si decesserit sine liberis,& ingreditur monasterium,an

52 habeatur loco filiorum? Respondeo. † sic, vt in aut.de sanc.epis.ſ. nunc de presenti.colla.ix.& auth.nisi rogati.j.ad Trebel.extra de prob.c.in presentia. Vel dic,quod talis conditio dicitur tanquam contraria vite contēplatiue. non autē quod monasterium habeatur loco filiorū,vt j.prori.q.dicam. ¶ Quero,quid si dictum sit,si

53 decesserit sine liberis ex suo corpore natis, † an tūc ingrediēdo monasteriū dicatur habere liberos ex suo corpore natos. In hoc reperio cōtrarias sententias doctorum. Jac.de Bel.in aut.de sanc. epi.ſ.sed & hoc presenti.disputādo tenet quod substitutus admittatur & excludat monasterium. Hoc tenet Hostri.& Jo.And,extra de testa.c.Raynutius.in glo.super verbo,sed videtur. Dyn.l.si ita quis.ſ.fi.de lega.ij.tenet contrariū tali ratione. Appellatio filiorū intelligitur de natis,vt d.l.si ita quis.ſ.fi.& ff.de condit.& demon.l. fideicōmissum. Sed expressio eorū, que tacite insunt,nihil operatur,vt l.iij.de le.j.& j.de fideius.l.nō recte. Ergo perinde est habendum,ac si nō esset expressum de se natis. Hoc autē non expresso,sine dubio excludit substitutū,vt in aut.de san.epis.ſ.sed & hoc presenti.& j.ad Treb.aut.nisi rogati. Rich. Malum.idē tenet ratione tali, Istud fideicōmissum seu conditio reprobatur,& pro non adiecta habetur,non quod monasteriū habeatur loco filij, sed quia est impedimentum vite cōtemplatiue. Nam si viuens bona restituere cogeretur,si decesserit sine liberis ex se natis,cōpelleretur ad contrahendum matrimoniū,& remoueretur a voto religionis,& castitatis,ideo Imperator tale grauamen habuit pro non adiecto. Et hoc est & dicit tex.in d.ſ.sed & hoc presenti.dum dicit tales conditiones inualidas pro nō adiectis esse. Et ista cōditio est multo pl⁹ contraria vite contēplatiue,& castitati,& religioni,ergo &c. Preterea concludendo hoc tenuit vltra predicta per rationes infra scriptas. Illud & relinquitur causa dotis,de necessitate intelligiē pro matrimonio, vt ff.de iure do.l.iij.de don.ante nup.l.fi.si pro introitu monasteriū nō potest dari dos,vt extra de simo.c.non satis.& tamen ibi conditio,seu causa restringitur aliquo ingrediente monasteriū. Ita dico in hoc casu,licet non possit dici impleta cōditio ciuiliter, quod filij dicātur ex se nati,tamē monasteriū debet habere dicta bona, Idē etiā debet dici de eo quod relinquitur causa donationis ante nuptias.& d.ſ.sed & hoc de presenti.preterea inter monachū & monasteriū nō dicitur cōtrahi matrimoniū spirituale, cū solus Abbas dicatur sponsus, vt plene no.extra de elec.c.qz propter,& ibi per Ber.& Inn. Sed si fideicom.relinquatur sub conditione si nupserit,& nō extitit, si ille grauatus monasteriū ingrediatur,tamē ad fideicom.admittit̄,vt d.ſ.sed hoc de presenti. Apparet ergo quod hec est ratio (qz videtur defecisse cōditio fideicommissi ideo,quia tales cōditiones pro nō adiectis,& pro nō scriptis habētur) quasi vite contēplatiue cōtrariētur. Sed in casu proposito est huiusmodi,ergo &c. Preterea si aliquid relinquitur multeri,& iniungatur sibi grauamē si nupserit,nō valet. Est ratio,qz propter hoc nuptie impedirentur, qz timore illius grauaminis fraret ne nuberet,vt l.heres meus.ſ.fi.ff.de cōdi.& demon.multo magis nō valet istud fideicōmissum,quod prebet impedimentū vite contemplatiue,& religionis, que melior est lōge quā vita actiua,vt in aut.de monachis,in prin.col.j. Et hanc partē tot rationibus probatā puto veriorē. ¶ Quero, quid si aliquis est rogatus hereditatem restituere cuidā ecclesie sub cōditione,si decesserit sine libe-

54 ris,an si ingrediatur monasteriū ipsum habeatur tunc † loco liberorū,seu reputet tale grauamē? Ex.est quod nō trāsit in monasteriū.quando ingrediēs habet substitutā alia ecclesiā.vt j.ad Treb. aut.nisi rogati.& in corpore vnde sumitur. Et est ratio,quia vtraqz non habet par priuilegium,& sic esset priuilegiū ecclesie subtrahitur. Huius authoritatis ratio sumitur extra de proba.c.licet causam, qđ firmat Ber.per d.aut.alleg.extra de prob.c.in presentia.in vlti. gl. ¶ Quero,qd si testator instituat Titiū filiū suū heredē.& rogauerit cū restituere fratri ipsius Titij,& filio quondā testatoris sub

55 cōditiōe.si decesserit sine liberis, † an tūc monasteriū excludat substitutū? Fran. Accur. dicit,qz nō,qz inconueniēs est,quod filius legitimus.& naturalis excludat per legitimū tantum,sicut est ecclesia, vnde intelligitur aut.alia solū,quādo est rogatus restituere extraneo,secus si fratri eiusdē, vel filio testatoris.licet videatur obstare d.c.in presentia.secūdū rationē ipsius. ¶ Quero,quid si ingressus monasteriū moriat intra tēpus professionis,an bona debeāt apud

56 ipsum monasteriū remanere? Cy.refert hic quosdā dicētes, Aut dedicat se pure,aut sub cōditione,aut est dubiū. In primis duob⁹ casibus respon.per l.ij.ff.de in die addic. In tertio casu dicit,quod ex quo decedit,vt monachus sibi videt placere & sit monachus,& quod bona sua sint monasterij,& hec videt sua vltima volūtas,nisi expresse cōtrariū asseueret. Et hoc tenet Jac.de Ra.& Pe.qz summa est ratio,que pro religione facit,quia licet adhuc nō valeat ingressus,nec per cōsequens bonorū dedicatio,tamē per mortē videt cōfirmari,sicut donatio facta inter coniuges. ¶ Cy.dicit hoc sibi videri durum,quia excludimus venientes ab intestato.ex quo dicimus quem monachū esse. Pro hoc tamen induco simile,quod de statulibero dicimus,qz pendente cōditione libertatis, videtur vt seruus,& sic pendente tempore probationis si moritur,debet non vt

monachus

monachus iudicari. ℙ Pro hoc est quod no. xix. q. iiij. c. nūc autē. vbi dicit, quod si monachus intra annum professionis, alias probationis, monatur, valet testamentum, quia tunc erat sui iuris arg. C. de sen. pas. l. fi. Item non est adhuc monachus professione nō facta, vt s. dixi in §. q. ℙ Pro hoc facit tex. extra de sen. excommu. c. religioso. ij. resp. lib. vj. vbi etiam videtur q monachus iste est vt filius qui non peruenit ad lucē, vt C. de posth. here. inst. in l. pe. ¶ Quero, quid si ingressus monasterij habeat prebendam: superfluum est in dubiū reuocare, quia casus est expressus in c. beneficij. extra de reg. iu. vj. ¶ Quero, quo iure pertineāt ad monasterium bona ingressi: gl. in aut. si qua mulier. in fi. prime gl. dicit, qd iure. here. quasi mortui. ar. Iust. per quas personas nobis acqui. §. fi. & ad l. Iul. de vi. l. ij. Ego
57 teneo ⁊ oppositum, scilicet quod non dicatur habere iure hereditario, quod patet, q monachus adhuc potest conuenīri, vt s. dixi in aut. causa que fit cum monach. §. ti. j. Sed pertinet ad ecclesiā iure acquisitionis vniuersalis, sicut diximus de bonis eius quē arrogamus, vt inf. de acquisi. per arroga. per totum. ¶ Ex hoc sequitur
58 quod ecclesia ⁊ nō tenetur in totū vt heres, sed eatenus, quatenus ad eam peruenerit, vt l. in arrogatorē. ff. de pecu. vt s. dixi. Ex hoc
59 etiam sequitur ⁊ quod ecclesia in possessionē nō habet necesse intra re sicut habet heres, vt l. cū heredes. in prin. ff. de acq. poss. Sed acquiritur ei possessio ingressi. sicut arrogatori. vt ff. de precario. l. si adoptauero. vt s. dixi. ¶ Sequitur in tex. dedicant. hoc verbū de
60 dicant. interdū importat ⁊ se deo dedicare ⁊ transferre, vt in auth. hec constitutio. interpretatur priorem. circa prin. colla. vj. Interdum ecclesie, vt l. ab agnato. ff. de cura. furio. ⁊ extra de religio. do. c. j. Tūc enim monachus dicitur se dedicare Deō, quando professionē facit xx. vij. q. j. c. virginibus. ⁊ c. si quis sacro. ¶ Sequit in tex. Deo q ro. cū ista dedicatio fiat Deo, vt hic, an aliquod factum Abbatis
61 ⁊ debeat interuenire? Resp. vt s. dixi, si dedicatio fiat per actū professionis. in professione expressa requiritur, Abbatis factus. qui vt ministet Dei recipiat professionem. In professione vero tacita presumpta Abbatis factum non requiritur, quia cum fiat per cursus tēporis anni transgrediens dedicat seipsum Deo, sufficit sine aliquo facto Abbatis. Facit quod no. Inn. extra de regula. c. porrectum, ⁊ qui clerici vel vo. c. j. Sequitur in tex. nec ergo de his testatur. ¶ Opp. ⁊ videtur quod ingressi monasterū testari possint. vt j. eo. aut. si qua mulier. Sol. Illa distinguit istam, quia hic loquitur quādo ingressus nō habet liberos, an autē illud dicatur testamentū vel diuisio? dic vt ibi per gl. ⁊ doctores. ¶ Sequitur in textu, vt
62 pote nec domini rerum. ¶ Oppon. ⁊ videtur quod ⁊ non dominus testetur, vt in auth. si qua mulier. j. eo. Et soluit quod hec ratio que hic ponitur est probabilis. non est necessaria, quia interdum non dominus testatur, vt in contrario, licet regulariter contra, vt ff. de iure codicillo. l. conficiuntur. §. si post. ¶ Oppon. extra glos. videtur quod non testetur, vt j. de leg. l. cum rem alienam. ⁊ l. si res obligata. ff. de lega. j. Soluit. Aut quis non est dominus, nec esse potest dominus, ⁊ ille non potest testari. Ita loquitur hec aut. vbi non est dominus, tamen esse potest, tunc testatur, an preiudicium tamen heredis, non veri domini, vt in contrario.

Quero, an ingressus monasterium capite minuatur? Bl. dicit quod sic, in auth. de monach. post principium. colla. j. Idem tenet. §. eodem auth. si qua mulier. quod sentit Iuliet. de Cu. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur.
63 Tu dic secundum dominum ⁊ Bart. quod non minuatur media vel maxima capitis diminutione, quod patet, quia potest esse testis, ⁊ promoueri ad dignitatem, vt in auth. de monach. §. cogitandum. Et licet dicatur seruus vel monachus, nō tamē potest vendi sicut alij serui, minimam tamen capitis diminutionē patitur, quia statum mutat, vt j. prox. dicam. ¶ Quero, an ingressus monaste-
64 rium desinat ⁊ esse in potestate patris. Glo. est de mi. l. si ex causa. §. Pomponius. dicit quod sic, quia etiam transit in potestatem Abbatis. Idem not. in l. cum prętor. in fi. ff. de iud. Iacob. de Aret. in l. Deo nobis. j. titu. j. ⁊ post cum quidā dicunt quod transit in potestatem Abbatis quo ad obedientiam, sicut dicimus in vxore respectu patris. ⁊ viri, vt probatur in l. idoneī. ff. de testa. ⁊ instru. de inutili. stipul. §. si quis alij. Sed his non obstantibus dico q transit in potestatē Abbatis, vt not. in d. gl. Non obstat arg. cōtrarium quod retinet iura suorū, quia non est impossibile quod remaneant iura suorum, ⁊ tamē non sit in potestate, vt l. meminimus. ⁊ l. lege. inf. a de legi. heredib. quod etiam probatur, quia in alterius potestate, ergo nō patris, vt l. sicut euenier. ff. de adult. Hoc tenet Bul. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. Ad hoc facit xx. q. j. nō dicatis. ⁊ de elec. c. fi religiosus. lib. vj. Ho. firmat gl. Ber. extra de eta. ⁊ qual. c. indecorū. ⁊ per Ly. in aut. sed episcopalis dignitas. j. tit. j. ¶ Quero. nūquid ingressus monasterū desinat esse
65 miles, vel de magnatibus? ⁊ ⁊ quod valet ad q. statuto cauetur, q nullus de magnatibus, vel de prole tali possit ingredi palatia sub certa pena. modo Titius factus est monachus, queritur si ingrediatur palatiū, an teneatur ad penam? Videtur q sic, q iudex secularis hoc statuere potest ponendo legē rei sue. Tamen hoc concesso q statuere possit, dico qs talis non teneretur ad penā, q per ingressum religionis desinit esse de magnatib⁹. Ad hoc faciunt argumenta dicta s. in proxima questione, q per ingressū monasterij desinit esse in potestate patris, ⁊ sic iura agnationis amittit. Glos. est hoc expresse dicens extra de statu mo. c. ea que. in tertia gl. ℙ Pro hoc facit quod habetur xx. vij. q. j. c. scripsit. ⁊ no. in c. j. extra de pur. canon. facit xx. vij. q. j. nequaquā. ⁊ sic vt magnas puniri nō poterit, posito q non obstet iudicis impedimentū. ℙ Pro hoc facit in x. coll. de vasal. milli. qui arma belli, deposc. c. milites. Et hoc etiā sentit Jac. de Bel. in auth. de sanc. epis. §. si monachus. coll. ix. ¶ Quero. hic dicitur q ingressi monasterū nō possint testari, sed an possint mo-
66 tis causa donare de cōsensu Abbatis? ⁊ Et videtur quod sic, sicut filiusfamilias de cōsensu sui patris, vt ff. de do. cau. mor. l. tam is. §. filius. Jo. dicit q non potest, q Abbas nō est dominus, sed administrator. sed de cōsensu collegij, vel capituli videtur q possit, quia capitulū est quasi dominus, vt liubemus. j. eo. ti. Et hoc est verum in rebus mobilibus, sed immobilia etiā totum collegiū non posset distrahere, vel alienare, vt j. eo. l. iubemus. ⁊ in aut. hoc ius porrectum. ⁊ qui nō potest alienare, nec alienationi cōsentire, vt in regula iuris. ⁊ hoc q donare possit mobilia, intelligitur quando donat bene merito, ad q monasterū tenet, vt extra de testi. c. relatū. el ij. in fi. ⁊ c. cū in officij. Vel alienare nō potest. nisi sit euidēs vtilitas vel necessitas, vt d. aut. hoc ius porrectū. ⁊ xx. q. ij. fine exceptione. ⁊ extra de do. c. ceterū. ¶ Posset queri de modis testandi ante ingressum religionis. vel post. de quo j. eo. aut. si qua mulier. ¶ Item an filiusfa. contra voluntatē patris ingrediendo monasterū. causam ingratitudinis committat. ⁊ an ipsam iam cōmissam ingressus deleat. Et an monachus possit esse testis, arbiter, iudex vel procurator. que hic omitto, q materiam nostram non proprie respiciunt.
67 ¶ Vltimo aut. ista potest intelligi secundo modo, ⁊ casum ⁊ pone sic. Homine Imperatore, aliquis est ingressus monasterū, vult facere professionem, ⁊ testamentū, queritur an possit? Imperator respon. q non. quid probat arguēdo sic, Non dominus non testatur, Maior propositio q non sit dominus, probatur q ingressi monasterū ipso ingressu dedicant se ⁊ sua Deo: ergo non sunt domini, ⁊ sic nō testātur. Et sic secundū hanc lec. diuiditur aliter litera. ⁊ sic, q primo ponit antecedēs. Secūdo cōsequēs. Tertio probat consequentiā antecedētis. Primum est hic, nō dominus nō testatur, cōsequens est hic, ergo ingressus nō testatur. Probatio consequētie est hic, q ingressus monasteriū dedicat se ⁊ sua. ¶ Ex hoc vero q ad hoc vt probatio cōcludat, debet cōtinere maiorē propositionem, z minorē, ⁊ casum propositionis. ¶ Quero, quid in teste, qui reddendo causam seu rationē sui dicti, omittit maiorē propositio-
68 nem ⁊ ponit minorē, an concludat? Et pono in terminis. Teitis interrogatus si Titius est diues, vel si est bone cōditionis. Respō. q sic. Interrogatus de causa scientie dixit, quia ego sum suus vicinus, vel eius cōsanguineus. an ista probatio ⁊ ratio cōcludat? Videtur q non, vt in hac aut. vbi ponitur maior, quā testis omisit hic respōdendo. Sed ego cōtrariū dico, q ista ratio cōcludit. hic enim testis ponit minorē, ⁊ omittit maiorē, tāquā per se notā. Et sic facit Iurisconsultus alibi. scilicet in l. ff. si cer. pet. Forma ergo rationē ⁊
e STR. ¶ Debeat citari. Adde vltra allegata per Alex. Bal. cõsi. x.li.iij. dominum Card. consi. lxxij. Bal. consi. lij. v.li. Adde tu quod debent citari omnes quorum interest. d.c.fin. Host. z Inno. in c.pen. de confirm. vti. vel inuti. z in c.cum olim. de priuileg. z ibi dominus Maria. Soc. in primo notab. z Bar. in cõsi. clvj. incip. visa. ꝛc. quãdo persone sunt certe nominatim. an specifice citari debent. l.si eo. tempore. C. de remiss. pign. z in aut. si omnes. C. ĵ. vt ab here. se absti. z vtrobiq; not. alias sufficit generalis vt ibi. z per glo. z Inno. in d.c. Albericus. de testibus. z in d.c.fin. de fide instru. Faciunt nota. in l. decem. ff. de verb. obl. z per doc. post Pet. de Anch. in c.ij. de elect. lib. vj. not. in l. meminerint. C. vnde vi. Et dicta Barto. hic intellige quãdo sit exemplatio propter vetustatem: secus si ob aliã causam. q; tunc recurritur ad originale. c. quoniam contra. de probationi. z ponit do. Maria. Soc. in rubrica de dilatio. arti. v. q. xx. Secundo intellige. si pars sit presens. vt possit citari. secus si sit absens. argu. no. in c. quoniam frequenter. extra vt lite non contestat. in prin. z ibi ponit do. Maria. Soc. in iij. arti. fallent. iij. versi. primo requiritur. Tertio intellige. nisi exemplatio fieret superioris authoritate. vt puta Pape. Ita Host. in c.ij. de fideiuss. z ibi Imola. z sequitur do.

Maria.

Maria. in dicta rubri. de dila. arti. z q. prealleg. z in materia vide que not. Bar. in l. adoptio. ff. de adop.

f P. PAV. P. ¶ Qui deponit. Quid si notarius deponat se vidisse instrumentum. an probet. vide Alex. consi. c. vbi cõcludit quod inter easdem personas probat: secus inter alias. Adde etiam de hoc Alexan. consil. cccxcv. vbi ponit quid si notarius banchi scribat in actis qualiter Titius produxit instrumentum mandati, z quid si scribat effectũ. an faciat fidem. Et q requiritur vt testes deponentes se vidisse instrumentum, deponant se totum vidisse z examinasse, z esse peritos in arte. vide Com. consi. cxxxvij. incip. consultus. in fine primi dubij. Et de notario attestante se vidisse instrumentũ. puta procure alicuius, an ei credatur, vid. Jas. in l. iuris gentium. §. q fere. ff. de pactis. in princ. z que habes per Jas. in l. ex his. C. de test. mili. Et vltra omnes vide late Fely. in c. sicut extra de re iudic. vbi ponit an per testes possit probari tenor instrumenti. Et concludit quod sic, postea ponit octo limitationes ad istam cõclusionem. vide omnino per eum. Et de eo quod dictum est de notario attestãte se vidisse z legisse instrumentum procure, vel aliud, vide Fel. in c. si. de fide instrũ. Declara vt per Lancelotum in l. admonendi. in iij. char. ff. de iureiur. Quid autem si in sententia iudicis asseratur aliquem esse procuratorem, vide Fely. in c. cum in iure de offic. deleg. Item adde q regula huius aut. non procedit in teste deponẽte de aliquo actu. licet de eo dicat confectũ instrumentum q non apparet. vide Bal. in l. sin pen. C. de fide instru. Item ad illud quod dicum est de procuratore, vide Ro. not. in consil. lxiij. vbi vult quod probet quo ad procuratorem constitutum z cõtra declarando, vt per eum, vide q non credatur notario attestanti de alio instrumento etiam a se confecto. Barb. consi. xxxviij. volu. iiij. in j. dubio.

g P. PAV. P. ¶ Originalis. Qualiter probetur amissio originalis, vide Fel. in d. c. sicut de quo s. in precedẽti apost. vbi allegat Alex. in multis locis. Et que sunt probãda per tales testes, vide Alex. consi. cxcvj. vol. ij.

h ¶ Illi testes sint valde. Adde Abb. in d. c. cum olim. z Jo. And. in addi. Spec. in d. §. ostenso. vbi dicit q in probatione tenoris venit dies z locus. Dominus Lardi. consi. xxv. z ibi an admittantur testes de credulitate. Et que requirantur, vt instrumentum possit extrahi protocollo relevari, vide per eundẽ consi. cxxxiij. z quid debeat cõtinere protocollũ, vt ex eo possit relevari instrumentũ. vide Jo. de Ana. consi. xxxij. z inquantum Alex. in vij. fallent. dicit quod exemplum per modum registri in actis notarij facit fidem cũ restrictionibus, vt hic per eum. Adde videndũ Petr. de Anch. consi. xl. incipiente prima facie. Et de materia vide Ro. consil. cccxxxvj. vbi ponit si Papa scribit executori, vt faciat executionem iuxta tenorem sententiarum in supplicatione porrectarum quod executor non debet exequi, nisi viderit originale, vel nisi Papa scribat ex certa scientia, z per eundem consil. clv. quando liber archiui publici facit fidem originali non reperto.

i P. PAV. P. ¶ Notarius. Vide Paul. de Cast. in l. nec natales. C. de prob. Et non creditur nisi de his que tempore instrumenti poterunt intervenire, vide Bald. in l. sciendum. ff. de verb. oblig.

k ¶ Quod ipse partes faciũt. Adde Pan. de cast. cõsil. xlij. z cccxvij.

l P. PAV. P. ¶ Instrumentũ. Vide Comen. cõsil. cxxxvij. circa medium. Itẽ adde singulariter vnũ q licet non credatur notario vel instrumento faciem mentionẽ de alio instrumẽto, tamẽ oritur magna presumptio q ita sit. Et ideo dixit singulariter Com. consil. vj. q si ego soluere alicui tãquã procuratori creditoris pro te, z notarius in instrumẽto solutionis attestaretur illũ esse procuratorẽ creditoris, probat cõstat in instrumẽto cõfecto per talẽ notariũ q potero a te reo repetere pecuniã quam nomine tuo solui, q presumitur pro notario ita asserẽte. Itẽ, q. nõ est presumendũ q ego soluissem, nisi fuisset ille verus procurator. Bene verũ est q ego debeo tibi promittere de cõseruando te indemnem a creditore. Itã singulariter Com. in d. cõsil. vj. incip. creditur libris. Et ibi etiam ponit q debes iurare. Quid autẽ in statuto referẽte aliud, an distinguatur, referatur totus tenor, vel nõ, vide Alex. cõsi. dclv. Itẽ vide que habes ad Bar. in l. asse toto. ff. de here. instit. Itẽ quid si in priuilegio dicatur cõcessum tali procuratori Titij, an sit necesse producere mandatũ, vide Bal. in c. a. §. personam. per quos fiat inuest. vide pro hoc que scripsi in l. optimã. C. de contrahen. z cõmit. stip. de procuratore asserto in aliquo instrumẽto, an sit necesse q probet se fuisse procuratorẽ. Itẽ inquãtum dicitur q ad hoc vt probetur tenor instrumẽti per testes debet probari amissio, qualiter probetur, vide etiam per Alex. in c. fi. extra de prob. in iij. no. Itẽ circa istã materiã quo exemplum probet. vide Decij cõs. cxxxvj. Et qñ testes dicũt se vidisse instrumẽtũ vt testes examinatos quo probetur vide Dec. consi. lxxij.

m ¶ Optimam. Adde vt per Rom. consi. lxiij. vbi tenet q instrumentum in quo quis cõstituitur se esse procuratorem Titij, probat cõtra ipsum, fuisse, vel esse talem, z an instrumẽtũ faciat fidẽ quo ad alias personas nominatas in instrumẽto, vide Pan. de Cast. cõsi. lxxxiij.

n ¶ Contra hoc oppo. est mirabilis doctrina ista. Idem voluit in l. si forte. ff. de castren. pecu. v. Side Bul. z do. pe. in d. c. j. de re. eccle. non alie. do. Abb. in consi. xlij. z in c. sicut. de re iudic.

o ¶ Ecclesia. Adde vt per B. Ald. consi. cccxcix. lib. iij. z consi. cccl. iij. lib. vo. Card. consi. xiij.

p ¶ Sententia lata. Adde vltra Alex. Bal. consi. cc. lib. iij. Pan. de Cast. cõsi. cccxviij. ¶ Adde tu. z vide Bart. in l. sciendũ. §. de verb. obli. Et Lanfran. de Ori. in re. pe. c. quoniã cõtra falsam. in princ. z do. Alex. in consi. xvij. per totũ in j. vol. vbi dicit cõmunem opi. esse contra Bar. hic. POMA. ¶ Clide. Ro. in consi. clvj. ad fin. z seq. Ang. Are. in §. fin. Insti. de fideiu. si. z eum in l. si. in si. ff. quando app. sit. Alex. in l. sciendũ. ff. de verb. ob. li. z eundẽ consi. xlij. in iij. vol. vbi dicit q opi. Bar. in d. l. si. censetur communis. quicquid ipse dixerit in d. l. sciendum. z vide etiã in consi. clx. in versi. z etiam. vol. ij. z que posui in d. l. sciendum. z vide Fed. in consi. xcix. z in consi. ccxx. ad fi. Paul. de Cast. hic ad fi. z aliquid per Pano. consi. lvij. in ij. dubio. vol. ij. z consi. xviij. eo. vol. z Barto. c. consi. xcvj. Vide etiam Fel. in c. ecclesia sancte Marie. in versi. ij. conclusiõ. de proba. z Aret. consi. lxvij.

ALIA LECTVRA.

SI quis in aliquo. Vbi vnum instrumentum facit mentionem de alio non probat, nisi illud de quo fit mentio exhibeatur. h. d. ¶ Opp. de l. chirographis. ff. de adm. tut. de §. j. in auth. vt fra. fi. colla. ix. Soluit gl. vt. s. not. ¶ Itẽ opp. z videtur q exceptione elidatur, vt l. in fraudem. §. neque. ff. de iure fisc. Sol. Doct. z Lyn. tangunt hic. † q quãdoq; queritur. nunquid exemplum probet, z cõtra eum qui produxit: z dicendum est q sic.

15 †Quandoq; queritur nunquid exemplum probet cõtra eũ qui recipit, z tũc habet locum q dixi. §. in aut. nostra. que sol. est multum

16 not. z valet. quod † quando tu recipis copiã instrumenti producti cõntra te, ad hoc, vt exemplum sumptum probet contra eum qui produxit contra te exemplum, facias scribi in actis, q copia est data tibi de voluntate aduersarij tui, z ex mandato iudicis, tunc semper illud exemplũ probabit contra eum. Ita sentit gl. in d. §. neq. z doct. tenent istud. ¶ Vos videtis q exemplum nõ probat, nisi sit

17 publicatũ authenticũ a iudice. † Quero nunquid requiritur aliud. Dic q requiritur citatio partis que posset ledi, vt l. nam ita diuus. ff. de adop. Vide in Spec. de instr. edi. §. ostẽso. ver. qualiter autem.

18 †Sed quero nunquid de voluntate partium vnum instrumentum possit exemplari extra iudicium, adeo q probet? Dic vt no. Inno. in c. fi. extra de fide instru. z ibi tenet quod non. ¶ Item quero, po-

19 ne † quod plures testes deponunt, z dicunt tale instrumentũ quod tu habebas est perditum quia videtur debere probare in materia nostra per l. testium in fine infra. de testib. per l. publicati. j. de testa. doctor tenent contrarium. Item quid si dicant testes se vidisse, z legisse z recognouisse literã notarij, nunquid iste attestationes probent? Videtur quod non, q iste videntur quodãmodo exemplum, Sed exemplum non probat, vt hic in contrarium est veritas, vt in c. cum olim el j. extra de priui. Dic quod si testes essent periti literarum, adeo quod depositio predicto modo facta posset cadere in mente eorum, tunc optime probant. Casus est in d. c. cum olim, z ibi gl. Aut non sunt testes periti, z tunc tenor instrumenti nõ pro-

20 baretur per dictã testiũ. ¶ † Item quero, posito q̃s debeat probari originalis amissio, quero qualiter probabitur. glo. in d. c. cum olim videtur dicere, q amissio instrumenti probetur per sacramentum.

21 ¶ † Item quero nunquid exemplo exempli debeat credi. doct. di-

22 cunt q non per l. iij. de diuer. rescrip. ¶ † Item queritur doc. Pone q iudex in sententia sua dicit, nos talis cognitor, &c. viso libello, &c. talem sententiam proferimus in scriptis z non apparet de actis. Nunquid ista sententia probabit acta? de hoc dixi in l. fi. §. de vsu. Ly. tangit hic, z clarius in l. emancipatione. §. de fi. inst. z ibi not. Bart.

LEX VIII.

1 ACtor tenetur edere reo. ad exceptionẽ fundãdam. z nu. 3. z 5.

2 Reus tenetur edere actori ad replicationem fundandam, z ad intentionem fundatam coadiuuandam. z nu. 5.

4 Reus, quando teneatur edere actori instrumenta cõmunia. z nu. 8.

ET que. Legitur in glo. duob. modis. Tertio modo secũdum lect. antiquorum quam puto verã, hoc intendit. Reo editur ab actore ad exceptionẽ

8 probandam[a] actori non editur a reo ad intentionẽ fundandam, sed ad replicationem probandã. h. d. secũdum j. lec. secũdum hãc pono casum in terminis. ¶ Not. q habetur in summario. Ista lec. fundatur trib. mod. Primo q fauorabiliores sunt rei quã actores, z ex hoc sequitur quod reo edatur ad exceptionẽ probandam, non actori ad intentionem fundandã. Istud vero quod hec lec. presupponit q reus edit actori ad replicationem fundandam fundaturleadem equitate, q sicut reus contra actorem excepit, z ei edit, ita actor replicãdo dicitur excipere. Non enim aliud est replicatio, quam exceptio contra exceptionem. vt l. ij. de excep. probatur hoc in fi. istius leg. a cõtrario sensu vbi dicit, q non debet originem pe-

tionis sumere ex instrumētis rei, sed ex replicatione a cōtrario sen
su. Tertio videtur probari per casum in l.pen.§.h.ff.ad l.fal. Sup
suit. Tertio videtur probari per casum in l.pen.§.h.ff.ad l.fal. Sup
uenit postea Azo. qui l. istā hoc modo legit, z fin eius lectura
breuiter hoc intendit. ¶ Rationes adducuntur a reo actoris, z econ
uerso, non instrumēta. h.d. ista lec. Azo fundatur ratione ista. Ra
tiones sunt facte mandante parte. z continent eius voluntatē, vt
l.si quis ex argentarijs.§.pertinere.ff.eo. vnde est eadē equitas, tā
ex parte actoris, quam ex parte rei, que ratio cessat in instrumen
tis. Si vellemus sustinere opi. Azo. respondendo ad contraria dū
dicit fauorabiliores sunt rei quā actores. Concedo in dilationib⁹
duobus, sed alias tanta fides debet adhiberi instrumētis actoris,
quanta instrumentis rei. vnde nō facio differentiam inter actorē, z
reum, sed inter rationes z instrumenta. ¶ Nō ob. si opponas de l.
pe.§.si.ad leg.fal. Sol. gl. ibi instrumenta eduntur tanquā corpora
hereditaria, z non tanq⁹ instrumenta aduersarij simpliciter. Petr.
legebat alio modo, z tenebat opi. primā co excepto q⁹ nō dicebat
posse edi actori ad probandam replicationem dicens q⁹ nulla ler
reperitur. Nos quid tenebimus? Cy. in lec. antiqua tenebat opin.
Pe. sicut Pe. dicebat, postea venit Bul. z dixit idem, z ita tenebat
de verbo ad verbū. Et si alius superuenisset idem dixisset qđ ipse.

¶ Ad veritatē huius materie videndā, oportet videre tria. Pri
mo, vtrum actor edat reo, ad exceptionem fundandam. z gl. vide
tur semper tenere quod sic, z quasi omnes hic, z in l.j.§. editiones.
ff.eo. z probant per dd. non est nouū. z l. iustum. C. eod. Ego dico q⁹
est casus j. de cōdi. sine cā. l. dissolute. z l. qui tabu. ff. de fur. Secū
do est videndum vtrum reus edat actori instrumenta ad intentiō
nem probandam de hoc nemo dubitat qđ reus nō cogitur edere
instrumenta actori ad fundandam intentionez, qz est casus hic in
§. z §.eo. l. qui accusare. z qz est speciale in fisco. vt ff. eod. l. Sena
tus. ¶ Tertio quod reus edat actori ad replicationem fundan
dam, probatur per istum text. a cōtrario sensu, z per l.pe.§.fi. ad l.
falc. vt dixi. Nec ob. q⁹ dicunt ibi eduntur instrumenta tanquā cor
pora hereditaria. qz si rationem illius text. inspicias diligenter, lo
quitur generaliter. ita q⁹ etiam alia instrumenta non hereditaria
edi deberent. Et istam partem puto veram. Pro hoc videtur text.
j. de fi. instr. l. plures. z tamē verū puto. q⁹ etiam tenet Bul. in l.j.§.
editiones. ff. eod. plus dicit ipse non solum ad replicationē fundan
dam, sed etiam ad intentionem iuuandā, non dico fundandam, cō
gi reum edere actori. Verbi gratia. Ego peto a te fundum Titia
num, quem mihi vendidisti. ego fundo intentionē meam, qz vendi
disti. Et modo contentio est in quantū fundus Titianus preten
debatur valere. Certe ad istam intentionem iuuandam iam funda
tam cogitur actor edere. Ité z simile probatur in l. qui concubi
nā. §. cū ita. el ij. de le. iij. z l. prædijs. §. Titio. e. ti. q⁹ no. z tene menti.
Habes ergo approbatam primā lec. antiquorum. ¶ Op. ad istam
vno modo de l.j.§. edenda. ff. eo. Sol. reus edit instrumenta actori
quādo his vsurus est. Ita loquitur ibi, alias nō cogitur ad intēs
tionem fundandā. ita loquitur hic. Et ideo vt ista materia liqueat
dic. si queris an actor teneatur edere instrumēta reo ad sui defen
sionē, dico q⁹ sic, vt hac l. in prin. z §. eo. l. non est nouū. z l. iustum. z
j. de cond. sine cau. l. dissolute. z ff. de fur. l. qui tabulas. Si vero que
ris an reus cogatur edere actori, z tunc aut ad intentionē fundan
dā, aut ad eam fundatam iuuandam, aut ad replicationem proba
dam. Primo casu non cogitur edere, vt hic. dum dicit originē peti
tionis, etc. Fallit in fisco. vt §. eo. l. qui accusare. z ibi no. Item fallit
si his instrumentis vsurus erat. vt in §. edenda. Secundo casu co
gitur edere. vt d.§. cum ita. z §. Titio. Tertio casu similiter cogi
tur edere. vt hic a contrario sensu. z l.pe.§. fin. ad l.fal. Facit l. plu
res apochis. j. de fid. instru. ¶ Quero vtrum reus cogatur edere
actori instrumenta cōmuna. Respond. quedam sunt instrumenta
communia ratione proprietatis, z illa debet edi, vt §. l. priori. Que
dam sunt communia. qz continent aliquid continens communem
vtilitatem, vt emptionis, z venditionis instrumentū q⁹ continet vti
litatem venditoris z emptionis, tunc si proprietas ipsius instrumēti
est propria ipsius rei, qui ipse emit chartam, z recollegit eā a nota
rio de sua pecunia, tunc non cogitur edere, nisi sicut alia instrumē
ta publica. z propria ipsius meamet eam actori si vult. Ita videt
velle Inn. extra de proba. c.j. z dic vt ibi.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Probandam. Hoc tū declara, vt per Bal. in l. instrumenta. j. de fideic. si est exceptio fauorabilis, secus si odiosa. videre
tur tamen q⁹ actor debet edi etiam ad intentionem fundandam,
per l. nō eli. §. eo. in ratione sui, quę ita militat in actore sicut in reo
sed potes dicere q⁹ ratio diuersitatis esse potest qz actor debet a
principio venire instructus. qz potest scire qbus armis velit uti,
non ita reus. qz nō scit quibus armis velit oppugnare. z imo a prin
cipio non potest scire quibus armis se defendat. z ista ratione etiam
succurritur actori in replicatione. z per hec. z summarium Bart.
hic colligitur responsio ad difficultatē, quam mouet hic Bal. que
est q⁹ cum iura faueant equaliter reo, z actori in medio cause q⁹ ta
men hic magis faueant reo l. non est iuncta. l. qui accusare. §. eod. qz
hoc nō est verū equaliter eū. imo vtriq⁹ fauetur, vt hic. Reo enim
editur ad exceptionem fundandam. actori vero ad replicationem,
in qua excipere dicitur. instit. de replic. in prin. z sic equa lāce tra
ctantur z circa primū articulum tactū hic per Bar. an actor edat
reo, etc. inquantum pro cōmuni adiicitur ista lex. z l. nō est nouum.
cum l. seq. §. eo. dic q⁹ loquitur in rationibus priuatis ipsius credi
toris. quas reus ita de facili habere non potest sicut instrumenta
publica a tabellione. z imo intra hec videtur esse diuersa ratio,
hoc tamen an sit verum dependet ab intellectu huius l. Ad l. vero
dissolute, respōde vt hic per Aler. z considera q⁹ ille text. non lo
quitur in terminis dubij nostri. loquitur enim potius in actore qui
fuerat debitor principalis. qui poterat sibi reddere instrumēta. Et
ita intelligitur Aler. hic in ij. ar. in xiij. fallen. Posset tamen dici q⁹
Bart. considerauit quod ille text. loquitur in instrumento libera
tionis, quōd remanserat penes creditorem. quod reus petebat vt
si quando veraretur a creditore, posset solutionem ostendere. z sic
vt posset exceptionem probare. nō autem vt loquatur de primeno
instrumento obligationis. Ad quod facit text. ibi in verbo, inefficax
apud ipsum creditorem. l. qui tabulas. hic allegata. z text. in gl. red
di. bene facit quod not. Bartol. in l. libertus a patrono. ff. de in ius
voc. z ad hec vide etiam Felyn. in c.j. de proba. versicu. fallit vndeci.

b POMA. ¶ In fisco. Quero circa hoc quare est q⁹ cum fiscus fuit
priuilegiatus in hoc q⁹ sibi edantur instrumenta, ad intentionem
fundandam, cur non est etiam adhuc priuilegiatus quod non te
neatur edere reo ad exceptionem iuuandam, dicunt hic aliqui ra
tionem esse, ne probationum copia angustetur. Sed certe ista ra
tio militat, z concludit quōd priuatus priuatō ad intentionē fun
dandam edere debeat. Ego dicerem quod ratio sit cum aliena ia
ctura locupletaretur z innocens contra debitum condemnaretur,
non enim placet quod dicitur quod hoc factum est ne multiplica
rentur specialia quia hoc non est inconueniens. l. fi. j. ad Velle. l. assi
duis. j. qui po. in ptg. ha. restringe tamen hanc conclusionē. q⁹ edatur fisco agenti modis ser. Primo vt non habeat locum in haben
tibus causam a fisco. Ita Ale. in l. ne quis. z. Item restringe vt non
procedat in causis criminalib. l. diuus. in §. fi. in fi. ff. de iu. fis. z ita te
net Aler. consi. cxxij. vol. j. Tertio restringe vt nō procedat quan
do vnus fiscus ageret contra alium. vt per Bal. in c.j. de prob. Fa
cit bene l. sed z milites. §. j. ff. de exc. tu. Quarto restringitur vt non
procedat quando fiscus ageret cōtra ecclesiam que illi equipara
tur. l. fi. §. de sa. san. eccl. Ita Bal. in d.c.j. de proba. z eadem ratione
posset dici idem fore in casibus in quibus per Alexā. in xiij. fal. hu
ius artic. princip. Quinto restringitur, vt non procedat quādo fi
scus ageret contra sibi non subditū per ea que vult Bal. in Lerem
plo. circa fin. apparatus sui. j. de prob. faciunt bene que no. Aler. in
aut. proxi. in vj. fal. Sexto restringitur, vt nō procedat quando pos
set cōmode pbare. Ita. Abb. z Mod. in d.c.j. de prob. vbi vide Fel.

ALIA LECTVRA.

¶ Teque. Lex ista legitur duobus modis in gl. vno
modo q⁹ loquatur in instrumentis. z hic
est prima, alio modo q⁹ loquatur in rationibus z hic est se
cūda lect. ponā casum. z prosequar primā lec. quā approbant doct.
z Bul. in l.j.§. editiones. ff. eo. secundū hanc lec. h.d. Actor edit reo
instrumēta ad exceptionē suā probādā, vel coadiuuandā. h.d. vsq3
ad fi. Legitur alio modo ista. l. in rationibus quā prosequere vt in
gl. tenet mēti primā. Sed tenēdo primā lec. quero de ratione huius.
l. que est ratio, q⁹ actor nō potest a reo petere editionē instrumēto
rum ad intentionē suā fundandā ad replicationē sic, reus vero po
test ab actore ad probandū exceptionē suā. ¶ Ratio que mouet
hāc lec. potest esse triplex. Prima pōt esse q⁹ actori nō debeat fieri
editio. qz actor venit deliberatus ad iudicium, vnde non petit a reo,
sed reus nō venit deliberat⁹, z ita fit sibi editio. Ita z actor quo ad
replicationē suā nō venit deliberatus, cū ignorēt quā exceptionem
reus opponet. Et ideo ad replicationē probandā actor petit edi
tionē. Item mouet hanc lect. ar. a cōtrario sensu sumptum in fi. qz
nō fit editio ad originē petitionis, ad alia sic. Mouet etiā tertia ra
tio que est in l. penul. §. fin. ff. ad leg. fal. Unde pro declaratione hu
ius passus cum queris, vtrū reus edat actori ad intētionem suam
fundandam? dic q⁹ nō. vt l. qui accusare. §. eo. Aut queris nunquid
actor edat reo ad probādā exceptionē? z dic q⁹ sic. vt l. nō est nouū.
z l. iustū. §. eo. Aut queris nunquid reus edat actori ad replicatio
nem suā probandā? dic q⁹ sic, secundū lect. quā teneo. z probatur in
d.l.pe.§. fi. secundū verū intellectū. † Aut queris nūquid reus edat
actori quo ad adiuuandā intētionē, z dic q⁹ sic secundū Bul. Ver
bi gratia, actor replicat, producūtur instrumēta. Et pone questio
nē esse de fundo vēdito, nō reuocatur in dubiū fundū esse venditū,
qz est probatum, sed reuocatur in dubiū quantitas fundi que ne
scitur. Isto casu si reus haberet instrumētū ex cuius tenore posset
declarari quātitas fundi, tūc actor ad coadiuuandū intentionē suā
optime petit a reo, alle. l. qui concubinam. §. cum ita de le. iij. Facit
l. prædijs

[predūs. ff. titio. ff. eo. tit. secundum Bul. de Lu. Qualiter autē fiat editio instrumentorum dic vt in gl. magna. ff. editiones. ff. eo.

De in ius vocando. Rubr. II.

1 ☞ Dato libelli an sit de processu.
2 Judicium valet si pars comparet in iudicio absque citatione.
¶ Bl. continuat. vt habes in ea. Tu dic dato libello est necesse & citetur pars, ideo post ti. de eden. vbi ponit libelli editio ponitur ti. de in ius vo. a qua vocatione in ius omne iudiciū incipit, vt instit. de pe. te. litig. ff. i. & vide gl. tuā. ¶ Circa istā rub. a potest queri † an
a 1 dato libelli sit de processu, z ter. alleg. hic in gl. z gl. videtur dicere quod nō. Si enim iudiciū incipit ab in ius vo. z dato libelli precedat, ergo dato libelli nō est de pcessu. cū ab in ius vo. incipiat pro cessus. Pro hoc facit. q. pōt dari libellus die feriato, vt l. miles. ff. sexaginta. ff. de adult. z istud puto verū. Incipit ergo ab in ius vo. processus, vel a positione vel a petitione ptis qua petit aduersariū vocari in ius. Et de hoc est gl. ff. de tēp. ap. l. fi. ff. illnō tunc em editio libelli dicet de pcessu. aū per iudicē dabit parti fm formā aut. offe
k ratur. ff. de li. cōte. ¶ Quero † qā si pars venit in iudiciū spōte sine
2 citatione, vtrum valebit? Bul. de Lu. facit istā q. ff. de in ius vo. l. i. z tenet q valet. dic vt ibi. Jā tenet Spe. in ti. de libel. cōcep. ff. sequitur. in fi. z Jo. An. in c. fi. de elec. li. vi. ¶ Quero quare in C. precedit ti. de eden. z sequit de in ius vo. in digestis totū ecōtra? Dicūt quidam q nō ita Imperator cōsiderauit ordinē. sicut Juriscōsultus. Truffe sunt, quia Imperator semper habet iurta latus homines prudētissimos, per quos leges componit. z condit. vt l. humanum. ff. de leg. z in j. constit. istius li. Ratio est ista. Totus iste tit. positus hic tractat de venia petenda, quādo in ius vocantur parētes, vel patroni. sed ista venia nō potest concedi, nisi prius videatur causa quare debeāt citari. ideo premisit tit. de edendo. z postea de in ius vocan. in Digesto loquitur de in ius voc. generaliter que vocatio potest fieri etiā ante datū libellū, ideo premittit de in ius voc. &c.

ADDITIONES.

a ¶ Rubr. Quod intellige si ante citationem offertur, secus si post, vt voluit Bald. in addi. Spec. in tit. ne cleri. vel mona. in princ.
b ¶ Auth. offeratur. Aduerte q. dum Bart. alleg. auth. offeratur. sentit q oblatio. que fit parti. non possit fieri die feriata, z clare tenet do. Anto. in c. fi. extra. de iudic.

LEX I.

Sicut bonis a. Breuiter dicit: Reuerentia que debetur marito debetur vxori. non econuerso. h. d. ¶ Oppo. de l. liberti. j. de oper. libert. Sol. vt in gl.

ADDITIO.

b POMA. ¶ Sicut bonis. Ratio autē huius ter. esse potest, q. cum maritus. z vxor sint socij. l. iij. j. de cri. exp. z erunt duo. &c. c. debitū. extra de biga. Certe non possit molestari vxor quin etiā molestaret vir iurib. alle. in gl. z l. j. & ītē aūt. ff. de inur. Aduerte tū q. ista ratio cōfundit gl. dū vult q nō sit idē econuerso cōtra quā facit. q. nō in cōuenit maritū ab vxore venustari. vt est gl. l. si volūtate, z ibi Bar. de do. promis. nō ob. ter. alle. in gl. q. nō loquitur in opera reuerentiali de qua hic, sed in alijs terminis vt patet per Bar. in l. seq. pri.

ALIA LECTVRA.

1 ☞ Citatio an sit de substantia iudicij.
2 Libellus an sit de substantia iudicij.

Sicut bonis. in gl. q incipit id est equitate. ibi. z not. vtrū iste actus reuerentialis dicat ideo natura
1 debitus q etiā volēte parte nō possit hoc ius per pactū remitti. De hoc est gl. l. qui exceptionē. ff. de cōdi. inde. ff. fi. ¶ † Quesrūt doct. nunqd citatio sit de substātia, pcessus, si in processu nō reperitur citatio partiū. Videt q nō. ar. hic in gl. In cōtrariū facit l. si sine interrogatiōe. ff. de interro. act. Bul. tenet hāc vltimā partē, vbi ostenderet partes semper fuisse in iudicio, alias nō, imo citatio tū diceret de ordine substātiali. l. cōsentaneū, z aut. qui semel. j. qūo
2 z qñ iudex. † Item nunqd libellus. Videt q non q. pōt offerri die feriato. l. miles. ff. sexaginta. ff. de adul. not. in l. j. ff. de fer. De hoc solet dici in aut. offeraf. j. de lit. cōte. per doc. Tenigi in l. prolatā. j. de sen. z interlo. om. iud. Et ista lex dicit hic sicut libertus reuerētiā debet patrono, ita z vxor patroni. ¶ Querit gl. de ratione diuersitatis, q est ratio quare vxor patroni debet reuerentia, vt hic, sed marito patrone non. Dic vt in ff. patif. inst. de inur. z ita respōdet gl. Bar.

LEX II.

1 ☞ Obsequa que cōsistūt in faciēdo, nō transeūt ad here. extraneos.
3 Pena que debetur parti non remittitur per rescriptum. z nu. 6.
4 Cōpositione facta de pena, nō cōprehēditur pars que debet parti.

Venia edicti a Reuerētia in non faciēdo que debet patrono transit ad heredes etiā extraneos. z in iure quasi naturali errāti nō parcitur. z per rescriptum nō remittitur pena, que debetur parti. h. d.
2 ¶ Opp. j. de oper. lib. l. liberti liberteq. Sol. ibi in † obsequijs que consistūt in faciendo, que non trāseunt ad heredes extraneos, hic in his que cōsistunt in non faciendo. ¶ Opp. j. de lati. liber. tol. l. j. ff. sed z si sub cōditione. Sol. vt ibi. Opp. de l. iij. j. de liber. z eorū lib. Sol. Dico quod filij liberti debent hanc reuerentiam viuo liberto non mortuo. vt in contrario. ¶ Opp. de l. heres liberti. ff. de obse. Solu. Aliud in herede liberti. ad quē non transit illud grauamen, q. ex parte eius est odium. Aliud in herede patroni, ad quē trāsit, quia ex parte eius est fauor. Ita loquitur hic. ¶ Opp. quod iuris ignorātia excusat in dānis, vt l. error. de iur. z fact. ignor. Sol. hic in
2 iure naturali ratione inducto, † ibi in iure ciuili. quod dic vt plene no. in l. regula. eo. ti. z in c. ignorātia. extra de reg. iur. lib. vi. per Dy. ¶ Oppo. z videtur quod pena delicti possit per rescriptū remitti, vt l. rescripta. de prec. Impe. offe. Sol. Dicit gl. notabiliter, hoc est
3 verum in pena, † que debetur parti, que per rescriptum non remittitur secus in ea que debetur fisco, vt l. contraria. z vide istam glos. quam not. ¶ Not. istam glo. pro compositionib. que fiunt tota die cum rectoribus ecclesie, scilicet cum duce domino Marchione, vel
4 Comite ecclesie, vt per has cōpositiones † non possit remitti pena ad q quis esset condēnatus parti q no. ¶ Opp. de l. quāuis. ff. eo. Sol. fateor q patronus potest remittere non aūt per rescriptū, &c.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Venia edicti. Nō. circa istā materiā petitionis venie, quod non est de substantia iudicij nisi petatur. vide Alex. cons. cccix. Item not. quod in petitione venie non requiritur citatio alicuius imo iudex cōmittens simpliciter citationem petita venia videtur eam cōcedere. vide do. Francis. cons. cxviij. Item no. q. nunquā est de necessitate petēda venia, nisi in casib. a iure expressis secundū Baldū in c. j. de mi. vas. qui cont. est. Et de materia venie vide late gl. z doct. in ff. penales. Instit. de act. Vide etiā in materia Ro. sing. x. vbi etiā ponit an priuatus possit fiscum cōuenire sine venia. Item implorans iudicis officiū non tenetur petere veniam secundum Ro. quem refert Jas. in l. ne quicquā. ff. vbi decretū. ff. de offic. proconsl. z leg. Sed idem Jas. in l. j. ff. de iur. om. iud. tenet contrariū non facta mentione Lu. Ro. Item de multis personis que non possunt vocari in ius sine venia, puta de patre spirituali qui leuauit de sacro fonte. Item de sacerdote parochiali. de magistro, z domino respectu vasalli, z alijs quibusdam vide Ja. in l. generaliter. ff. eo. ti.

ALIA LECTVRA.

Venia edicti. Reuerētia que debetur patrono, z que cōsistit in non faciendo, debetur heredib. patroni, etiā extraneis. hoc primo. Item erranti in iure quasi naturali nō succurritur hoc secūdo. Item pena que debetur patrono a liberto vocante in ius sine venia, non remittitur per rescriptum. h. d. Et habet tria dicta, secundū incipit ibi, nec in ea re, tertiū ibi, cum igitur. ¶ Opponitur contra primū dictum de l. liberti. j. de oper. lib. Sol. q. quedā sunt opere cōsistentes in non faciendo, vt puta de non vocādo in ius sine venia, z iste debentur extraneis, alias secus, vt in cōtrario. ¶ Item opp. de l. j. ff. sed z si sub cōditione. j. de lati. liber. tol. Sol. vt ibi. ¶ Item opp. dicitur quod filij liberti debent hanc reuerentiam, contra de l. iij. j. de lib. z eorū lib. Bl. dat duas sol. Ista est vera, q. filius liberti ipso iure liberto viuente reuerentiā debet, vt hic, sed eo mortuo non, vt in cōtrario de quo dic vt ibi no. ¶ Item opp. z videtur q. sicut extranei heredes liberti nō debēt reuerentiā patrono, ita libertus nō debet reuerentiā extraneis heredib. patroni, cuius cōtrariū dicitur hic, vt l. heres. ff. de obsequijs. Soluit gl. no. q. in l. cōtraria ex parte liberti versatur odiū, z ideo restringit. ex parte vero patroni versat fauor. Ista sol. fundat per l. cū quidā. ff. de lib. z post. ¶ Cōtra secundum dictū opp. dicitur hic, naturali ratione, &c. cōtra q. naturaliter omnes homines sunt liberi, vt ff. j. Inst. de iure naturali. Sol. gl. q. differentia est inter ius naturale, secundū q. oēs sunt liberi, vt in cōtrario. z ratione naturalē. Nā naturali ratione quilibet est obligatus benefacere sibi benefacienti, z de tali tūc loquitur tex. noster,
6 ¶ Item opp. cōtra tertiū dictū hic q. non pōt impetrari per † rescriptum. cōtra de l. rescripta. ff. de precib. Impe. offe. Sol. no. gl. q. aut loquimur de pena applicāda parti, z ista nō pōt remitti per rescriptū, vt hic. † Potest valere ista solutio ad istud, q. fiunt tota die reformationes q. exbāniti rebāniantur soluta quarta parte pene, z reliqua eis sit remissa. Pone q. quis erat bānitus, puta in centū dādis, z soluēdis cōmuni, z in centū dandis, z soluēdis parti vigore alicuius statuti, nunquid reformatio se extendet ad hunc exbannitū inquantū tangit penā dandā parti. Dic q. nō per sol. gl. z arg. eorū que no. in l. ij. ff. ad Sylla. facit q. no. per doc. in l. j. ff. vlq; adeo. ff. de inju. Bart.

LEX III.

1 ☞ Vis inter patrem, z filium, quando esse possit, z nu. j. z 5.
2 Venia nō petita nec exceptiōe per partē, an valeat pcessus. z n. 4.

Vi in potestate. Pater, vel mater, non potest vocari in ius sine
2 venia. h. d. ¶ Opp. z videtur q. inter patrē z filiū † possit

esse lis. vt l. si quis a liberis. in prin. de lib. agn. Sol. Regula hic posita fallit in casibus qui ponuntur in l. lis nulla. ff. de iud. & ꝫ. de epis. audien. l. si leones. ¶ Queritur quid si fuerit citatus venia nō petita. an vitietur processus. † Bul. de Cu. dicit quod non, nam petitio venie non est de substantia iudicij, q̄ apparet, q̄ patronus pōt remittere, vt l. quāuis. ff. eod. q̄ non esset si esset de substantialibus iudicij, vt dicam in aut. offeratur. ī. de lit. contest. Canon. tangunt in c. sepe contingit. de verbo. signifi. in cle. ꝛc.

ALIA LECTVRA.

QVi in potestate. Parētes nō possunt vocari in ius sine venia. h. d. ¶ Op. de l. si quis a liberis. in prin. de lib. agn. d. l. si leones. ꝫ. de epis. audi. Sol. Regula est † q̄ lis inter patrem, & filiū in potestate constitutum non pōt esse. Fallit in iuribus contrarijs. Fallit in castrēsi vel quasi peculio, & in alijs casibus notatis in l. lis nulla. ff. de iudicijs, & ad predicta facit q̄ no. in l. si socer. in prin. ff. sol. ma. Tetigi in authent. sed quāuis. ī. de rei vxo. actio. Item quero, quid in filijs adoptiuis. Dic vt in glo.

¶ † Quero pone filius emancipatus egit contra patrem, factus est processus nō reperit q̄ venia fuerit petita, quero nunqd̄ processus vitietur? Primo vt q̄ sic, q̄ cū citatio sit fundamentū processus, vt ꝫ. eo. in rub. & citatio non hz̄ solennitatē, que requiritur, vt hic, ergo vt vitiari. In 2um dicit Bul. in l. quāuis. ff. eo. per illaz, & candē. l. quāuis. q̄ & ipse patronus volens pōt citari etiā sine venia. Tū, si non appareret contradictio partis, non irritatur ꝑpter hoc processus. Dic vt ibi per eū. ¶ † Quero nunqd̄ pater contra filium agentē, & veniam non petentem possit exceptionē opponere. & penam quinquaginta aureoꝝ petere? Doc. dicūt q̄ possit, de quo vide Ly. hic. ¶ Hot. q̄ inter patrē, & filium non pōt esse lis, in his que presupponūt actionē ciuilē, & naturalē, sed per officiū iudicis bene pōt esse lis. Hoc probatur in l. si socer. in glo. ibi posita in ver. conueniri. ff. sol. mat. & facit q̄ no. gl. in l. Imperator. ff. ad Tre. & l. vbi pure. eod. ti. Quod istud sit verum probatur. Pater debet filio alimenta, & per officium iudicis tenetur, & tamen pater potest esse in iudicio cum filio, & econuerso p̄o alimentis sibi prestandis, vt l. si quis a liberis. ff. de liber. agno. Bart.

---

a De pactis.[a] Rubr. III.

¶ In hac rubrica continuabo tibi quasi omnes rubricas vsq̄ ad ti. de iudi. Imperator dicturus de iudicijs premisit de edēdo, & de in ius vocādo, ideo q̄ postquā quis est citatus, quādoq̄ cōtingit q̄ amici se ponūt in medio. & faciunt q̄ actor faciat reo pactū gratuitū, ideo ponitur hic rub. de pa. Quandoq̄ transigitur, ideo hic sequitur de transactionibus. Quandoq̄ nullo modo possunt concordari, sed omnino intendūt litigare, & tunc est necesse q̄ interuenīat aduocatus, ideo ponit tit. de postulādo, & de aduocatis, & postea debet inuenīri procurator, ideo ponit ti. de proc. Et q̄ in predictis quandoq̄ aliqui lesi restituūtur ratione etatis, vel absentie, ideo cōsequēter ponit ti. de in integ. resti. postea venit liber de iu. ꝛc.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ De pactis. Circa materiam pactorum habes tractatum do. Baptiste de sancto Seuerino.

LEX I.

1 ¶ Fideicommissum dicitur conditio.
2 Si testator grauet filios in morte de restituendo, si decesserit sine liberis, & in codicillis reuocauit conditionem, videtur remittere fideicommissum.
3 Renunciare iuri de futuro, quando quis possit. & nu. 5. & 9.
4 Jus quod non competit, nec re, nec spe, non potest cum pacto remitti. & nume. 10.
5 Pactum factum de futura successione mortui, valet. & nu. 12.
6 Pactum factum contra voluntatem testatoris, valet. & nu. 13.
7 Ex conuentionibus innominatis quis nō potest agere, nisi primo impleuerit ex parte sua. & nu. 14.
8 Cautio Mutiana an habeat locum in contractibus. & nu. 15.
11 Juri de presenti, & non de futuro, quare renunciari possit.

a CONditionis.[a] Fideicōmissum ex futuro euentu pendens potest per pactum remitti. h. d. Diuiditur in duas partes. Primo ponit dictū in genere. Secundo infert ad specie. secūda ibi, cum igitur. ꝛc. ¶ Hot. principiū cum gl. dicit ter. cōditionis[b] in certum, quod totū ipsum fideicōmissum † dicitur cōditio. ¶ Ho. ad questionē[c] quā consului. Testator grauauerat filios de restituēdo in morte si quis decesserit sine liberis, † postmodū in codicillis admit conditionē[d] quā filijs suis imposuerat. dicebatur postea quod fideicōmissum debebatur, q̄ sola conditio fuit adēpta, si decesserit ante grauamen. allegabatur quod sola cōditio erat remissa, nō autem fideicōmissum erat ademptū. Sed ego consului contrariū *, & inter alias rationes fuit vna, q̄ quādo dicit testator, remitto conditionem, videtur remisisse totū fideicōmissum conditionale, vt hic patet. Nam conditionē appellauit totū fideicōmissum. Ratio quā me fundam, fuit ista. q̄ etiam si diceremus fideicommissum remanere, nullius esset momēti, nam tantū deberē ego tibi, quantū tu mihi, & sic nullū. vt Lab ōmnib⁹. ff. si a Titio. de leg. j. & ibi diri. ꝛc. ¶ Deinde ad gl. & opp. iuri de futuro non potest renūciari[e], vt l. si ita scriptū. ꝫ. si sub cōditione[f]. ff. de leg. ij. Sol. † Non potest renūciari simplici renūciatione, vt in cōtrario, sed per pactū sic, vt hic dicitur. Ratio, quia pactū nititur cōsensu duorū, renunciatio cōsensu vnius, ideo est maioris firmitatis. Ita dicit glo. magna no. ¶ Sed contra hoc opp. de l. nec nos. ī. de capti. Dicit gl. ibi fuit error. Vel dic, ibi erat ius † quod non cōpetebat re, nec spe,[g] ideo nec per pactum potest remitti. Ita loquitur ibi. & vide glo. tuam. ¶ Item opp. ff. quorum leg. j. ꝫ. quod ait. el ij. glo. dicit quod illud magis accedit repudiationi quam pacto. Tu dic, & melius, q̄ ibi inter dictū quo. leg. alias bonorum, hered. non cōpetebat nec re, nec spe, ante quā adiret hereditatem, vel bonoū possessionē peterent. & ideo per pactum non potest remitti. ¶ Alterius ad istud[h] opp. extra gl. de l. in pluriū. ff. de acqui. here. & de cura. bo. dan. l. j. & ff. a quib. app. non licet. l. j. ꝫ. j. de temp. app. l. si. circa si. Sol. gl. in d. l. j. de cura. bo. dan. dicit, quod renunciatio simplex si quidē fuit facta in iudicio, valet, vt ll. cōtrarijs. si fiat extra iudicij, non valet. Ita loquitur quod dictū est ī. & istud est bene dictū. Alij dicunt, aut renūciatio fit parte presente, & valet. Ita loquitur hic. Aut absente parte[i] & nō valet, vt d. l. si ita. ꝫ. si sub cond. cum si. Et ideo si fit in iudicio, valet ꝓpter presentiam partis, vel iudicis. Ista est opi. Jac. de Are. que placet mihi, licet quidā cōtra, q̄ verba renūciationis facta parte presente habent vim pacti obligatorij de nō petēdo in futurū. vt l. tale pactū, in prin. ff. de pact. ¶ Pro declarāda igitur ista materia perfectius quam tetigerim in solutione contrariorum, distingue tres casus.

k ¶ Quedā sunt iura, que vere cōpetunt nobis re & spe[k]. Quedam, que nobis cōpetunt spe, & nō re. Quedā, que nobis nōn cōpetunt nec spe, nec re. Primo casu, si quidē illa iura nobis cōpetunt re & spe, absq̄ aliquo facto nostro, ex dispositione legis vel testatoris, vt legata, que a die mortis quorūlibet ignorāti, & hereditas, que queritur filio suo ignorāti, tunc potest repudiari, & per pactū remitti. & nō est dubiū. vt l. si. ī. de repu. here. & l. si quis ita. la vltima. ff. de condi. insti. & quod ibi no. l. seruū filij. ꝫ. j. ff. de leg. j. Si vero nobis competunt ex aliquo facto nostro. tūc si est ius personale, nullo modo potest tolli renūciatione, sed requiritur pactū factū parte presente. quod apparet, q̄ alteri paciscēdo, alteri nō acquiritur. vt l. fideiussoris. & ibi no. ff. de pac. l. stipulatio ista. ꝫ. alteri. de verb. oblig. Si vero est ius reale[l], tunc ius possessionis potest perdi simplici renunciatione, ius dominij nō, vt l. si quis. la ij. ꝫ. differētia. de acqui. poss. Quandoq̄ est ius, quod cōpetit spe, & non re, & tūc per pactū potest remitti. vt hic, in simplici vero renūciatione dic. aut fit parte presente, & idem, quia habet vim pacti, vt l. tale pactū. in prin. ff. de pact. Si parte absente, tūc in iudicio valet, vt l. j. de cura. bo. dan. & ibi nō, cum si. alleg. * ꝫ. Si extra iudicium non valet[m], vt l. si ita. ꝫ. si sub condi. ff. de leg. ij. cum si. Quandoq̄ est aliquod ius, quod non cōpetit, nec re, nec spe, & istud si quidē verba renūciationis, vel pacti, sapiant dispositionē de presenti nullō modo ad aliud ius futurum porriguntur, vt j. de capti. l. nec nos. ff. quo. leg. l. j. ꝫ. quod ait. Sed si verba pacti porrigerentur in futurū. hoc modo. si quo tempore res ad me pertineret, etiā ex causa de futuro, facio tibi pactū de non petēdo, & similia verba, tūc puto quod illud valeret. ar. ff. de verbo. obliga. l. si rem meam, facit ad hoc ff. de vsucapio. l. cum vir. quod ibi not. ¶ Modo expeditus sum de primo. ¶ Oppo. quod non valeat tale pactum, quia est de futura successione. vt j. eo. ti. l. fin.[n] & de coll. l. pactum. Sol. gl. hoc optime. hic tractatur † de successione iam mortui, ibi de successione viuētis. & vide gl. ex qua not. quod per fideicommissum inuinctum inter fratres nō succedit frater fratri. sed succedit defuncto. ideo istud pactū est de hereditate defuncti, non de hereditate viuentis. Item oppo. voluntas testatoris est lex, vt in auth. de nupt. ꝫ. disponat. sed pactū contra l. non valet, vt j. eod. l. pacta que contra. ergo non valet pactū contra voluntatem testatoris. Sol. hic testator non prohibuit fieri pactum. Et vide gl. videte † domini. innuit ista gl. quod pactum contra voluntatem defuncti, non posset fieri. Truffa est, si pactum esset prohibitum per defunctum fauore alicuius, posset fieri pactum cōtra voluntatem defuncti, volente illō, in cuius fauorem testator dispoſuerat, vt ff. de lega. ij. l. cum pater. ꝫ. libertis. de leg. j. l. mihil. ꝫ. j. de fideicōmiſ. l. quoties. quod ergo dicitur, voluntas testatoris est lex, verum est in fauorē eius, in cuius fauorem dispositum est, sed hic pactū fuit factum inter eos, in quoū fauorem fuit facta dispositio. ideo si testator prohibuisset, nihil releuaret. Opp. viterius, q̄ istud pactū debeat irritari, quasi nō secuta causa ꝓpter quā fuit factū, nā iste filius non decessit sine liberis. Sol. vt in gl. & bene. Item oppo. & videtur quod hec lex sit male situata, nam debuit poni in tit. ī. de transact. Sol. dicit glo. ille tit. loquitur quando res est dubia ꝓpter

o pter lit.contest.°hic quando est dubia alia ratione.tunc est magis pactum,quam transactio. Ego dico,quod etiam si esset trãsactio, optime staret in hoc tit.q; hic titulus est generalis ad omnia pacta,transactio est pactum.ergo ꝛc. ¶Quero.posito quod filius ille sertantem non tradidisset,an posset agi cõtra eum vigore huius conventionis? Breuiter aduerte,ex istis conventionibus in
7 nominatis non potest agere ille, qui non impleuit contractum ex parte sua,vt l.naturalis.§.j.ff.de præscrip.ver.z lex placito.j.de re. permut. Modo ad propositum quando verba conventionis fuerunt ita concepta,dabo tibi sertantem,vt non petas fideicommissum inuicem a patre,z tunc iste sertans nõ posset peti. Ratio,quia ille,qui promisit,non potest vnquam implere contractum ex parte sua. Si enim non peto hodie, possum petere cras, ideo si non potest implere ex sua parte,nunquam habebit actionẽ ex tali pacto. Sed si verba conventionis essent ita concepta,do tibi sertantem,vt tu remittas ius fideicommissi, certe ista remissio potest fieri incontinenti,z ideo impleto contractu ius remittitur,z sic haberet actionẽ. De hoc dicã plene j.tit.j.l.sine apud acta.z vide
g gl.no. ¶Querit gl.quando fuit conuentum,vt nõ peteret,an prestando cautionem † Mutianam impleat contractũ ex parte sua? Bl.dicit quod non.aliter videtur dicere in d.l.sine apud acta.z ibi dicam.Et hanc glos.not.quia hec glo.videtur tenere.quod cautio Mutiana non habeat locum in contractibus. Dicam vobis in d. l.sine apud acta.z dixi in l.Mutiana.de condi.z demon.ꝛc.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶Conditionis. ¶Pro hac questio.vide Bart. qui plenius loquitur in l.si quis sertũ.ff.de condit.z demon.z vide ibi Joan.de Imol.z per Bart.l.ab omnibus.§.si Titio.de leg.j.

b ¶Conditionis. Adde vnum verbum per Bal.consi.liij.lib.j.

c ¶Questionem. Adde videndum pulchrum casum per Bal.cons. lvj.lib.iij.

d P.PAV. P. ¶Conditionem. Vide dom.Franc.consi.xciij.in verſi. consi.suo crcv.

* CLAV. DE SEISS. ¶Consului contrariũ.Ad idem facit tex. iuncta gl.j.in l.delata.z quod ibi dicit Sal.in j.opp.j.de reb.credi.

e P. PAV. P. ¶Renunciari. Vide circa hic dicta per Bart.quomodo possit renunciari iuri nondum delato,in istis hereditatibus vel fideicommissis,z quando interuenerit authoritas iudicis vel non.Lomen.consi.cxiij.in iij.dub.incipien.anterius. Et in quantum Bart.dicit quod simplici renunciatione renunciare non potest sed per pactum sic, quid si notarius vtatur simplici verbo renuncio,in instrumento,vide singulariter prac.Saplen.in forma libelli quo agitur,vt pacta seruentur.in ver.pacta.Item adde quid si renunciatio esset iurata traheturne ad ius de futuro in vim pacti, vide Aler.in l.is qui heres.in fi.ff.de acquir.here. Et hoc quando renunciatur expresse alicui iuri de futuro,iuramentum autem non faceret vt renũciatio simpliciter traheretur ad ius de futuro, vide Alexand.consil.ccclxxij.

f POMA. ¶§.Si sub conditione. Et aduerte,quia ille text.loquitur in iure de futuro pendente tamen a die certa.

g POMA. ¶Nec spe. Quia ibi nullum erat fideicõmissum,z licet ibi re vera esset mortua,tamen ex quo erat dubium penes volẽtem pacisci.nõ possumus dicere quod aliquã spem habuerit,quia non sufficit habere potentiã paciscendi, nisi etiam quis sciat se illã habere potestatem,arg.l.heres institutus.in fi.ff.de acquir.hered.z l. quero.vbi per Bar.ff.de eo qui pro tu.z l.is qui heres.§.j.ff.de acqui.here.quam potentiã non possumus dicere q̃ dubius sciat sibi cõpetere cum equiparetur ignoranti,vt per Bart.in l.manifestis.

h ¶Oppo.quod ne,vt j.tit.cl. tatur † de luc gl.er quanot. nõ succedit fra t de hereditate voluntas testa tũ contra l.non actũ contra vo it fieri pactum. um contra vo ctum esset pro i pactum cõtra testator dispo j.l.nihil.§.j.l.de estatoris est lex it,sed hic pacti dispositio. ideo ins,q̃ istud pa uã fuit facti,nã ne. Item oppo. ponit sit tit.j.de s est dubia pro pter

i POMA. ¶Absente parte. Et vltra istos duos casus hic quod valebit renunciatio simplex iuris de futuro.si est iuramento firmata vide per Cu.z ibi Aler.in l.is qui heres.ff.de acquir.hered.z clare hoc tenet Ang.in l.si quis posthumos.ff.de lib.z posthu.

k POMA. ¶Et spe. Hoc intelligo,z spe, hoc est, tam deducta ad esse, alias enim implicaret quod quedam nobis competunt, cum spes sit de futuro.z ita patet ex exemplis Bart.

l POMA. ¶Jus reale.Barto.videtur tenere contrarium in l.non solum.§.si liberationis.ff.de libe.leg.dum ibi alleg.l.postquam liti. j.eo.nisi dicas quod ibi loquitur quando res esset penes aduersarium hic vero econtra.vide etiam Aler.consi.xvij.in ij.dubio,vol.j. z etiam vide ad hoc Ang.Aret.in §.idem iuris.Insti.de exceptio.

* CLAVD. DE SEISS. Cum similibus,alleg. Istud intellige sm ea que not.Bar.in l.postquam liti.j.eodem.

m POMA. ¶Non valet. Et vtrum ius quod competit spe,z nõ re,possit remitti pacto aut simplici renunciatione,z pacto potest tolli,vt hic per Bart.dic quod tollitur non ipso iure,sed ope exceptionis.Ita Raphael.consi.cxlvij.z hoc etiam videtur hic sentire Paul.de Cast.in verſi.restat.z Angel,Aret.in §.idem iuris.Insti. de exce.vbi vide plene per eum,z ex ibi no.per eum colliges que sit ratio diuersitatis.inter pactum z simplicem repudiationem.Et de ista materia vide etiam Abba.in c.ex multiplici.extra de dec.&de Ro.decis.cxcj.in nouis. Bal.in l.sed z si quis.§.quesitum.ff.si quis cau.hoc tamen limita vt per Alexand.in l.postquam liti.j.eo.per not.per Bart.ibi,vbi vide que addidi.z quod valeat renunciatio facta in iudicio.vide etiam Ro.consi.xxij.z Jmol.consi.lxij.

n POMA. ¶V.fina. Aduerte etiam quod d.l.fina.videtur obstare Bart.dum alleg.l.si rem meam, nisi dicas quod dictum Bart.debet intelligi in casu possibili quando potest fieri pactum super hereditate viuentis, puta hominis incerti, iurta l.iij.§.de illo.ff.pro socio.vt videbitur in d.l.fin.z dum Bart.hic etiam alleg.d.l.si rem meam. Vide quid super hoc scripsi ad Bar.in l.quod seruus.ff.de cond.ob cau.z ad hec vide Rom.consi.xxij.z Jmol.consi.lij.z Lar. consi.cxxix.z Soci.consi.ccxxx.

o POMA. ¶Litis contest. Aduerte tamen quod gl.non dicit hoc quod ille tit.loquatur tantum quãdo est res dubia propter litem, non autem alio modo.quia hoc esset contra l.primam.ff.de transa. z si dicatur,quare ergo ista lex non fuit posita in tit.j.sicut l.de alimentis.in ij.respon.respõdetur quod sic placuit compilatoribus, z in hoc non erat ius,vt hic per eum.z vide hic Alex.

ALIA LECTVRA.

Conditionis. Jus fideicõmissi conditionalis dependentis ex eventu,potest remitti per pactum.h.d.Et diuiditur in duas partes,quia primo ponit dictũ in genere, secũdo infert
2 Modus probandi contractum venditionis simulatum.
3 Protestatio derogatoria precedens, quando tollit actum sequentem.
4 Pactum de non petendo,quas vires habeat.
5 Si aliquis creditor stetit per xxx.annos quod non petijt debitum, & postea fecit pactum de nō petendo,& demum sit factum pactum de petendo,an istud pactum producat actionem.
6 Fideiussor,si ante quā fideiuberet protestatus fuit creditori, quod non intendebat fideiubere,& fideiussit,an obligetur.

a **PActa nouissima.** [a] ℣Pacta nouissima prioribus cōtraria debent seruari *. hoc dicit. ¶Circa hanc legem debes scire quod quedam sunt pacta inuicem contraria, & de his loquitur hec lex,& l.si vnus.§.pactus ne peteret.ff.eo.Quedam sunt pacta similia, & de his loquitur.l.iuris gentium.§.adeo. ff.eo. Tangitur etiam in l.pacta.de contrah.empt. Quedam sunt pacta diuersa,& de istis loquitur l.prori.& j.eo.l.petens. Tantum recitabo hic de pactis contrarijs. ¶Et declaremus glos.oppon. de contrahen.empt.l.pacta.Sol.Ibi loquitur in appositis pactis super substantialibus contractus,nec sunt pacta cōtraria, hic loquitur in alijs pactis. ¶Opp.de l.iuris gentium.§.sed si fraudandi.ff.eo. Sol.quod hic dicit,pacta nouissima,intellige vtilia.secus si sint inutilia,vt in contrarijs. Dat etiam hic glo.alias limitationes,& de qualibet limitatione possem facere vnum contrarium,sed non curo.Et vide glos.Unum intendo examinare quod dicit glo. Item verum,nisi primum deroget vltimo.ff.de legi.l.si mihi & tibi.
1 §.fin. Nota istam gl.† quod sicut in vltimis voluntatibus voluntas derogatoria precedens tollit sequētem.ita in contractibus.Contra hoc oppo.fortiter de l.cum in plures.§.locator.ff.loca.Pe.hic, & do. Lyn.in illa sua disputatione, que incipit.precessit prima voluntas,&c.dicit,quod ibi fuit propositum retentum in mente non fuit expressum partibus,& sic non sufficit,vt l.si repetēdi.j.de condic.ob cau. Ista sola.est vera tamen continet diuinationem.domi. Jacob.Burr.dicebat sic,& aduerte, quia est multum vtile dictum.
b dicit ipse [b]. Quandoque pactum primum derogatorium precessit simpliciter, non respiciens expresse tempus futurum,tunc faciēdo postea aliud pactum ex interuallo, videtur recedere a primo. Ita loquitur l.cum in plures.§.locator horrei. Sed si pactum esset derogatorium respiciens futurum expresse, verbi gratia, dico quod non intendo promittere animo obligandi me,& si contingeret me in futurum promittere, non facio animo obligandi. tunc pactum primum tolleret vltimum.Ita loquitur hec glo. ¶Et per hoc di-
c cebat ipse,si tu vis probare contractum simulatum[c],tu habes ne-
2 cesse probare: † quod tempore,quo tu vendidisti,fuit dictum quod non esset venditio, sed pignus, tunc venditio statim secuta bene
* presumitur simulata.Sed si venditio esset postea secuta* ex interuallo,non sufficeret,quia per sequentem venditionem videtur peruisse illius protestationis,vt dicta l.cum in plures.§.locato.

Debebat

Debebat ergo probare quod ille dixit quod non intendebat qđ esset venditio, z si contingeret in futurum vendere, intendebat qđ esset pignus, quod satis est notandum. z Joan. mo. ponit in capit. in generali. de regu. iuris libr. vj. Et domin. Andr. de Isis posuit in l. si quis in principio testamẽti. ff. de leg. iij. z videtur mihi quod dicat multa imperfecta, z non vera. ¶ Oppon. de l. fina. §. item si predixerit. ff. nau. cau. sta. Solut. dicit Petr. ibi loquitur in actu necessario, in quo non prodest protestatio, nisi pars aduersa consentiat, secundum eum. Reassume ergo breuiter tria, vel quatuor.

3 Quandoque precessit protestatio derogatoria in actib. qui depẽ
d dent ex sola voluntate protestantis, z tunc impedit actum sequẽ
e tem, nisi specialiter prioris voluntatis penituerit, vt l. si quis in principio testa. ff. de lega. iij. z in l. si mihi z tibi. §. in legatis. ff. de legatis primo. z l. at si quis. §. plerique. de reli. z l. qui in aliena. §. fin. de acquiren. heredi. Si vero in actibus qui dependent ex voluntate partium, z tunc si quidem voluntas derogatoria est solum in mente retenta, non sufficit. vt d. l. cum in plures. §. locator horrei. secundum intellectum Petr. z j. de condictio. ob cau. l. si repetendi. Si vero fuit verbis expressa, z tunc aut fuit voluntas derogatoria simpliciter, aut expresse se retulit ad tempus futurum.

Primo casu impedit solum contractum, qui immediate sequere
f tur, non eum, qui sequeretur ex interuallo, vt dicta l. cum in plures. §. locator. secundum Jacob. Butr. Pro quo facit l. per retentionem. j. de vsu. Si vero expresse se retulit ad tempus futurum, aut loquimur in actibus voluntarijs, z tunc illa voluntas derogatoria impedit illum actum, ita loquitur hec glo. Si vero loquimur in actibus necessarijs, tunc illum actum non impedit. nisi facta sint parte aduersa presente, z non contradicente, vt d. §. item si predixit, ꝛc.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Pacta nouissima, circa materiam huius l. vide Alexan. in l. si quis ante. ff. de acqui. poss. z quod ista regula quod vltima derogant prioribus, procedat in omni materia, vide Alex. in consi. dcxj. in princip. Jaso. in l. duobus. §. fin. de iureiur. z in d. l. si quis ante. in primo notab. POMA. ¶ Vide Alexan. consi. xl. volum. iiij. z glos. in c. vna queque. in verbo. in morte. xvij. q. ij. z Feder. de Senis consi. x. in fin. z consi. cclij. z Rom. consi. xiij. z consi. xl. in ij. dubio. z vltra ea que hic dicuntur ex verbo, vltima derogant prioribus. dic quod idem est in decreta. c. j. de cogna. spiri. c. j. de constit. in vj. z idem in mora. l. illud. cum ibi no. ff. de pet. z com. rei vendi. z idem etiam in preceptis interlocutorijs iudicis. l. si opus. ff. de ope. no. nun. l. quod iussit. cum materia. ff. de re iud. Adde preterea. quod idem est in reb. perfectis, in quib. statur vltimo verbo. Ita Bal. in l. quidam eulogio. §. de iure deli. z in tracta. fund. facit. l. Stichus. imo Pamphilus. ff. de manu. test. Idem est in pluribus consuetudinib. patrissami. l. Mela. §. j. ff. de ali. z cibaria. leg. Idem in pluribus qualitatib. persone, quia vltima spectatur. Ita. Bal. in l. si quis filiũ. j. de inoffi. test. Idem in pluribus scripturis. ff. eo. l. tutor. §. in tutore. Item ad hec adde. quod idem est in iuramẽto. l. duob. §. fin. de iure iur. Item quod est idem in pluribus locis pro regula. qz attenditur vltima in gl. z tunc approbata, secundum l. bona fides. cum his que ibi addidi ad Bart. ff. de posi. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. Quid autem sit in vltima consuetudine, z fama. Bald. in c. j. qui feud. da. possunt. Quid autem in rescri. de priuileg. vide Joan. And. z ibi plene Feli. in cap. de rescriptis. Item ad hoc adde vnum bonũ verbum. Bald. in c. cum inter R. seniorem. de ele. dum loquitur de duob. instrumentis factis super traditione eiusdem rei. z vide Spec. in tit. de diuisp. z alleg. §. post hec. ad fin. Item adde ter. in l. si tibi. in fi. ff. si cer. pet. z l. ex duob. in princ. ff. de vulga. z pupill. substi. in l. Lucius. §. fi. ff. de testa. mili. z ad hec vide etiam vnum verbum. Alex. consi. v. versi. pro hoc etiam facit. vol. iiij. Panormi. consi. xviij. an j. dubio. ij. volu. z consi. lxij. in fi. eo. volu. z consi. xviij. j. dubio. eo. vol. Fede. consil. ccxxxiij. Vide etiam Feli. in c. per tuas. versic. amplia primo. de proba. z in c. quoniam contra. in glo. super verbo. tempora. de proba. z aliquid in c. cum causam. de test. Cepol. in consi. viij. Feli. etiam in c. fi. de rescript. Bart. consi. ij. vol. j. z Imo. consi. xlvij. in fi. z Card. consi. xxix. z Barb. in c. ex parte. de constit. z Feli. in c. cum contingat. de rescrip. vbi dicit standum vltime fame. z ibi vide que scripsi z Capram. consi. lvij. z Joan. Fab. non ab re in §. cumq; hoc. in proemio Justit. in versic. in gl. j.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Seruari. Et quid si se inuicem compatiuntur. an sibi inuicẽ derogent, si ita potest interpretari, vt non dicordent, vide Alex. consi. xl. in j. dub. vol. iij. Et ad huius regule extensionem in quibus casibus procedat, vide Alexã. consil. cxxij. volu. iij. z consi. cxxij. ponit quid in statutis.

b POMA. ¶ Quandoq; Aduerte tamen, Bartol. videtur sentire dum soluit contrarium §. locator. horrei. in ista sua distinctione, quod dispositio huius §. procederet etiam si pars, cui fit simplex protestatio, non impediret actum sequen. pondera etiam quod Bart. dicit, quod quandoq; primum pactum, z sic quod interuenit cõsensus eius, cui fit protestatio, pactum enim est duorum, vel plurium. in idem placitus consensus. l. j. ff. eo. z bene. Ad hoc facit quod dicit ipse Bart. l. non solum. §. morte. ff. de ope. no. nun. dum ponderat ibi glo. nostram hic, dum dicit, nisi primum pactum ꝛc. z ibi Bar. videtur reprobare intellectũ quẽ dat hic. z in d. §. locator.

c ¶ Simulatum. Adde, qualiter probetur simulatio contractus Pet. de Anch. consi. xj. z consi. cclvij. Bald. consi. cxvij. lib. j. Fede, de Senis consi. vlti. Pau. de Cast. consi. xix. Ro. consi. ccv. Joan. de Ana. consi. lvij. z in quantum Alexand. ponit. an contrahens cum decreto iudicis possit illum contractum rescindere, vide pulchre Bald. consi. xxviij. lib. iij. Adde tu quod hoc dictum Bartol. dicit singula. Lepo. in tractatu de simula. contractuum.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Sequuta. Idem si tale pactum factũ ad similitudinem contractus esset factum post contractum perfectum: nam tunc non posset dici simulatus. ita Bald. in c. M. Ferrar. de consti. alle. bonum ter. in l. iij. §. si ab ignoto. ff. de manumis.

d P. PAV. P. ¶ Reassume ergo. Vide Aret. in d. l. si Titia. §. j. ff. de verb. oblig.

e ¶ Impedit. Pro concordia. Aduerte q; aliqui tenẽt opi. Bart. in hac l. pacta nouissima, scilicet quod precedẽs protestatio derogatoria actui sequentis dependentis, alias ex sola voluntate protestantis facta simpliciter trahitur ad actum postea ex interuallo factũ. Idem in l. si quis in prin. testamẽti. ff. de leg. iij. Contrariũ allegatur tenere in l. qui in aliena. §. fi. ff. de acqui. hered. Tu dic, male allegatur Bart. in hac l. pacta nouissima. qz imo idem voluit quod in d. §. fin. Nam hic dicit quando pactum primum derogatorium precessit simpliciter, non respiciens expresse tempus futurum, tunc faciendo postea aliud pactũ ex interuallo, videtur recedere a primo. Et idẽ cõcludit in effectu in d. §. fi. qz vbiq; tenet negatiuã, nec etiã in hoc aliqualiter contrariatur in d. l. si quis in prin. testamenti.

f ¶ Ex interuallo. Adde secundum Alexan. quod hec communis opin. est vera, vbi tempore protestationis non subesset causa, que non perseueraret tẽpore contractus, postea ex interuallo, vt puta si quis timens ne cogatur vendere domum vicino potenti, protestetur quod non intendit illam venditionem quam faceret potenti, valere. Nam ista protestatio trahetur ad tempus contractus, iuxta ex interuallo, si vsque ad illud tempus durauit causa metus, z potentatus vicini. z ita dicit eleganter tenere Bart. Bald. Ang. z Mod. in l. qui in aliena. §. fin. de acqui. here. Tu dic, quod contrarium tenet Ang. consi. ccxvij. incipien. In Dei nomine, visa narratione, vbi dicit, quod verum est quod Dyn. in aliquibus additionibus tenuit hoc, sed quod reprobatur per d. l. qui in aliena. Et idem consuluit Petrus de Ancha. consil. cccxxxiij. incipien. retento ordine. Vide tamen vnum verbum per Bal. consil. xxviij. lib. j. Et de materia vide Episcopum Alexand. in cap. solicitudinem. de appel. z Felin. in cap. cum D. de constitu.

Pacta nouissima. Ultimum pactũ primo contrarium obseruari debet, hoc dicit. Et primo ponit dictũ in genere. Secundo infert ad speciem. Secunda ibi qua propter. ¶ Oppo. de l. iuris gen. §. sed si fraudandi. ff. eo. Sol. quod ista debeat intelligi de pacto quod valeat. ¶ Item opp. de l. si mihi. §. si. in versic. interdum. ff. de lega. j. glos. solut. z limitat hanc l. quod sit verum, nisi primum pactum sit derogatorium vltimo. Ista solu. est multum not. quod sicut in vltimis voluntatibus, prima voluntas derogatoria prevalet vltime, ita etiam in contractibus. Tamen contra d. glos. posset opponi, vt l. cum in plures. §. locator horrei. ff. loca. z conduc. Unde dic secundũ do. Jac. Interdum aliquis profert verba protestationis in sequenti tẽpore, z tunc post protestationem protestatio releuat, quia fuit derogatorius actus factus. arg. eius quod hic no. Unde aduerte, cum tu vis probare contractum esse simulatum, do. Jac. dat istam practicam, quod testes deberent deponere quod tu dixisti in protestatione per hũc modum, videlicet, quod si contingeret te in futurum vendere, q̃ tu nolebas venditionem esse. neq; in venditione cõsentiebas, sed esset pignus. Si testes deponãt per hunc modum, probatur simulatio contractus. Sed si testes deponerẽt sic, dicimus q̃ talis fuit protestatus se nolle vendere Titio fundũ, sed pignorare, isti non probant contractum simulatũ. Ratio, quia actus venditionis factus post protestationem, videtur indicare illũ penituisse prime protestationis. Et ita intelligit d. Jac. §. locator horrei, quia verba ista in isto casu nostro non se extenderent ad futurũ tempus. ¶ Item oppo. de l. si vnus. §. pactus ne peteret. in secundo respon. ff. eo. Sol. gl. limitado quod illa lex debet intelligi, si prima actio sit ipso iure sublata, quia tunc vltimum pactum non seruatur. Et valet ad q̃stionẽ, Bone, reformatio est facta q̃ exbanniti pro quacunq; iniuria debanniantur, postea priores faciãt aliam reformationẽ, post quã exbanniti fuerunt rebanniti, per quam reformationẽ volunt reponere in ipso banno, nũquid possint? Primo dic quod non. Nã per rebannimentũ fuit sublata iniuria cõmunis ipso iure. Unde per aliã reformã-

tionem illa iniuria non renascitur, z bamum nascitur ex delicto, z iniuria nascitur ex contumelia vt in d.§.pactus ne peteret.

4 **Quero** de viribus pacti de non petendo: Dic q pactū de non petendo tollit naturalē obligationē, pactū vero extendit se ad id ad qđ appomitur. vt l.si vnus.§.pacta.ver.z in summa.ff.eo.pactū de non petēdo respicit petitionē, nō obligationē: sed petitio z obligatio non habēt cōe simul, ergo de vno ad aliud non infertur, vt l naturaliter.§.nihil cōe.ff.de acqr.pos. Sed pactū liberatorū tollit naturalē obligationē. Et idē senserunt gl.z Bul. sed loquūtur magis generaliter, gl. vtuntur istis verbis in l. fideiū.§.naturalis.de sol. Et est secūda, q2 elidit ciuilē obligationē. ¶ Ultramon. reprobant. z dicunt q3 imo perimitur. Allegāt ter. in l. quecunq;.ff.de compensa. Tu salua gl. ideo. q2 pactum de nō petēdo si perimeret omnē obligationē. z reus esset absolut⁹. actor nunquā posset agere, q2 omnis obligatio fuisset sublata. z tū agit, q3 patet. q2 si actor agat, opponitur except. rei iud. a reo absoluto, sed exceptio presuppomt actionem, vt l.j.de excepti. Non obstat l. que cunq;. q2 intelligo q3 perimatur in effectu, non tamen ipso iure. Est etiam tertia virtus. q2 pactum de non petendo obligat pacisentem naturaliter non petere. Ita dicit gl.in d.§.pactus. z probatur in l.vbi.§.de transact. istud impugnant quidam z dicunt, qđ idem actus non potest producere diuersos effectus. q2 obligaret. z liberaret. z est ter. rotundus a contrario in l.si pater.in §.j.de iudot. ¶ Tene gl. z ad contraria respondē, q3 non operatur contrarios effectus. eo. respec. Nam respectu debitoris operatur liberationem. quo ad naturalē obligationem. respectu creditoris operatur obligationem. q2 obligatur non petere. Et valet ad istud, q2 si obligatur nō petere. in obligatione est non facere. vnde si faceret, veniret interesse in obligatione. z esset obligat⁹ naturaliter. z posset compensari. vt l.etiam.ff.de compen. Tene ergo dictū gl. Non ob. l.si pater.§.j.de iur.do. q2 ibi dicitur, qui pacisc itur, non obligatur. Verum est ad vandum, sed nō ad agendū. est alia virtus, q2 inducit exceptionem ex se, videlicet pacti de petendo. vt hic p Cyn.

1 ¶ † Quero a te de ista questione pone. tu debebas a me recipere centum: stetisti per triginta annos qđ non petisti. z fecisti pactum de non petendo. post xxx. ann. fit pactū de petendo. quero vtrū habeat vires? Videtur qđ sic. q2 pactum de petendo remouet omne obstaculum inductū per pactū de non petēdo. Bul. de Cu. determinat q3 tunc est verum. q3 pactum de petendo remouet obstaculū qđ actio ista nō esset ipso iure sublata. sed in proposita questione secus. quia naturalis est sublata per pactum. ciuilis per prescriptionem. Et sic cum ipso iure sit sublat⁹. pactum de petendo nihil operatur. vt in d.§.pactus ne peteret. Do. Franc. Tigrini de Pistis dicit quodēr isto pacto vltimo optime āgi potest. q2 per pactū vltimū de petendo fuit resuscitata prima actio. Non obst. id quod de prescriptione dicitur, quia nūquam contra me prescribitur per illum. qui habet beneficium a me. vt l. male agitur. j.de preseri. xxx. ann. Sed tu ex pacto nudo de nō petendo beneficium a me habebas. de ea potes videre ea que no. in Spec. de preseri. in materia libellorum. in glos. que incipit. vt si primum fuit ibi. Item verum. nisi primum deroget. ¶ Inducuntur predicta per Ultramon. ad questionem fideiussor⁹ datus. antequam fideiubeat. vadit ad creditorē. 6 z ei predicit † quod non intendit fideiubere pro Titio. cui creditor mutuare intendebat. demum mutuat ei. z talis fideiubet. an talis fideiussor obligatus sibi sit? Videtur ex ista gl. quod non. quia ista protestatio precedens. scilicet quod non intēdebat fideiubere. impedit fideiussionem secutam per ista verba gl. In contrarium facit. l. cum in plures.§.locator. hodie.ff.loca. Bet. tenet quod aut verba protestationis respexerunt expresse actum futurum. puta dicendo non intendo fideiubere. z si contingat me fideiubere. teneri nolo. z tunc nullatenus tenetur. Pro hoc facit l. qui in aliena.§.fi.de acquirere. z l. at si quis.§.plerique. de religiosis. ¶ Item facit quedam gl. que est in §.in concubinatu.ff.de cōcubinis. que dicit, quod protestatio semper debet fieri ante actū. super quo protestatur. Si vero verba derogatoria. z protestatio precedens non respexerūt expresse actum futurū. in forma de qua supra dixi. sed simpliciter fuerunt verba talia. puta nō intēdo fideiubere. tunc si quis actus immediatus sequitur post illa verba. tūc certū est q3 impedietur fideiussio: Sed si fieret ex interuallo. tūc non impedietur. z erit obligatus fideiussor. ar. d.§. locator. hodie. Et hec possent induci ad questionem. quam format gl. in l.si fideiussor.ff.de fideiuss. Et si tu dicis, nonne lex alibi dicit q3 protestatio precedēs inter viuos nō releuat quem a periculo. vel obligatione sequenti, vt l.si.§.item si prędixerit.ff.nau.cau.stab. Sol. Ibi loquitur in actu. qui de necessitate adstringebat protestantē. z eius protestatio non releuat eum nisi is, cui fit protestatio. consentiat. Sed questio nostra. z theorica data procedit in eo qui obligabat se ex voluntate, nō ex necessitate. Bar.

LEX XIII.

1 ¶ Pactum nudum, etiam in actionibus strictiiuris vestitur coherentia contractus.

3 Qua actione agatur ad id, quod venit in pactō.
4 Actio prescriptis verbis. quando concurrat cum alia.
5 Pactum quando dicatur fieri incontinenti post contractum.

Th bone fidei. Lex ista ponit duas regulas vt pater in ea. Ho. quod a pactum nudum vestitur coherentia cōtractus⁹. ¶ Secundo no. q3 pactum nudum appositū ex interuallo, nō producit actionē sed exceptionē. ¶ Opp. hic dicitur. in bone fidei. contra. imo idem in stricti iuris. vt l.lecta. ver. dicebā. ff. si cer. pe. z l. 1 petens. j. eo. † Sol. Fateor q2 quod idem in contractibus stricti iuris. z ideo hic dicit in bone fidei. quia in illis videbatur valere pactum ex interuallo appositum. q3 secus est. ¶ Oppo. quod valeat pactū 2 † appositum etiā ex interuallo. vt ff.de contrahenda empt. l.pacta. Sol. Ibi in pactis. que apponunt circa substantialia contractus. hic in his que apponuntur circa accidentalia. z glo. remittit ad distinctionem positam in d.l.pacta. ¶ † Quero qua actione agitur 3 ad id q3 venit in pacto? Bloss. dicit duplici actione. scilicet actione prescriptis verbis. z actione ex eo contractu informata per pactū. z vide gl. Istud non videtur esse verum: nam actio prescriptis verbis. non concurrit cum alia. vt l. quoties.ff.de preseri. ver. † Dicunt 4 Ultramon. z bene. Actio prescriptis verbis non concurrit cū alia, que habeat originem ex eadem forma. Ita loquitur lex contraria. Sed hic actio antiqua oritur ex cōtractu nominato, qui precedit, actio vero prescriptis verbis oritur ex quodam cōtractu innominato, habita relatione pacti ad contractū, ita loquitur hic. Et ex hoc dicunt, quod gl. que est in l.er placito. infra de rer. permut. que que dicit. quod quedā est actio prescriptis verbis, que resultat ex contractibus innominatis, quedā que resultat ex pacto inconti nenti apposito. non dicit verū. quia vtrunq; est vnum z idem. Non enim oritur actio ex pacto, sed ex eo cōtractu innominato, qui resultat habita relatione pacti ad contractū. Sed ipsi exp resse dicūt contra casum huius l. Idem in l. iuris gentium. §. quinimo. Unde teneas gl. z in l. ex placito. probabo vobis aliis rationibus. ¶ Se- 5 cundo quero. dicitur hic. si incontinenti fiat, † quando dicitur fieri pactum incontinenti? Dicit gl. siue fiat in ingressu contractus. siue in ipso contractu. siue statim postea. z bene dicit. probatur in l. iū. j. de edil. ac. vbi est ter. expressus. nunquam vidi alibi. Ultramon. dicunt. z bene. q3 tunc dicitur fieri pactū incontinenti. quando sit antequam cōtractus habeatur a partibus pro perfecto z absoluto, vt l. contractus. j. de fide instru. Tu tamen tene opi. glo. per legem, quam allegam tibi §. Circa hanc materiā dicam j. eo. l. petens ꝛc.

ADDITIONES.

¶ In bone fidei. Pro cōcordia aduerte quod ordinarie legētes in hac l. in bone fidei, dicunt quod Bart. hic voluit in fi. q3 pactum nudum, factū postquā contractus fuit habitus pro perfecto z absoluto, intra modicū tempus, antequā partes se diuertant ad extraneos actus, vestiatur coherentia contractus. Contrariū tenere allegant. in l. iurisgentium. §. quinimo. in fi. ff. de pac. z in l. j. ff. de sol. Tu dic. Bar. non fideliter recitatur in aliquo istorū trium locorū. Primo in hac l. in bone fidei, nō loquit Bart. post quā contractus habitus fuit pro absoluto. q2 de hoc verbū nullum. licet dicat illud verbū, siue statum postea, que verba nō importāt, q3 cōtractus fuerit habitus pro perfecto. licet bene possit intelligi, sed de necessitate hoc nō arguit. In d. §. quinimo dicit q3 pactū fuerat factū ex interuallo. z sic posset etiā intelligi intra lōgum tēpus. z ita etiā in d. l. j. Sed dato q3 posset argui de cōtrarietate, pōt adhuc saluari, vtm hac l. in bone fidei. loquatur qū adijciebat tale quid q3 erat de appenditijs contractus. In d. l. j. z §. quinimo. loquāf in pactis aliud cōtinentib. per ea que habētur in l. fundi parte. ff. de contrab. emp.

a P. PAV. P. ¶ Couractus. Hoc quod pactū nudū non vestiatur etiā coherētia cōtract⁹. vide Pau. de Cas. in l. si ita scriptū. de leg. j.

ALIA LECTVRA.

Si bone fidei Pactum incontinēti appositū iuxta contractum. parit actionem appositam ex interuallo sola exceptione. h.d. Bart.

LEX XIIII.

1 ¶ Quando penalis stipulatio incipit a precedenti conuentione nuda, debet agi ex stipulatu, non ex pacto.
2 Stipulatio penalis, nō vestit pactū nudū principale, sui coherētia.
3 Mora potest purgari. z quando.
4 Possessio bonorum non potest dari, nisi iuris ordine seruato.
5 Pactum nudum nūquam vestitur coherentia contractus vestiti accessorū. z nume. 9.
7 Stipulatio penalis an nouet precedentem obligationem, z in addit, nume. 10.
8 Sententia super eo quod non fuit petitum, quando ferri possit.

Si pacto quo penā. Cū penalis stipulatio incipit a precedēti cōuentione nuda, debet pena peti, licet reus posset soluere quod in prima conuentione deuenit, z translatio bonorum

non

ron sit sine ordine.h.d.ista difficilis lex.z tractat de trib⁹ materijs. Primo tractat de cõmissione penalis stipulationis.Secũdo.qualiter stipulatio cõmittitur. Tertio.qualiter per penalẽ stipulationem nouetur prima obligatio. ¶ Ho.q quando penalis stipulatio incipit a precedenti conuentione nuda, debet agi ex stipulatu, non ex pacto. ¶ Secundo ex hoc habes notare q stipulatio ꝑ penalis non vestit pactũ nudũ principale sui coherẽtia. Simile vidistis in l.nuda.de cõtrah.stipul. ¶ Tertio no. ꝑ mora potest purgari,quod patet,q licet petatur pena,potest reus soluere quod in prima cõuentione deuenit. ¶ Ultimo no. ꝑ possessio bonorũ non potest dari,nisi iuris ordine seruato,videbitis in l.j.ff.de exce.rei iu. ¶ Opp.dicitur hic,ex stipulatione,cõtra,imo debet agi certi condictione ex stipulatu,vt l.si quis certũ.ff.si certũ petatur.Sol.glos. z bene.quod hic dicitur,ex stip.i.certi cõdictione ex stipulatu.Vel dic,q hec pena erat promissa incerta. ¶ Secũdo opp.z videtur q debeat agi ex pacto primo, tanquã vestito coherentia cõtractus, vt ś.l.prohi. Sol.dicit gl.z bene, ꝑ pactũ nudũ nunquã vestitur coherentia cõtractus vestiti accessorij,vt hic fiunt penalis stipulatio, vt l.nuda.j.de contrah.z cõmit.stipu.sed vestitur coherẽtis cõtractus vestiti principalis,vt in cõtrarijs.Ratio,q principale nõ debet formari ab accessorio.vt l.er pupillari.ff.de vulg.z pu. Imquũ est enim vt dñs vestiatur a seruo. ¶ Tertio oppon.z hic aduerte, pena nunquã cõmittitur, nisi precedat mora,vt l.si pena.ff.quãdo di.lega.ced.z l.si ita stipulatus fuero.in fi.de verbor.oblig.alias est l.stipulatus.sed hic non potest precedere mora,ergo non est commissa penalis stipulatio.Quod nõ possit esse mora.probatur,quia vbi nulla petitio,ibi nulla mora,vt l.si pupillus.de verb.obligat.de reg.iur.l.nulla. Sed ex pacto nudo primo non nascitur actio,ergo quis nõ potest esse in mora. Istud contrariũ habet multas difficultates.quas gl.tangit in l.nuda.j.de contrah.z commit.stipu. Dy. in regula,non est in mora.de regu.iur.lib.vj. Lyn.tangit hic,z in d. l.nuda.Ego latius in d.l.ita stipulatus,Breuiter teneo in hoc opi. Ultramon.quod licet hic non precedat proprie mora,tamẽ committitur penalis stipulatio eo casu, quo committeretur, si vestita conuentio precessisset,quia hoc videtur tacite agi.Et de hoc videtur ter.in l.stipulatio ista.ś.alteri.ff.de verbo.oblig.dicemus in d.l. nuda. ¶ Opponit.quod non licet reo purgare moram,z soluere quod in prima conuentione deuenit,vt in l.traiectitie.ś.de ille.ff. de actio.z obligatio.z l.magistratum.de contrahen.z commit.stipul. Sol.Huius timore tractant hic quidam materiam de purgatione mor.que est longa repetitio.quam facio in l.si insulam.de verbor. oblig. ¶ Quero,quando penalis stipulatio committatur.de hoc ponit glos.vnam longam distinctionem in l.z si post tres.ff.si quis cau.de reg.iur.l.in omnibus.Ego examinaui multum profunde in d.l.ita stipulatus. ¶ Tertio quero vtrũ stipulatio penalis[a] novet precedentem obligationem. ꝑ Glos.tangit in.l.obligationum fere.ś.fin.ff.de actio.z oblig.z l.rescriptum.ś.si pacto.ff.eo.z ibi per Bul. Lyn.ponit hic. ego latissime diximus.d.l.ita stipulatus.circa contraria vltime partis. ¶ Oppo.quod non debet ferri sententia super alio quam super eo ꝑ quod petitum est.vt l.fina.de fideicom. liber.z l.vt fundus.ff.communi diui.Sol.Fateor quod petitur pena.z pena tantum in condẽnationem deducetur.Possibile tamen est,quod reus volens moram purgare, offerret illud,quod in prima conuentione deuenit,z sic illud consequitur non vi condemnationis, sed virtute spontanee solutionis facte per eum,z hoc est quod dicit ibi text.consequeris.z ś.ad penam dicit exiges,ꝛc.

ADDITIO.

[a] ¶ Penalis. Adde quod Bet.de Unch.consi.cclxvj.incip.Quod donatio.tenet contrarium cuius quod tenet Bart.in l.ita stipulatus.scilicet quod omis.stipu.penalis non nouet precedentem obligationem ex causa lucrativa.

ALIA LECTVRA.

IJ pacto quo. Vbi precedit conuentio nuda, z sequitur stipulatio penalis, agitur ex penali stipulatione, cuius tenore actor consequitur id, quod deuenit in conuentione nuda, quando exigit penã in stipulationẽ deductam. Item ordo iudiciorum est seruandus.h.d. ¶ Opp.dicitur hic quod agitur ex stipulatione ad penã contra,imo debet agi certi condictione ex stipulatu,cũ pena fuerit certa, vt Just.de ver.obli.in prin. Pro solutione huius gl.dat tres responsiones.Dicit gl.q hic fuit appposita pena incerta,vt puta in facto ꝑ factũ est incertum,nimirũ si agitur ex stipulatu. Ista est quedã diuinatio. Unde gl.dedit aliã sol.z est tertia in glo.z d.solutione sustine,quod ideo agitur ex stipulatu,quia est incertum quod consequitur actor. Istam sol.redarguit gl.vt in ea habetis.Unde gl.dedit tertiã sol.z est secunda in gl.z est vera,quia debet exponi, ex stipulatu. id est, certi condictione ex stipulatu. ¶ Item opp.z videtur q possit agi ex prima conuentione ideo, quia vestitur coherentia cõtractus,scilicet,stipulationis penalis, vt Iuris gentiũ.ś.quminor.ff.eo. Sol.q pactũ nudũ bene vestitur coherentia cõtractus, vt in cõtrario, vbi pactum habeat se vt accessorium.Si vero vt principale,tunc ipsum pactũ nudum principale nõ vestitur ab accessorio ex coherẽtia. Ita debet intelligi hec lex. ¶ Item oppo.dicitur hic,quod agitur ex stipulatione penali, contra,quia nõ potest agi,nisi ipsa stipulatio sit cõmissa,vt l.ita stipulatus.de ver.obli.sed cõmitti non potest nisi debitor sit in mora, vt eadem l.Sed cum in casu nostre legis non potest esse in mora, ergo ꝛc.Quod in casu nostre legis non sit in mora,probo.quia vbi nulla petitio,ibi nulla mora,vt l.lecta.ff.si cert.pet. Sed super pacto nudo nulla est petitio,quia ex eo actio non oritur,vt ś.l.prohibita:ergo nulla mora. Et sic cõcludendo de primo ad vltimũ,videtur quod nõ possit agi ex stipulatione.Sol.Quãdo direunt quod ex nudo pacto potest agi, cum ibi sit naturalis obligatio. Ista est falsa. Unde Dyn.in c.non est in mora,extra de regu.iur.lib.vj.dicit quod aut agitur ad id quod venit in prima conuentione nuda,z tunc contrariũ procederet. Aut agitur ad id quod deuenit in stipulatione penali,z habet locum ista lex.si bene consideretur. Ista sol.contrarium non tollit. Pro cuius sol.esset videndum qualiter committatur stipulatio penalis.quando incipit a precedenti conuentione nuda. Jo.antiquus glossator in l.nuda.infra de contrah. stipul.dicit quod committitur lit.contest.super nuda cõuentione. Ita no.in d.l.z si post tres.ff.si quis cautio.Istud dictum nõ videtur verum. Ratio.quia sine actione nemo experitur,vt l.si pupilli. ś.videamus.ff.de neg.gest.sed nudo pacto non oritur actio, vt dictum est.ergo videtur lis nõ posse cõtestari sine actione.Hoc probatur, quia alias hic cõcurrent duo specialia circa idem. cõtra ea que not.in l.de dot.promiss. Nam quis experiretur in iudicio sine actione. Item ageretur ex stipulatione penali non commissa. Dy. vult tollere opi. Jo.z dicit quod hoc procedit ex dispositione legis, ne cõtractus sit inutilis. Ratio ista non est vrgens,neqz vera.quia cum ratio debeat esse generalis:videretur dicendum quod lex deberet dispensare vbicunqz contractus veniret annullandus quod est absurdum.Unde Ultramon.dicunt quod ibi incipit a conuentione nuda.z cõmittitur per interpellationẽ factam extra iudiciũ super conuentione.Probatur per rationẽ.z ter.l.dicunt ipsi.Que est ratio quod vbi precedit conuentio vestita,cõmittitur stipulatio penalis per interpellationẽ.z sic postquam debitor est in mora.vt no.in d.l.z si post tres:ratio est scilicet, q debitor videtur promittere cum petierit creditor. etiam extra iudicium. Preterea.casus est in l.fideiussori obligari.ś.fi.ff.de fideiuss. Ista opinio non videtur vera.z videtur contra d.l.nuda ibi,post motam litẽ,ꝛc. ¶ Non obst.ratio quam assignant. quia si inspiciantur ura per eos alleg. illa loquuntur vbi procedit contractus a se validus, quod non est in questione proposita. Preterea nõ debet plus operari interpellatio facta extra iudicium, quam facta in iudicio.sed interpellatio facta in iudicio super nuda conuentione non facit committi penalem stipulationẽ,vt dixi reprobãdo opi. Jo.ergo nec interpellatio facta extra iudicium. ¶ Non obst.l.fideiussor.ś.fin.de fideiuss.quia nihil dicit de hoc,vt patet,qz ibi text.dicit, credidi.z sic dicit contrarium.quia verbum credidi.indicat cõtractum. Justi.quib.modo con.obli.in prin.in l.ũ.ś.creditum.ff.si cert.pet.cum si.z nõ nuda conuentio precessit.sed contractus de se validus. Dic ergo quod vbi stipulatio penalis incipit a precedenti cõuentione nuda.contrahitur per lit.contesta.factam super penali.z dic quod hoc clare probat ter.in d.l.nuda.z fuit opinio Aso.ibidem. Et si dicis,quomodo agitur ex penali nuda commissa? Dic quod committitur eo ipso quod lis contestatur,Simile videmus in l.si Titius.ff.de ver. oblig.Non tamen potest negari,quin etiam in hoc casu lex dispensatiue procedat. sed non concurrunt duo specialia. secundũ quod in prima opin.si bene consideretur. Et hanc opi.videtur assumere
[20] Bul.in d.l.z si post tres.ff.si quis cau. ¶ Item oppon.dicitur hic quod agitur ex stipulatu ad penã,quasi videatur dicere ter.quod prima sit nouata per sequentem penalem.contra de l.si.ś.de noua. Bl.fatetur contrariũ quod olim fiebat nouatio, vt l.obli.fere.ś.fi. ff.de actio.z oblig.hodie non.vt d.l.si. Ista sol.non est bona. Ratio, quia l.si.j.de noua.habet locum vbi sunt plures obligationes pariter principales. Sed materia nostra loquitur vbi vna obligatio est principalis altera accessoria. Pro declaratione huius gl.reuocatur in dubium qualiter per stipulationẽ penalem nouetur prima obligatio. Ista est difficilis questio.circa quam gloss.multipliciter variauerunt.Quandoqz direrunt quod in eo in quo concurrit penalis stipulatio cum prima in eo penalis nouat primã,in alio non. Ita no.in l.si quis a socio.ff.pro socio.istud non videtur verum, per l.duo socii.ff.pro socio.z l.predia.ff.de act.empt.z videtur agi ex prima,z ad totum. Quandoqz direrunt quod aut penalis stipulatio continet plus quam prima,aut minus. Primo casu penalis stipulatio nouat primã,secundo non. Pro hac opinione facit in.argu.l. qui vsumfructũ.ff.de verb.oblig. Istud non videtur verũ,z videtur contra d.l.obligationum fere.ś.fi.qui loquitur distincte.quandoqz direrunt glo.quod aut queritur nunquid penalis stipulatio nouet

primam antequam sit cõmissa, z dico q non, vt d.l.duo, ff.pro soci. Aut postquam est cõmissa, z tunc nouet primam vt d.l.obligationum fere.§.fin. Ita no.gl.in d.l.duo. Istud videtur falsum, vt no.in d.l.si quis a socio. vbi penalis stipulatio erat cõmissa, z tamen adhuc agitur ex prima. Quandoq; dixerunt, Aut est actum q nonetur prima. aut non. Istud dictũ non habet dubiũ. Et ita no.gl.in l. rescripti.§.si pacto.ff.de pact. Quidã dixerũt q aut pena adiicitur cõtractui stricti iuris, aut cõtractu bone fidei. Primo casu stipulatio penalis nouat primã, vt d.l.obligationũ fere.§.fi.l.ita stipulatus.circa fi.de ver.obli.secundo casu nõ nouat. Ita debet intelligi. d.l.predia.de act.emp.z d.l.duo.ff.pro soci. Et hãc videtur tenuisse Dy.in l.in pronunciati.§.j.in distinctione magna de oper.no.nun.z assignat rationẽ diuersitatis. Istud non videtur verum ideo, quia actio ex testamento habet instar bone fidei, vt d.l.in minorum.j.in quib.cau.in integ.resti.non est necesse, z tamen nouatur per stipulationem sequentẽ. vt l.j.§.item si ita.ff.ad l.Fal. Unde Bul.distinxit aliter, vt no.fuit per eum in d.l.rescriptũ.§.si pacto.ff.eo. Et videtur concludere quod vbi precederet dispositio, vel contractus iuris gentium, tunc penalis non nouat, vt d.l.predia.z l.duo, cum simil. Sed vbi precedit dispositio, vel cõtractus iuris ciuilis sic per penalẽ nouatur prima, vt d.l.obligationũ fere. etiã isto modo potest intelligi d.§.itẽ si ita. quia testamentũ est de iure ciuili, vt l.iũ.ff.de testa. dictum Bul. non videtur verum, sed contra gl.in l.ij.j.de iure emphyt.z induco sic. quia contractus emphyteuticus est contractus iuris ciuilis, z tamen non nouatur per penalẽ, imo dominus potest emere. Unde Dy. aliter ibi dixit, videlicet aut egit ex stipulatione penali, z tunc videtur nouare primã. alias non. ita notauit in d.l.stipulatus.de verb.obli. Dictum Dy. reprobatur, quia videtur contra l.si quis a socio, vbi actor eligit agere ex stipulatione penali. z tamen nihilominus agit prima, vt d.l.si quis a socio. cum l.seq. Unde dico sic, q aut prima procedit ex causa lucratiua aut non. Primo casu penalis nouat primã, vt d.l.obligationũ.§.fin.de actio. z oblig. Et ita intelligitur. l.j.§.item si ita. ad l.Falcid. secũdo casu non fit nouatio. Ita intelligit l.duo. vbi prima videtur procedere ex causa lucratiua, quia ibi fit mentio de questu. quod verbũ questus denotat lucrum, vt l.questus. pro socio, z tamen nouatur, vt ibi patet. Tene hanc opi. que vera est. Et ad contrariũ respõde per interemptionẽ, quia in illa nõ est ex causa lucratiua. quia contractus societatis non dicitur esse ex causa lucratiua. Nam societas potest habere questum, z damnũ. Et si diceres, ibi non ponunt aliquid de suo. z sic videtur lucrum, dic quod saltem ponunt operas. arg.l.cum duob.§.si in coeunda. ff. pro soci. Item oppo. dicitur hic quod agitur ex stipulatu, z videtur quod cum agatur ex stipulatione, non debebat cõsequi illud, quod deuenit in primam, quia sententia debet esse conformis libello, Sol. vt in gloss. in fi.

LEX XV.

a **Pactum quod dotali.** [a] Pactũ per quod aufertur alicui libera testamenti factio non valet. h.d. Not. quod dixi in summario. Secundo not. quod nullam parit obligationem neque ciuilem, neque naturalem. Tertio not. quod pactum de futura successione non valet. videbitis, j.eo. l.fin. Queb ritur circa hanc [b] legem quid si iuretur super tali pacto? Respondeo quod non valeret, quia tale pactum est contra bonos mores. Ita dicit text. in l.stipu. hoc modo. de verb.oblig. videbitis in l.fin. j.eod. z l.cum donationis. in fi. j. tit. j. ꝛc.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. Pactum. Numquid autem valeat pactum inter aliquos q ip bonis suis femine nõ succedãt, vide late Bar. cõsi. xxxii. z lxxii. Et circa tale pactũ vide aliam questionẽ per eundẽ consi. cl.

b POMA. Circa hanc l. Ad istam l. sic opp. nam contrahere est liberi arbitrij. sicut testari, l.nec emere. j. de iur. delib. z tamen quis debet se obligare ad testandũ. cum bonum sit arg. de contractibus ad vltimas volũtates. Sed solue quod in testamẽto est maior libertas, cum voluntas in testamento sit ambulatoria vsq; ad mortem, l.iũ. in fi. ff. de adim. leg. Sed in contractib. a principio licet volũtas sit libera, tamẽ postea necessitat. l.sicut. j. de act. z obli. cum concor.

ALIA LECTVRA.

Pactum quod dotali. Pactũ de futura successione non valet. h.d. Ex hac l. pactũ. j. eo. Decretalitte fecerunt ibi decretalẽ in lib. vj. in ti. de pact. q si istud pactũ esset iuramento firmatũ q tale pactũ esset validum, q videtur falsum, quia siue sit pactum, siue stipulatio, per quam vel per q aufertur libera facultas testandi, est cõtra bonos mores arg. ff. de verb. oblig. Stipulatio hoc modo cõcepta, sed tex. iuris canonici dicit alibi, quod iuramentũ non firmat aliquod pactum q sit cõtra bonos mores, vt est tex. in c. non est obligatorium. de reg. iur. lib. vj. z text. in l. pactũ. j. de col. improbat ipsum pactum quãdo fieret, vt nullo modo succedatur vt ibi dicitur dum dicit, iure autem improbatũ est. Ratio non est alia, nisi, quia cõtra bonos mores. Sic igitur in proposito, cum eadem ratio sit vbique, z ea que iuris authoritate reprobata sunt, iuramenti vinculo non probantur, vt l.non dubium. ff. de leg.

LEX XVI.

Cum proponas filios. Substitutio cõditionalis fideicommissaria potest inter partes per pactum remitti, hoc dicit. Omnia que fuerunt dicta ff. eodem. l.j. possent hic dici. Quero. quid si vnus frater vẽdidit bona fratre presente, vtrum a ille, qui fuit presens, z tacuit [a], sibi preiudicauerit? Breuiter gloss. videtur dicere quod non m l.si fundum per fideicõmissum. in princ. ff. de leg.j. z dic vt ibi dixi in l.que dotis. sol. ma. ꝛc.

ADDITIO.

a Tacuit. Adde Roman. consil. cccclvij. in fi.

ALIA LECTVRA.

Cum proponas filios. Jus fideicõmissi cõditionalis, potest per pactum remitti. h.d. Opp. z videtur q sit superflua. per l.j. ff. eo. Sol. vt in gl. Querit gl. pone q duo fratres sunt instituti heredes. z adinuicem substituti, si alter eorũ decederet sine liberis. modo vnus fratrũ vẽdidit de portione sua predia, ꝛc. alter frater scit. z est presens, nũ quid per presentiã suam sibi preiudicet? Bl. videtur dicere q propter presentiã fiat preiudiciũ, vt in gl. quã no. Dictũ gl. videtur reprobari per ea que dicuntur in l. Caius. ff. de pig. act. preterea taciturnitas. vel tacita renunciatio, nõ potest plus operari quã expressa. Sed istud ius fideicõmissi cõditionalis nõ posset remitti etiam expresse, vt l.si ita scriptũ.§.j. de leg.ũ. ergo multo minus per tacitã. Non obst. l. quoties, z §. liberis, q; ibi fuit cõsensus expressus. Opp. de l.si fundũ. de leg.j. sol. ibi no. vide gl. que incipit. licet. ibi feciſſet preiudiciũ, ꝛc. Quidã reprobant hãc gl. ex materia que habet in l. Caius. ff. de pig. act. z gl. sua, tamẽ ab illa reprobatiõe defendi pot. per l.si seruus cois. ff. de don. inter vir. z vxo. Nã fideicõmissum debet inter fratres. z sic inter cõiunctos, z tamẽ in presentia fratris vidētis donare rẽ suã vxori fratris sui indurit sibi preiudiciũ circa illã rem ex fideicõmisso debitã, maxime cũ inter cõiunctos fideicõmissi remissio facile inducatur. z bene probat. l. Procula. ff. de prob. Sed nihilominus puto q gl. ista inquantũ dicit induci remissionẽ in preiudiciũ, male dicit. Primo, q; istud fideicõmissum erat cõditionale, vt qui primo moreret, restitueret. Sed habuistis in l.j.§.eo. q fideicõmissum conditionale etiã expressa renũciatione nõ tollitur. q; est ius futurũ. ergo multo minus istud ius cõditionale hic debet tolli per presentiã, que induc it quandã renũciationẽ tacitã. Non obst. tex. in d.l.si seruus communis, cũ sua materia, q; ibi tractatur de preiudicio generãdo mihi circa rem meam de presenti, hic autem de re mihi debita. Bart.

LEX XVII.

a **Pactum quod bona fide.** [a] Tantũ valet pactum cum scriptura, quantum sine scriptura. h.d. Opp. §. de sac. san. eccl. aut. hoc ius porrectũ. de nõ nu. pec. l. generaliter. Sol. Dicit gl. q hic est regula. q tantũ valet pactũ cum b scriptura, quantũ sine. Fallit in contrario, z in casibus similibus [b].

ADDITIONES.

a P. PAV. P. Pactum. De ista materia an quando plus valeat probatio viue vocis quam per instrumẽtum z econtra. vide latissime Barb. in repe. rub. extra de insti. Item no. q mãdatum ad exigendum non potest probari per testes. quantũ ad hoc vt cogatur debitor soluere. vide Cremen. fin. crl. Quid autem in alio mãdato, vide Paul. de Cast. consi. cccl. r. An autem priuilegium vel gratia Principis possit probari per testes, vide Decium in rub. extra de constit. vbi ponit etiã an de essentia legis vel cõstitutionis requirat scriptura. Itẽ de gratia principis, sentẽtia exceptiõis, z aliis diuersis q possint probari per testes, vide Barb. in cõsi. lxxvj. in iiij. vol.

b POMA. Similib[b]. Alios añ casus in quib. requirit scriptura vltra locos cões gl. z doc. hic per Alb. in l.iũ. alle. in gl. j. si mi. sc ma. dixerit. quib. adde aliũ casum quẽ ponit Bart. in l.si in fi. app. fin. j. de edi. di. Adri. tollẽdo. z aliũ quẽ ponit Bal. in c. cũ parati. de app. in l. consentaneũ. C. quo. z qñ iu. in licẽtia quã habet familia Potestatis capiẽdi aliquẽ personaliter, z aliũ quẽ ponit in l. gesta. j. de reiudi. z in c. cõstitutus. extra de rescri. z vide que circa hec scripsi ad Bar. in l.j. §. sufficit. de bo. pos. secũdũ tab. z Bal. in l.j. de fideicom. cuius dictũ ibi magnificat d. Bap. de S. Seu. in l.si certis ãnis. j. c.

LEX XVIII.

1 Quando agit quis contra vnum ex correis, quãdo videntur diuidere obligationem, vel eligere. z nu. 8.

4 Recipiendo partem quando quis videatur diuidere. z nu. 6.

5 Tacitum pactum non requirit presentiam partis.

a **Creditores.** [a] Ex receptione partis debiti facta abvno de correis, indub citur diuisio[b], ex qua oritur taciti pacti exceptio, hoc dicit.

Opp.

¶Op. ff. de fideiuss. l. reos. Huius timore sunt in hac l. duæ lecprincipales. ¶Prima. q̃ hic partem petierunt a quolibet debitore dicetes esse contentos parte. z sic inducitur exceptio pacti scz expressi. vt l. liberorum. ff. de fideiuss. z vt ista lect. procedat, habent ipsi inter. quenquam. † q̃ est signum vniuersale. sicut omnis. z quilibet vt l. hoc articulo. de here. instit. ¶Ista lc. est vera in se. tamen cõmunis litera dicit quenquam. non quenque. † Et hoc signum quenquam est particulare. vt l. si necessarias. ff. si annua. de pig. ac. Dicendum est ergo hic q̃ recepit ab vno tantum. z sic remanet contrarium de l. reos. gl. soluit q̃ ibi conuenit vnum misolidũ. Et sic nõ videtur diuidere. hic partes petijt z recepit. z sic diuidere videtur. vide gl. que vult dicere veritatem. z in ea miscet multa mendacia. Vera solu. est ista. q̃ ibi eligit. hic diuisit. vnde electio non preiudicat. vt ibi. diuisio sic. vt hic. ¶† Restat videre. qñ videatur eligere z qñ videatur dividere. gl. dicit. q̃ qñ petit insolidũ. videtur eligere. sed qñ petit partẽ vt dividere. vide iterũ gl. certe hoc nõ est verum. qz siue insolidum. siue in parte petit ab vno. nunquã inducitur diuisio. hic est casus in l. reos. † Dicit ergo gl. q̃ diuisio inducitur recipiendo partẽ. istud dictũ est verum. qz casus est in l. nostra. qz in receptione partis inducitur diuisio. Ad istud op. de l. inter eos. ff. de fideiuss. Sol. fm Jac. de Are. z Old. quãdoqz quis recepit partẽ ab eo à quo non poterat insolidum erigere. qz habebat beneficiũ diuisionis vt plures fideiuss. olim. z plures tunc temporis. tunc partis perceptio non inducit diuisionẽ. seu tacitũ pactũ. ratio. qz cum necesse habeat facere. in necessitatib. nemo liberalis existit. vt de ali. leg. l. rem legatã. sed si receperit partẽ ab eo a quo insolidum poterat exigere. qz beneficiũ diuisionis non habebat vt duo rei olim. z hodie si est renunciatũ tunc in casu isto recipiendo partẽ videtur dividere. qz non tenebatur recipere. hic est casus in hac nostra l. no. ¶Item contra istud opp. de l. si ex toto. ff. de leg. 1. gl. hic dicit. hoc solue vt in præcedentibus contrarijs. Tu dic q̃ in hoc est speciale fauore vltime voluntatis. vt lz alias partis perceptio diuisionem inducat. tamen eius fauore nõ inducitur diuisio. Ita loquitur ibi. z hec est vera sol. Op. ff. de pecu. l. si ex duob. in fi. primi respõ. Sol. ibi non sunt proprie duo rei. nec ab vno exigitur pars imo totũ exigi põt vsqz ad quantitatẽ peculij. ¶Op. ff. eo. l. tale pactum. ff. post diuisionẽ. sol. ibi ab vno recepit plusquã debebat. er quo non põt induci. q̃ alij obligentur insolidum. hic vero tenebãtur insolidũ. vnde põt induci tacitum pactum liberationis.

¶† Opp. extra gl. pactum est duorum vel plurium consensus. ꝛc. vt l. ff. eo. sed hic non consenserunt illi alij debitores. qui non erat presentes. ergo non potest eis dici factum pactum. Sol. tacita pacta partis presentium non requirunt. vt hic. z ff. eod. l. ij. quod not. bene. z tene menti perpetuo.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶Si creditores. Vide Com. consi. lxxx. post medium. z de materia vide Lep. cautela pen. Item quod quãdo inter duos est ordo vt prius cõueniatur vnus quam alter. quod per electionem vnius non preiudicetur alteri. quo minus possit ad alium recurre. vide Paul. consi. clxxiij.

b ¶Diuisio. Adde secundũ Pau. de Cast. esse diligenter aduertendum. qz si non sint nisi duo debitores. nõ potest fieri diuisio actionis. qz tũc actio dicitur diuidi inter plures quãdo primo quilibet tenebatur insolidũ. nisi incipit quilibet teneri pro parte tantũ. l. inter eos. ff. pen. sed hic punitus. qui soluit liberatur in totũ. saltẽ ipso iure quatenus ipse soluit partẽ vi tute taciti pacti. vt ff. eod. creditor. Alter vero. qui nõn soluit. similiter fuit liberatus ipso iure a parte soluta. z remãsit obligatus efficaciter in parte nõ soluta. vide non est proprie diuisio actionis secundũ ipsum propter hoc nõ placet sibi summarij Bart. q̃ inducat diuisio. sed si essent plures. puta quatuor qui tenebãtur ad centum insolidum. z vnus solueret xxv. pro parte sua dictorũ centum. vt ff. sed quãtum ad alios tres. bene fuit inducta diuisio. vt sic postquã creditor recepit. nõ possit aliquem de alijs tribus conuenire. nisi pro xxv. nec obst. secundum eum quod non fuerunt presentes in illa receptione. qz hoc est tacitum pactum legale. q̃ prodest etiam absentib. vt ff. eod. l. ij. cum ibi no. z ita dicit saluare. z intelligere q̃ no. Bar. circa fi. quod nõ potest intelligi nisi in casu predicto. Et hũc intellectũ perpetuo menti renendum puto. quia quilibet diceret contrarũ. facie. q̃ quilibet aliorum possit conueniri ad residuum postquam cum eis nihil est actum. cautela ergo est cum creditor recipit. dicat saluo iure solidi.

c POMA. ¶Tu dic. Ista solutio licet moderna eam non sequantur. est cõmunis. vt spic inquit Bal. z Dec. qui alias in ista opinione consultum fuisse affirmat a quibusdã magnis viris. z eam etiam tenuit Decius præceptor meus. z vide plene Scriben. in d. §. j.

ALIA LECTVRA.

¶I creditores. Vbi plures sunt obligati in solidũ z vnus soluit pro parte z creditor partem recipit. videtur fieri diuisio. z ex hoc queritur taciti pacti exceptio. h. d. Oppo de l. reos. j. de fideiuss. pro huius solutione quidam habent in litera † quenqz que derivatur a quisqz quod est signum vniuersale. vt l. si necessarias. §. si annua. ff. de pi. act. Si habetis quenquam. cõtrarium cessat co q̃ creditor admisit quenquã debitorem. id est. quẽlibet ad soluendũ pro parte sua tantũ. z sic pactum fuit expressum. ¶† Quidã habet quenqz. z tunc ad contrariũ respondet gl. duob. mod. ramen vltima est vera. z no. eam q̃ hic creditor diuisit ab vno petẽdo partẽ debiti. z recipiendo partẽ. per quam diuisionẽ. seu perceptionẽ sibi preiudicat. in l. contraria elegit non recepit. Contra hoc opp. de l. si ex toto. §. fin. ff. de leg. j. sol. vt in gl. vel dic secundũ Jac. de Arẽt. q̃ † quando plures sunt obligati insolidũ. z vnus soluit hoc modo. Soluo tibi pro parte mea. z creditor isto modo recipit. z tunc habet locũ lex nostra: quia creditor sibi preiudicat. doctores dicũt. quod cautela est. quando creditor habet plures fideiuss. obligatos insolidum. z partem ab vno recepit. quod protestetur quod per hanc receptionem partis nõ intendit sibi preiudicare in alia parte circa petitionem residui. arg. l. at si quis. §. pleriqz. ff. de relig. † Quandoqz vnus ex plurib. insolidum obligatus. habet ex equitate quoddam beneficium diuisionis. pone exẽplum in fideiussore per beneficium epistole diui Adriani. Isto casu si vnus soluit suam partẽ. z creditor recipit. sibi non preiudicat. nisi appareat conditionem non esse soluendo. hic est casus in l. inter oẽs. §. j. ff. de fideiusso. Et isto casu creditor non dicitur dividere siomnia. Oportet enim facere exceptionem divisionis. z in necessitate nemo liberalis existit. arg. l. rem legatam. ff. de admin. leg. Quandoqz illi qui sunt insolidum obligati. non habent beneficium divisionis a iure. pone exemplum in duobus reis insolidum olim. hodie pone exemplum in eis qui renunciant beneficio noue constitutionis. Isto casu si vnus soluit partem. creditor sibi non preiudicat. Ita intelligit Jac. l. si ex toto. §. j. de leg. j. ¶Item opp. de l. tale pactum. §. post diuisionem. ff. de pact. sol. vt in gl. ¶Oppo. dicitur hic. quod queritur exceptio taciti pacti. † Item. quia pactum est duorũ. vel plurium cõsensus. ꝛc. Sed hic alij creditores non fuerunt presentes. solu. quod contrarium loquitur in pacto expresso. hic in tacito. ꝛc. Bart.

LEX IX.

1 ¶ Hereditas non datur per donationem causa mortis, nec in codicillis. z nume. j.

a ¶I Jcet inter primates [a] Hec est nota. z singularis lex. nec scio eam alibi. Bzeuiter. hoc dicit. ¶Pactũ de succedendo inuicem [b] non habet vim vltime voluntatis. nisi inter milites [c]. hoc dicit. ¶Primo quero. que est ratio quod istud pactum non habet vim donationis causa mortis. Dicit glo. quia per donationem causa mortis granatur heres sed hic videbatur velle. quod hereditas pertineret ad eum. z vide glos. ¶† Et no. quod per donationem causa mortis non potest dari hereditas sicut neqz per codicillũ. Requiritur ergo quod detur in testamento. quod perpetuo teneat menti. ¶Alij assignant hic aliam rationẽ. quod non valuit. quia non fuit solemnis numerus testium. alias etiam inter primatos valeret iure testamenti. quod satis mihi placet. si fuerint verba testamenti. secus si essent verba pactiscẽtum. vt promitto tibi. z tu mihi. qz per hoc infertur libera facultas condendi testamentum. vt l. pactum. §. ecce. ¶Secundo not. † quod verbum pertinere. videtur directũ quod allego tibi in l. centurio. ff. de vulg. dic vt ibi dixi. ¶Tertio no. quod perpetuo tene menti, quod si bona relinquũtur sub appellatione † rerum continent totam hereditatẽ vt hic vides. ibi. res eius cuius casus. ꝛc. quod videtur contra l. si. ff. de vsuf. u. legat. sed ibi erat alius heres vniuersalis. hic non. ¶Querit gl. vtrum † istud iudicium sit testamẽtum. vel qñe voluntas. Bzeuiter in milite [d] est testamentum. quia quocunque modo volunt. possunt testari. vt ff. de test. mili. l. j. ergo. ꝛc.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶Licet. Vide Ludouic. Roman. in consi. xiij. incip. videtur mihi de iure diceudum. vbi consulit. quod non valet conuentio vt bona non possint aliquo tempore alienari. que ad alios veniẽt allegauit l. istam. ¶Licet. Adde quod Pau. de Cast. per hanc l. in l. pactũ quod dotali. §. eo. dicit. quod si in casu d. l. filia facit pactum. z in ciuitate sit statutum quod femina non succedat ertantibus masculis. virtute illius pacti nõ poterit aliquid petere licet pater ab intestato decedat. quia quod non valet in vim contractus. non poteit valere in vim supremi iudicij. vt hic. Alexand. ibi dicit quod hoc est contra l. fina. ff. famil. ercisc. vbi pater potest quomodo vult inter filios disponere. Sed iudicio meo parum facit. quia non negatur quin pater possit libere inter filios disponere. sed quod adstringatur pacto. z per viam contractus hoc iura non permittunt. vt d. l. pactum. ibi erat inter liberos. z quia pater illud reprobat. z hoc considerauit. Pau. Cast.

* CLAV. DE SEISS. ¶In materia huius l. vide aliqua notanda per Alex. consi. lxxxij. in c. j. z ij. dub. volum. ij.

¶ Invicem. Adde quod Bal.no.hic in verbo.scripto.quod duo possunt facere testamentum in eadem scriptura.z ita se vidisse.z vide Pau.de La. Tu dic quod Oldr.consuluit.cõs.clxxviij.cum vir z uxor fecissent testamentum.z mortuo viro uxor volebat revocare, querebatur an posset.qz in eadem char.consuluit quod sic.

POMA. ¶ Inter milites. Dic secundũ Dec.hic.qs lex ista procederet,etiam si pactum non fuisset recipr̃ocum,sed vnum tãtum promisisset se velle,quod aliter haberet sua bona. Et videtur etiã hoc de mente Bler.ff.co.in l.pactum quod dotalitium ff.fal.z probatur ista.l.in ratione sui.ibi tamen cum voluntatem.z c.que est generalis,z comprehendit istum casum,licet dictum sit speciale.per ea que no.vt breuibus agam. Bler.consi.suo lxxv.vol.v. Sed hic ego moneo difficultatem.z quero,an lex haberet locum in milite z pagano. In hoc ego sic dicebam,quod aut solus paganus promisit, z non valet,qz paganus non potest pacto hereditatẽ dare,sed speciale est in milite,vt hic agitur,&c. Aut solus miles promisit,z dicerem quod valet per rationem generalem istius l.z in l.j.ff.de testa.mil.z l.miles.ff.eod. Aut pactum fuit recipr̃ocum, z videretur prima facie dicendum,quod licet non valeat quo ad paganũ propter illam.l.z per no.per doc.in.l.pactum quod dotali.ff.co.z maxime Pau.de La.ibi in fi.quod tamen deberet valere quo ad militem. Sicut dicimus in testamento patris inter filios,z extraneũ.l. hac consultissima.ff.ex imperfecto.j.de test. Contrarium credo verius,nam cum illud pactum sit recipr̃ocum,z ob causam, z ex parte pagani non possit impleri per superiora,potest miles agere condictione ob causam,z facit hoc ꝙ in casu huius legis si vnus militum revocasset voluntatem censeretur ab altero revocata. Et ita tenet hic Pe.z Dec.ratione correlationis,z ar.in l.fi.j.de cupiens. lib.xj.z hoc teneas si miles ignorans creditur z in pagano tale pactum valere secus si sciens per ea que no.Bar.in l.dicam.j.de condic.ob cau.non ob.ff.ex imperfecto.qz extraneus ibi nihil promiserat.z ibi non suum,sed legis denegatur auxilium,vt hic l.non modo suum vult denegare auxilium,sed etiam vult promissionem militis rumpere cum vult priuilegio suo illaqueare,z decipere contra.l.quod fauore.ff.de legi.z arg.in l.j.j.de his qui ve.eta.impe.z in l.memuerint.j.vnde vi. Contra tamen hoc facit id qs not.hic Bler.in fi.de mente Bal.in l.ille autem.ff.de here.instit. hoc tamen ego intelligerem prout in simili declarat Bartol.in l.j.ver.quarto quero.ff.de sacrosan.eccle.

¶ In milite. Adde omnino videndum in terminis huius l.pulcherrimum consi.Romani.consil.xxvj.incip.pro clarioribus.vbi multa notabilia dicit,z Cal.consi.j.de dona.

ALIA LECTVRA.

LIcet inter priuatos. Ubi sit pactum de adquirendo inuicem succedendo,z sit inter milites[a], pactum tale habet vim vltime voluntatis, secus si fiat inter priuatos, hoc dicit. Quere gl.de ratione.l.quare non valet vt donatio causa mortis, In hoc casu gl.assignat vnam rationem. Item ibi,donatio emolumentum,&c. assignat rationem quia donatio debet cõtinere emolumentum,z non onus,z onus contineret.si succederet.Glos. est no.ad vnum quod cum hereditas contineat onera,vt l.si heredi tatem.ff.mandat.per donationem causa mortis nõ posset donari hereditas.sicut nec per codicillos. Signa istam glo. ¶ Item no. text.cum dicit pertinerent videtur innuere quod verbum pertinere.sit directum quod patet,quia succedit &c. Aduerte.quia loquitur in milite: Dixi in l.j.j.de pact.inter empt.z vendi. Vy.tangit in l.Lucius.§.filiam ex asse.de leg.ij.ego in l.centurio.de vul.z pul.in hac.licet.est primo aduertẽdum quod hec lex dicit in text.sub nomine rei.dum dicit,vt res pertinerent,&c.nã per hoc habes secundam gloss. que hic ponit, quod habet vt heres hereditatem istam quod per verbum res confertur hereditas,z tamen non confertur per verbum bona, vt bene colligitur de leg.ij.l.si quis seruum.§.ff. cum l.seq.in gl.mag.in vltima opi. Bzo.ibi posita. Secundo habes aduertere hic,quod hic dicit pertinerent,z tamen gl.dicit secundũ vnam opi.quod habet vt heres,ergo habes quod verbũ pertinet, adaptatur ad directũ. Vico tamen quod potest adaptari ad obliquum. Et pro hoc bene facit l.Lucius.§.filia.de leg.ij.z l.j.j.de pac. inter empt.z ven.vbi verbũ pertinet, ponitur pro restituatur, quia habeo ex manu alterius.z ideo dico cõmune, adaptabile secundum diuersas materias. Sed quero, que sit veritas, nũquid habet vt heres id. an habeat vt ex pacto. Puto non violando literam quod quamuis communis opi.sit vt Pet.z aliorum, quod habet vt heres.quia hereditas non potest dari, nisi ex testamẽto, non ex donatione causa mortis vel ex codicillis, vt l.ũ.j.de codi.tamẽ ego puto istum text.velle contrarium. Nam tex.hic dicit,quod habeat vim postremi iudicij,non dicit quod sit post emũ.iudicium. Et ista est singularitas, quam induc.z ista l.quod pactum existens habet vim postremi iudicij. Et ex hoc sequitur quod tenetur ad debita, vt tenetur heres ex testamento instructus, quod non est in alio,qui haberet vniuersa bona alicuius ex pacto,vel ex contractu aliquo, vt est casus in l.mulier bona.ff.de iure do. Sed quero,quare nõ haberet hoc ex donatione causa mor. Dic vt in gl.sed tunc contra eam videtur,z contra tex.arg.nam ll.alibi volunt.quod vbicunqz in aliquo actu fit mentio mortis in translatione bonorum,semper intelligatur donatio causa mortis, vt l.Seia.ff.de donat.causa mor.z l. Seia.ff.de do.prelega. Hic autem est verbũ mortis.ergo debet esse donatio causa mortis, vt l.Seia.§.fi.ff.de dona.causa mor. Ad hoc respon.quod hoc nõ sit propter dispositionem volentis hereditatem conferre.vt in ratione gl.z ideo cum posset esse dubiũ,nec esset satisfactum intentioni militis, lex potius accepit intellectũ vt miles habeat heredem. ¶ Quero,si interim est dubiũ,an istud,quod cõfertur,dicatur donatio inter vitos,an mortis causa. Dic vt no. in gl.in l.fi.ff.de vsur. Nam dispositio trãslationis fit ex nomine,veruntamen non transfertur dominium. Sed hic respondeo.ideo dico quod est,z ita ibi sentit Vy.quia ibi transactum fuit.

ADDITIO.

P. PAV. P. ¶ Inter milites. An ista lex procedat in militibus nostri temporis vide Ang.concl.dentem quod non cõsi.clxxvij.incipiens instrumentis prędictis. Nunquid autem ista conuentio possit fieri per non milites in vim donationis,z an tunc requirat insinuatio,vide Alexan.consi.lxxxij.in ij.vol.z latissime consi.xxviij.in ij.vol. Nunquid autem valeat talis conuentio promitto tibi, z tu mihi quod vno moriente sine liberis, res debeat esse superstitis, vide Bartol.consi.ccxij.in j.vol. Nunquid autem talis conuentio possit fieri inter virum,z uxorem,vide Panormitanum consi.xviij.

LEX XX.

1 ¶ Dominium alicuius rei, ex simplici conuentione non transfertur absque traditione.
2 Dominium ex dispositione in vltima voluntate facta absque traditione transfertur.
3 Dominium absque traditione ex dispositione legali transfertur.
4 Dominium ex donatione propter nuptias,transfertur sine traditione. Item in re dotali solinat.
5 Dominium in acquisitionibus vniuersalibus,transfertur sine traditione.
6 Dominium ex donatione causa mortis transfert absq; traditione.

TRaditionibus. [a] Ista lex ponit tria dicta. Ponit etiam duas regulas affirmatiuas z vnam negatiuam,sic sunt tres gl.quarum quelibet respicit suam regulam.dicitur hic,traditionibus.Contra Instit.de re.diui.§.interdum.Sol.dum dicit gl.hec regula prima debet limitari vt dicamus sic,traditionibus vel quasi,ex causa habili factis a domino,vel quasi pretio soluto,vel fide habita de eo dominum transfertur.h.d.ista prima regula.z vide gl.tuam primã. ¶ Ad secundam regulam dicitur hic, quod dominia acquiruntur vsucapionibus. ¶ Contra j.de prescr. xxx.anni.l.si quis emptionis.in prin. Sol.secundum gl.nostras communiter debes cõsiderare quod quedam est vsucapio triennũ.que est inducta fauore prescribentis,z ex ista queritur dominium directum.vt hac l. Quedam est prescriptio decem vel xx.ann.que est communis.partum fauore prescribentis.partum odio negligentis, z inde transfertur vtile dominium.non directum. In prescriptione vero,xxx.ann.paratur exceptio,vt in contrario. Et vide gl.z tangitur per gl.plene in auc.misi triennale.j.de bon.mat.videtur tex.cum glo.in l.j.in fi.de aqua plu.arcen. ¶ Tertia regula est.quod dominium non queritur nudis pactis. Innuit ergo quod requiratur pactum vestitũ. ¶ Contra in fi. ager.ff.de rei vend.z j.de rei vend. seruum. Sol. Intelligit hic pactum nudum esse pactũ.quod non est traditione subnixum. Et pro declarãda ista gl.z his que hic dicuntur.debes scire, quod quandoqz titulus procedit ex cõuentione nuda transferatur dominiũ,nisi sequatur traditio vel quasi. Fallit in pacto legis commissorie. z addictionis in diem.quod dicit plene no.per Vy.in l.unda.ff.de don. Secundo fallit[b] in ciuitate,z ecclesia.vt l.fi.§.de sac.sanc.eccl. Item fallit in contractu societatis[c] vniuersalis.vt l.j.in fi.ff.pro soc.* z quod dici,quod requiritur traditio,vel quasi,intelligatis possessionis, etiam nõ vacue,vt l.si fundum.ff.de fundo dotali. Secundo casu,quandoque queris de vltima voluntate.dico quod transfertur dominium,absque alia traditione,vt l.j.z ũ.ff.communia de lega. ¶ Tertio casu, quando queris ex legali dispositione, dico idem, quod transferri potest dominium absqz aliqua traditione, vt l.commissa.ff.de pub. z l.si vt proponis.j.de rei vend.cum suis similibus &c.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Traditionibus. Rationem quare ex solo cõtractu non transferatur dominium.ponit Bald.in c.j.quid sit inuest.fallit tamen nisi res sit penes eum, in quem alienatur, dummodo alienans hoc sciret vide Roma.z Jas.in l.certi condictio.ff.si cert.per.

Et

Et adeo est necessaria traditio ad translationem dominij regulariter quod partes, etiam si vellent, non possent aliter conuenire. Aleran. consi. j. vol. v. Aret. in l. qui absenti. §. j. de acqui. pos. Bart. & Paul. de Cast. in l. cum falsa. C. de in. & fac. ign. Imo nec etiam testator possit facere in testamento quod ex contractu per heredem fiendo, vel per executorem suum transeat dominium sine traditione. Bald. in l. id quod pauperibus in xviij. questio. C. de episc. & cle. Et quod partes etiam hoc facere non possint, vide etiam Decium hic. Item dum Barto. dicit quod ex traditione rei etiam sine possessione transfertur dominium, limita non procedere quando traderet procurator. vide Soci. in l. j. §. per procuratorē. ff. de acq. pos.

* CLAVD. DE SEISS. Rationem ad regulam negatiuā huius l. ponit Bal. in l. ea lege. j. de condic. ob caus.

b P. PAV. P. Secundo fallit. Alium singularem casum, in quo transfertur dominium sine traditione, ponit Roma. fin. cccexxxiij. incipi. emo rem nomine meo, & patior describi in libro communis meo nomine & fratris mei, & pro ea me patiente frater meus soluit collectas, pro rata sua. Circa autem tertium casum, quando ex legis dispositione, & circa duas sequentias de ciuitate & ecclesia, idem est in contractu principis, quod ex eo transferat dominiū sine traditione, vide que scripsi in l. ij. C. de sacro sanc. eccl. & in l. Cesar. ff. de publica. vide alium casum per Bart. in l. si ager. ff. de rei vendi.

c Societatis. Adde quod in societate tutorum bonorum, non transfertur dominium rerum incorporalium, nec postea acquisitorum vt l. ea vero. & l. societatem. & l. si quis societatem eod. titu. de quo per Roma. consil. cvj. Adde quod etiam hec prima regula fallit in casu. l. in reb. C. de in. do. vbi so. ma. dominium quod erat in viro retransfertur ipso iure in vxorem. Secundo fallit quando res esset empta ex pecunia dotali, quia tunc etiam transfertur dominium absque traditione. gl. & doct. in l. si vt proponis. C. de rei ven. Tertio, non habet locum quando mulier dedisset in dotem res estimatas viro, quo casu vir est debitor pretij. l. quoties. j. de iure do. si tamen solu. matr. reperiatur maritum alia bona non habere, nisi illa que sibi dedit in dotem, dominium ipsorum retransfertur in ipsam vxorem vt not. in glos. in d. l. in rebus. & in istis tribus fallentijs. est fauore dotis.

* IOAN. FRAN. RVER. *Adde pro intelligētia Bar. in l. a ideo. ff. de con. furti. & secundum eius distinctionem ibi intellige & limita Bart. hic.

* CLAV. DE SEISS. V. j. in fi. ff. pro soc. In alijs autem titulis quantūcunq; vniuersalibus procedit regula. vt est glo. approbata in l. ff. pro dote, quam singularem alleg. Aler. in l. stipulatio hoc modo cōcepta. de verbo. oblig. & illam etiam allegat Pau. hic.

ALIA LECTVRA.

Traditionib Scipsam summat. Opp. de §. interdum. Imitit. de rerum dim. Sol. Ibi fuit quasi traditio. Item opp. de l. nunquam. de acqui. rerum domi. Solu. intellige quod per traditionem acquiritur dominium cum causa. vt in contrario. Item oppo. de l. traditio. de acqui. rerum domi. Solu. quod hec debet intelligi secundum illam. Item opp. de l. interdum. §. qui tutelam. ff. de fur. Sol. quod ibi fuit quasi traditio. Unde istam regulam sic limita, quod per traditionē queritur dominium. vt hic, vel per quasi traditionem. vt in §. interdum. dummodo fiat a domino, vt l. traditio. prealleg. vel quasi domino. vt in §. qui tute. cum causa & idonea. vt l. nunquam. de acquir. rer. domi. Item opp. contra vltimum dictum de l. si quis in princip. ff. de rei vend. Solu. quod ibi sit casus specialis in pacto legis commissorie & additionis in diem. Item oppo. de l. fin. de sacro sanc. eccle. Solu. quod ibi sit casus specialis, quia gloss. non sunt vsque quaque perfecte,

4 ideo quero, quid in donatione propter nuptias, an fiat super aliqua re marito transferatur dominium sine traditione in vxorem. Dic quod sic, vt in authen. donationes. §. de iure do. in glos. Idem dico in re dotali, vt sol. mat. transferatur dominium in mulierē. sine traditione, vt l. in rebus. cum gloss. sua. eod. tit. Idem dico in re dotali, vt transferatur dominium in virum sine traditione, vt probatur in l. ff. de impensis, secundum vnam lect. Ratio est, quia dos dicitur esse quedam vniuersitas, vt probatur in text. & gloss. l. j. ff.

5 de impensis. † Sed in acquisitionibus vniuersalibus videtur sine traditione dominium transire. vt in authen. ingressi. §. de sacro sanc. eccles. & per hoc patet mihi casus in l. q. ff. pro socio, & quod ibi not. & quod ibi dicit glo. sine possessione dicas sine traditione. Item

6 quero † quid de re donata causa mortis, an trāsferatur dominium in donatarium sine traditione. Dico quod sic. Casus est in l. vel donationes causa mortis. continuata ad superiorem. ff. de publicia. Et quod dicitur in lege vel donationes causa mort. amissa possess. vel sint pactis. intellige, id est, sine traditione. vt superiora & inferiora demonstrant. Item dico in dona. causa mortis, retransiata, vt si reuocatur donatio in casibus qui no. in l. nō omnis. ff. si certum pet. Item in transactione fiat translatio dominij sine traditione, dic vt habētur j. in l. si mortis causa res donata. ff. de dona. causa mor. Quero, que est ratio quod rei legate testantis trāsit dominium recta via sine traditione. Doct. hic not. quod fauore vltime voluntatis, vt citius fiat eius executio. Tu dic, quod gl. reddit rationes in l. si quis rem. ff. de pollici. in gl. magna. Quero, nunquid in acquisitione † dominij, que fit cum titulo. per traditionem factam a

7 domino, sit aliqua differentia ab acquisitione, que fit traditione facta a non do. Ly. refert quod sic, quia dum traditio fit a domino, licet recipiens credat alium dominum, & erret, non impeditur dominij translatio. Sed vbi fit a non domino, malafides a principio impedit trāslationem dominij. Primum probatur in l. cum in corpus. ff. de acqui. rer. do. Secundum probatur ex l. hominem. ff. pro suo. Et est alia differētia, quia dum traditio fit a domino, transfertur dominium, licet nulla transferatur possessio vt l. si fundum. ff. de fund. dota. Sed quando fit traditio a non domino cum titulo, nisi tradatur vacua possessio, nūquam procedit vsucapio, vt l. fine possessione. ff. de vsuca. ergo non procedit vsucapio.

LEX XXI.

a Cum proponas inter vos.[a]

b Frangenti[b] fidem fides frangatur * eidem. hoc dicit

* breuiter hec lex. Quero qualiter fuit concepta ista conuentio inter istos fratres. Dicit glos. j. quia vnus fratrum conuenit, quod actionem, quam vnus intentabat, remitteret. & bona diuiderentur equaliter. & vide gloss. Si verba essent ita concepta, ille qui promisit remittere, posset implere cōtractum ex parte sua, & sic ageret actione prescriptis verbis, descēdente ex eo contractu innominato, vt habuistis no. ff. eod. l. j. in fi. mag. glos. Et j. tit. j. l. fine apud acta. quod tenet glo. penulti. que est in hac ea. l. & non negat. Et ideo habes ponere, quod fuit conuentum quod non peteret, & sic talis contractus impleri non potest &c.

ADDITIONES.

a AND. BARB. Cum proponas. Vide Jo. de Imol. in consi. lxxij. vide Ludou. Rom. in consi. ccij. vbi singulariter allegauit de non seruante. & pro hoc vide Ludo. Rom. in consi. ccxli.

* IOAN. FRAN. RVER. ADDE hic apostillam Aler. quam facit ad Bart. in l. quero. §. inter locatorem. ff. loca.

P. PAV. P. Istud procedit, si in vno quis tm fregit fidem, vide Pau. de Cast. consi. clxxviij. Quid aute si vnus fregit semel, alius bis vide Paul. consi. ccxcviij. Quid autē si quis fregit trengā. an alter possit frāgere, vide Feli. in c. i. extra. de treuga & pace. vide alia que habes ad Bar. in l. Julia. §. offerri. ff. de act. emp. Aret. in l. qui seruum. ff. de ver. obli. vbi etiam de frangente pacē, an ei frangi possit.

b Frangenti. Adde quod si contractus ex conuentione partium redditur nullus, propter non obseruantiam promissorum alterius ex contrahentibus. debet intelligi si ille vult, qui non contrauenit, vt tenet Pet. de Anch. consi. cxl. & vide Joan. de Ana. consi. xxix. & in quantum Aler. hic. in fi. tangit an quis possit se fundare ex contractu, quem impugnat. vide Roma. consi. cccxlvij.

* CLAVD. DE SEISS. Fides frangatur. Habet locū quādo frangitur in vno correlatiuorum. vt possit frangi in alio. Casus est & ibi Bal. no. in l. pollicitatione. j. de dona. ant. nu. pt. & vide ad hanc regulam quod dicit Aler. consi. ccxiij. vol. ij.

LEX XXII.

a Pactum curatoris.[a] Curator non poteſt debitū liquidū gratuito remittere. h. d. Opp. ff. de fur. l. si pignore. in fi. & l. interdū. §. qui tutelā. Sol. Ibi nō erat debitū liquidū. vnde possunt trāsigere. *hic secus. Opp. ff. de minor. l. sed & si vnus. §. j. Sol. vt in gl. Item opp. de l. iusiurandū quod ex conuentione. §. j. de iureur. Sol. Ibi debitum non erat liquidum.

ADDITIONES.

a POMA. Pactum. Circa hoc opponitur de l. iusiuran. quod ex cōuentione. §. j. ff. de iurein. vbi curator potest iuramentū deferre, & ex eo minori preiudicare. Unde cū possit illud quod est plus, tanto magis debet posse id quod est minus. & imo non est mirum. si non potest pacisci. Istud esset dilapidare bona minoris, quod non est curatori permissum, & quod esset cōtra vim ipsius verbi, sed ibi debitum non erat liquidum. & ideo non mirum est, si potest iuramentum deferre, & sic diceret quod istud est diminare. quia curator & tutor tunc demum possunt iuramentum deferre alijs deficientibus probationibus. l. tutor. ff. de iure in. & ad hoc vide Pau. consi. xxxix. in ij. dubio. vol. j. & consi. xlv. Fede. consi. xcvij. & Rom. consi. xxviij. in ij. dub. & Pau. consi. xv. vol. ij. & consi. xcvij. eo. vol. & aliquid in consi. cviij. vol. ij. Pau. de Cast. consi. j. Bar. consi. xlvij. Barb. consi. vij. ij. vol. & consi. xlij. eo. vol. P. PAV. P. Limita nisi debitores essent pauperes, quia potest tunc tutor vel curator componere. Aug. in addit. ad Bar. in l. id ab vna. C. de anno. & trib. lib. x.

* CLAVD. DE SEISS. Transigere. Istud verum nisi debitor sit pauper, vt dicit Aug. in l. fi. j. de anno. & tribut. lib. x.

LEX XXIII.

a Filius. aOppo.extra glos.de l.si vnus.§.pactus.in prin.ff.eo.& l.q̃ seruus.ff.depositi.de sol.l.q̃ seruus.Sol.Fateor q̃ filio vel seruo,non potest solui,verū est.nisi debitum esset cōtractum per eum filium,& patri quesitum, vt in contrarijs, quod perpetuo tene menti. Et per hoc dico, q̃ si monachus mutuat.vel deponit pecuniā,licet querat actio monasterio.tamen poterit sibi solui,& cōtinger liberatio. Ratio,q̃ facto eius illa actio quesita erat monasterio, alias secus, vt hac l.& §.eo. l.seruus. ¶Opp.de l.si filius.ff.de excep. Solue vt in glo. ¶Item opp.de l.contra iuris.in fi.ff.eo. Solue,vt in gl.& dixi §.eo.l.seruus.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶Filius. Circa materiā huius legis,quomodo possit filius preiudicare patri in acquirendis,& in similibus personis, vide per Jas.in l.iij.§.si filius.ff.quod quisque iuris.

LEX XXIIII.

Si actionem. Pactum factum heredi putatiuo, heredi vero non prodest, hoc dicit.secundum vnam lect.secundum aliam,hoc dicit. Pactum factum vni ex heredibus, ad alios non porrigitur. hoc dicit. ¶Oppo.contra primam lect.de const.pec.l.si post, Glos.dicit,solu.vt ibi.Certe ibi gloss.non posuit veram solutionem. Solu. Quandoque quis facit pactum vero heredi, a quo tamen postea hereditas eunicitur, vel per querelam, vel contra tabulas, & tunc pactum factum heredi transit ad eum,ad quem transit hereditas. vt l.contra.& l.heres a debitore,circa prin.ff.de fideiuss. Quandoq; quis facit pactū heredi, qui nullo modo est heres. Et istud in dubio non prodest vero heredi.vt hic, & l.si tibi.§.cum possessor.ff.eo. Fallit si cōstaret quod habuerat animum remittendi cuilibet,qui heres esset,vt l.ante pe.ff.eo.secundum vnam lect.&c.

LEX XXV.

Debitorum. Imperator in istis duab⁹ legibus sic procedit. quia in prima ponit summarium,in sequenti ponit casum in terminis. Opp.de l.cum ab vno.ff.de leg.ii. Sol. Ibi est speciale fauore dotis. Vel dic vt ibi. ¶Querit glo.vtrum ille qui debet pitus satisfacere,debeat prius conueniri. Bloss.dicit quod non.& bene dicit. Dic vt in ea.

LEX XXVII.

1 ☞ Si promisisti cēsum per stipulationem sine vsuris,& ego promisi ire Romam pro te,per pactum,an per istud pactum actio vetus informetur,vel actionem nouam pariat.& nu.8.

2 Differentia inter vestimentum coherentie cōtractus, & vestimentum rei interuentu.nu.8.

3 Pactum nudum principale,an vestiatur a stipulatione penali accessoria.& nu.9.

5 Pactum nudum appositum iuxta contractum conditionalem, an vestiatur,

6 Obligatio ciuilis,& naturalis,an statim saltem conditionaliter dicatur nata ex contractu conditionali,ante existentiam condi.

7 Si tollatur contractus vestitus iuxta quem erat appositum pactum nudum,an remaneat actio ex ipso pacto nudo.& nu.10.

Petens. Lex ista est subtilis,& difficilis,& breuiter hoc intendit.Pactum nudum appositum iuxta cōtractum stricti iuris,veterem actionem informat,& nouam parit.hoc dicit ter.cum gloss. Venio ad casum in terminis.& ponitur in glo.tribus modis.Ego puto veram positionem.quam intendo tenere. Antequam veniamus ad questiones,& materiā examinemus lecturas hic positas.Quero quod est exemplum in hac lege? Dicunt quidam promiseras mihi aliquid nudo pacto.idem illud promisisti per stipulationē, certe potero hoc petere. Hec est vna lect. Pro ista bene facit ter.qui dicit.placiti seruandi causa sequitur est, videtur enim velle loqui de stipulatione interposita super eo quod deuenit in pacto nudo. Istam lec.gl.reprehendit quia ter.tui non conuenit.nam cum ter.dicat.siue antecessit. siue statim post secutum est.innuit quod si ex interuallo pactum esset appositum.nō posset agi ex stipulatione,sed hoc est falsum, imo omni tempore posset agi. ergo &c. Preterea, secundum istam lect.nunquā posset agi ex pacto, sed ex stipulatione,vt l.asse toto.de he.instit.& de condi.instit.l.institutio talis. Quidam volētes sustinere dicunt hac lect.veram. Et fatentur,quod si ex interuallo pactum apponeretur ex stipulatione,agi non posset.Hoc probant sic.Stipulatio de se fuit nuda,alias incerta,quia promisisti quod conuenires,vel conuenisti.& sic ex ea per se non potest agi. Si pactum apponitur ex interuallo imputet sibi cū incontinenti potuit, & non apposuit.l.cum in plures.§.locator horrei.ff.loca.l.hec conditio.ff.de condi.& demon.l.quia ratio.de cond.instit. ¶Ad aliam oppositionem gl.dum dicit, non posse agi ex pacto, sed ex stipulatione.fatentur. Et text.non dicit hoc quod agatur ex pacto,sed ex stipulatione. ¶Contra illud opp.ff.iudi.sol.l.cum apud Sempronium & l.iudicatum sol.& l.si.eod.tit. Sol. Dicunt illi implementum stipulationis non constabat ex voluntate partium, sed ex iudicis declaratione.merito ergo ex illa declaratione secuta ex interuallo hec stipulatio committitur.Hec opinio non est vera.per l.si ita stipulatus.§.j.& l.cum enim.ff.de noua.& de fideiusso.l.si ita.de verbo. oblig.l.quidam cum filium.§.fi.& l.si vero nō remunerandi.§.si filio. ff.manda.& l.q̃ pecuniam.si cert.pet.que concludunt quod etiam ex interuallo possit apponi pactū,vel aliud fieri,per quod impleatur stipulatio.etiam cum pendet ex voluntate partium,recedamus ergo ab ista lect. Alij dicunt quod hic feci pactum tecum,quod in contractu quem feci,vel faciam de aliqua quantitate librarum,intelligatur de Imperialibus.vide gl.ista lec.non placet.Primo per ter.quia hic dicitur,quod stipulatio est interposita placiti seruādi causa.quod hic non est.imo interpositum est pactum causa declarande stipulationis.Preterea,innuit ista lect.quod pactum declaratorium non posset apponi ex interuallo, quod non placet. per l. heredes palam.§.sed & si no.ff.de testa.Preterea,istud pactum declaratorium inducitur ad replicationem, nam si petam decem libras Imperialium.tu excipies,quod nō debet intelligi de Imperialibus.sed de minori moneta,quia in stipulatione non est expressum,vt l.minus.ff.de leg.iij. Ego replicabo, hoc est verū, nisi aliud esset actum.sed aliud esse actū apparet ex pacto,ergo,&c. Sed pactum ad inducendum replicationē potest interponi ex interuallo, vt l.si vnus.§.pactus.ff.eo.ergo &c. ¶Transeamus ergo ad iij.lec. quam gl.tenet. Promisisti mihi aliquid per stipulationem & ante, aut statim post promisisti mihi ire pro me Romam.Certe ex stipulatione agetur ad illud q̃ deuenit in pacto, & agitur actione prescriptis verbis ex pacto vestito,& sic veterem informat,& parit nouam.& vide gl.tuam. Ista lec.non videtur vera.q; secundū hoc stipulatio nō fuit interposita causa seruandi pacti, imo ob aliud fuit interposita.scilicet ob aliud pactū.q̃ videtur cōtra istum ter. Sol, Fateor.nec ob.ter.quia ter.intelligitur.q̃ stipulatio fuit interposita causa seruādi placiti,scilicet pacti cuiusdā.hoc est,eius quod in stipulatione deuenit.aut pactum factū est de alio.& de eo queritur, an stipulatio informet,& nouam actionē pariat. Item cōtra istam lec.arguunt Ultramon.actio prescriptis verbis oritur ex cōtractibus innominatis.vt l.quoties.& l.naturaliter.de preseri.verb.& l.& placito.infra de rer.permut.& quando pactū apponitur iuxta contractū,ideo oritur actio prescriptis verbis,q; resultat contractus innominatus habita relatione pacti ad contractū.sed in casu proposito per glo.non resultat contractus innominatus habita relatione pacti ad contractū.ergo non est bona eius positio. Per hoc ponunt ipsi casum sic, quod facta fuit stipulatio de permutando codice meo cum tuo, & per pactū promisisti statim ante.vel statim post ire pro me Romam. Tunc habita relatione pacti ad contractum.resultat cōtractus innominatus.merito resultat prescriptis verbis. Vltramontanorum non reprobo,quia bona est.Sed inquantum ipsi dicunt lec.gl.nostre,non bene dicunt,nam actio prescriptis verbis oritur ex pacto incontinenti apposito, ex pacto dico, non ex contractu, q; resultat habita relatione pacti ad contractum,vt viditis §.eo.l.in bone fidei.& ff.eo.l.iurisgentium §.quinimo.hoc etiā probatur in l.frumenti,§.de vsu,& eorum opi.§.clarius declarabo.

1 Modo venio ad questiones que formantur in glo. †quero mutuani tibi decē sine vsuris, que per stipulationē promisisti mihi restituere,& ego promisi per pactum ire pro te Romam, an istud pactum veterem actionem informet,& nouam pariat? Gl. dicit quod non,q; pactum incontinenti appositum ita demum informat veterem actionem,si apponitur pro eo cui cōpetit actio.secus si debitor deberet vsuras.& vide gl.quādo actio competit vni, & pactum interponitur pro alio,est videndū an veterem informet, & an nouam prescriptis verbis actionem pariat.Primo.q̃ non informet veterem.gl.tenet hic.Cum enim magis sit cōtra illud quod deuenit in primā actionē,quam quod non,non potest illā informare.esset enim quedā repugnantia quod actio meamet daretur contra meipsum.& hoc tenent omnes. Sed vtrum pariat nouā actionem? glo.dicit quod non.in l.iurisgentium.§.quinimo.in glo.super verbo.iudicijs.ff.eo. Ultram.contra,q; creditor promisit debitori, resultat cōtractus innominatus.ergo oritur actio prescriptis verbis. Vide aduerte. Ultramon.nihil dicunt contra glo.nostram,bene & recte intelligendo.imo gl.& ipsi concordant. Est enim duplex vestimentum. Quoddam est vestimentum coherentia contractus, quoddam est vestimētum rei interuentu. Et istud habet locū proprie in contractibus innominatis.vt l.ex placito.§.de re.permu.de

2 prescript.verb.l.naturalis.& no.in l.iurisgen.§.quinimo.ff.eo. Inter ista duo vestimēta est hec differētia. Nam coherētia cōtractus vestit pactum incontinēti,cum in esse producitur.vt l.legē.§.eo.& l.in bone fidei. Rei interuentu vestitur pactū,etiā ex interuallo,quando quis implent cōtractum ex parte sua vt dictis legibus. Hunc ad propositū.quando creditor promisit debitori, non oritur actio prescriptis verbis ex pacto.nec vestitur pactum coherentia illius contractus,quia nō vestit pactum, nisi ad vtilitatē illius, pro quo

contractu

cõtractus est celebrat⁹. Hic est casus in l. si tibi. in fi. ff. loc. z ibi not. Nõ remanet ergo pactũ nudũ. Sz si habita relatiõe pacti ad ꝯctũ resultat contractus innominatus, z ex post facto alter cõtrahentiũ impleat ex parte sua, tũc oritur actio ꝑscriptis verbis, ex ꝯctu innominato vestito rei interuẽtu non ex pacto, sed ex cõtractu innominato. Hoc vult dicere glo. tua hic dum dicit, sed si daret vsuras, forte secus esset, ꝛc. Tunc enim resultaret contractus innominatus, ideo esset illud quod ꝫ. diri. Vide ergo gl. quam amodo intelliges, z ꝙ glo. dicit, contrarium esse non intelligas ꝙ actio ꝑscripta informetur, q⁹ istud est impossibile, vt dictum est, sed pro tanto hoc dicit, q⁹ possibile est istum contractum vestiri rei interuentu, z parere actionem. ¶ Quero vtrum pactum nudũ principale vestiatur a stipulatione penali accessoria. gl. dicit quod nõ, vt l. nuda. ff. de contrah. z commit. sti. Ultram. dicunt contra istam glo. sic. Nam pena succedit loco rei. vt l. si quis a socio. cum l. seq. ff. pro soc. z l. predia. de ac. emp. z l. apud celsum. ff. labeo. ff. de do. erce. Sz si aliquis daret rem conuentam. z promitteret, sine dubio esset vestitum pactum, q⁹ resultaret contractus innominatus, z sic vestiretur aliquo implente ex parte sua. Ideo in proposita questione, dicendũ est sic fm eos. Aut queris antequã stipulatio penalis sit commissa. z tunc sine dubio per stipulationem penalem non vestitur. Aut postquam est commissa. z tunc si quidem stipulatio penalis continet tantum quantum primum pactum, z soluatur. tũc pactum illud vestitur. sicut si solueretur ipsa res. vt ꝫ. diri. Si vero minus continet. tunc secus. vt l. fin. ff. de condi. cau. da. ¶ Sed hic aduerte. istorum reprehensio inquantũ dicunt per hoc gl. male dicere est falsa. Nam super alio loquitur gl. super alio loquuntur ipsi. Gl. enim loquitur an stipulatio penalis vestiat pactũ nudũ ei. pro quo penalis stipulatio interponitur. dicta Ultram. loquuntur, an penalis stipulatio vestiat pactum ei. contra quem penalis stipulatio interponitur. Preterea, gl. loquitur an vestiatur pactũ coherẽtia contractus, ipsi loquuntur an vestiatur rei interuentu. z sic nihil ad propositum contra glo. fateor gl. verũ dicere, z Ultram. bene dicere in casu in quo loquuntur. Modo sumus expediti de ista
4 difficili questione. Aemo ad aliam questionem. † Querit glo. facta est cõuentio inter te z me pacto nudo de permutãdo codice meũ cum tuo. deinde incontinenti conueni ꝙ ires pro me Romã proficiscaliter pacto nudo. demum ex interuallo. primũ pactum nudum fuit vestitum rei interuenẽu. quero vtrum ex ipso pacto vestiatur aliud pactũ incontinenti appositum. Et gl. tua dicit quod non, q⁹ vestimentum fit ex interuallo. z vide glos. tuam. Ultram. contra. p rationem predictam, q⁹ cum hic habita relatione pacti ad contractũ resultat cõtractus innominatus, debet oriri actio ꝑscriptis verbis. dico gl. tuã dicere verum. Nam istud pactũ non potest vestiri coherentia contractus per rationem quam gl. dicit, z de hoc querimus hic, z sic ex pacto actio non oritur, sed bene põt vestiri rei interuentu, z oritur actio ex toto cõtractu innominato, que resultat ex illis pactis. Et ita vterq; eorũ bene dicit. Ita debes intelligere. Eodem modo dico quod tale pactũ veterem actionem non informat per rationem glo. ¶ Quero, quid si iuxta contractũ con
7 ditionalem apponatur pactũ nudum, vtrum vestiatur. Glo. dicit quod sic, q⁹ ab initio nascitur ciuilis z naturalis conditionaliter
5 talem, vt l. si in venditione. ff. de peric. z commo. rei ven. z vide glo. ¶ Contra istam glo. videtur. Nã ante conditionis existentia nõ est nata ciuilis, neque naturalis, vt l. credere die. de verb. sign. ergo eius coherentia non potest vestiri aliud pactũ. So. Dicit gl. ꝙ nõ est nata pure, sed statim est nata conditionaliter. puto ꝙ velit dicere ꝙ existente conditione trahitur retro, z fingitur retro obligatus. ita ꝙ ab initio põt dici nata. vt l. qui potio. z l. qui balneũ. ff. qui potio. in pig. habe. z de sol. l. si quis sub cõditione. Et ita dicebat do. Jaco. Bu. Sed certe ista ratio concluderet, si poneremus ipso facto conditionem existere, sed si ponimus conditionẽ deficere. an istud pactũ nudum erit vestitũ. Breuiter circa istam queitionem est videndũ. Primo an veterem actionem informet. Et hic dico, quod non, q⁹ non reperit eam informandã. cum ex cõtractu cõditionali non sit nata actio. Ita not. gl. in l. pacta. ff. de contrahen. emp. Secundo est videre, vtrũ pactum vestiatur coherentia contractus. Et puto quod sic, si conditio postea extiterit, q⁹ fingitur retro contractum fuisse celebratum, vt dictum est. Sed si cõditio
a deficeret, non video ꝙ vestiri possit cõtractus, sed vestitur rei interuentu. Ita loquitur l. si in venditione. a que hic allegatur in glo. ibi enim vendidit rem tibi sub conditione, eo pacto ꝙ ires pro me Romã. ex istis pactis oritur quidam contractus innominatus talis, q⁹ ego constituã tibi istã speciez emptionis, vt tu vadas pro me Romã. vide istatim celebrato isto contractu cõditionali, impletur iste cõtractus innominatus ex parte mea, merito oritur actio prescriptis verbis. Ita debet intelligi hec materia. Et ita intelligo q⁹ no. Lecta. ff. si cert. pe. in gl. mag. Ita intelligitur. l. iuris gentiũ. ibi, vt puta si post dationem. ff. eod. ¶ Quero vlterius, quid si pactum nudum ab initio fuit vestitum coherentia contractus vestiti, z ex
7 post facto ille contractus tollitur, vtrum remaneat actio prescriptis verbis ex pacto nudo? Gl. dicit quod sic, quam vide. Videte, istã pacta quandoque apponuntur in contractibus correlatiuis. z tunc illud ꝙ deuenit in pacto, dicitur pars pretij, seu rei, que debetur ab initio, vt l. fundi partem. ff. de contrahen. empt. Sed natura contractuũ correlatiuorum est, vt sublata vna parte obligationis, tollatur altera, vt l. si. ff. de accep. z l. cum emp. ff. de rescin. vend. In isto casu non diceret verum glo. nec isto casu loquitur, sed si ponimus in contractibus non correlatiuis, vt in exemplo posito in hac l. tunc glo. tua dicit veritatem. hic fuit facta collecta ꝛc.

ADDITIO.

a ¶ L. si in venditione. Adde quod Paul. de Castr. dicit mirari de Bar. qui non considerauit quid diceret illa l. non loquitur, quando conditio deficit, imo tunc nõ habet locum quod ibi dicitur, sed loquitur quando extitit, latius hic per eum.

ALIA LECTVRA.

Petens. Pactũ incõtinenti appositũ iuxta contra ctũ stricti iuris veterem actionẽ informat hoc dicit secũdũ iij. lec. gl. q̃ vera est. Legitur quatuor modis secũdum Ultram. lec. j. patebunt. ¶ Quero de exemplo. l. nostre. gl. primo ponit exemplum, ꝙ stipulatio fuit adiuncta ei ꝙ de uenerat in pacto nudo. Istud exemplũ non est bonum, q⁹ secundum huius intellectum videtur innuere. ꝙ si talis stipulatio non fieret statim, ꝙ non posset agi, sed hoc est falsum, q⁹ semper posset agi ex stipulatione, z sic primum non est bonum. Unde gl. ponit exemplũ, vt in gl. patet. Istud secundum exemplũ gl. non est verum propter ter. qui dicit placiti seruandi causa, z exemplum glo. videtur loqui de declaratione pacti. Secundum istud exemplum videtur innui quod si statim non opponeretur istud pactum declaratorũ quod non haberet vires, ꝙ non videtur verũ arg. l. heredes palam. ꝫ. sed, z si notan. ff. de te. Unde gl. ponit tertio modo exemplum, secũdum ꝙ posiu summarium, z hic est verus intellectus nostre l. ꝙ per tale pactum incontinenti appositum informetur vetus actio, z noua actio oriatur. ¶ Sed Ultramon. dicunt, ꝙ actio ꝑsc. verb. oritur ex contractu innominato, vt l. naturalis. ff. de ꝑsc. ver. z quantum ad materiam nostram oritur. z habet locũ vbi habita relatione pacti ad contractum oritur contractus innominatus vt dicebam in l. legem. ꝫ. eo. sed in exẽplo gl. non potest haberi dicta relatio, si bene consideretur. per consequens cadẽ ratio non oritur, cuius contrarium dicit. z male. Unde ponunt exemplum, vt legunt alij. z ponunt casum sic. Conuenit tecum per stipulationem de permutado librum meum cum tuo. iuxta hãc contractũ fuit appositũ pactum ꝙ vadã pro te Romã, dicunt ipsi ꝙ relatione pacti ad cõtractum oritur contractus innominatus, z sic oritur actio ꝑscriptis verbis. Ita intelligũt ipsi hanc l. licet exemplũ eorum sit bonũ, tamen in eo ꝙ reprehendunt gl. male dicunt, nã dicta eorum non concludunt aliud, nisi ꝙ actio ꝑscriptis verbis oriatur ex contractu innominato habita dicta relatione pacti ad contractũ, istud non est verum, imo actio ꝑscriptis verbis oritur ex pacto. Vide in l. lege. ꝫ. eo. vnde ipsorũ reprehensio non est bona. Eos videre exemplum
8 gl. ꝙ. pactũ apponitur per stipulationẽ. ¶ † Quero quid si interue nerit pactum nudũ pro debitore, nũquid informetur vetus actio z oriatur noua? Gl. dicit ꝙ nõ informatur. Pro cuius declaratione hãc q. dividã quare aut tu queris retento dicto themate nũquid informetur vetus, aut queris nũquid oritur noua. Primo casu gl. nostra hic dicit ꝙ nõ. Ultramõ. hic dicũt multa verba, finaliter do. Ly. z omnes hic tenent opi. gl. Esset enim absurdũ, ꝙ actio que copetit mihi informetur cõtra meipsum, vude opi. gl. est verissima. Sed si queris retento eodẽ themate, nũquid oriatur noua. Gl. in l. iuris gentium. ꝫ. quinimo. z gl. posita in verb. bone fidei. bene dicunt ꝙ non oritur noua actio. Ultramontani reprehendunt istud dictum. Ratio, q⁹ eodẽ themate retẽto, z cõsiderata relatione pacti ad contractũ oritur cõtractus innominatus. z ideo cõcludunt ꝙ oriatur actio ꝑscriptis verbis. Quantũ ad presens est sciendũ ꝙ principaliter est duplex vestimentũ scilicet, coherẽtia cõtractus. z rei interuentu. modo si queris, nunquid pactum appositũ pro debitore iuxta contractum stipulationis vestiatur coherentia cõtractus. z tunc dico ꝙ non, q⁹ pactũ non vestitur coherentia contractus, nisi pro eo, in cuius fauorẽ contractus est celebratus. Ita debet intelli
a gi l. si tibi. C. locati. z ita intelligit gl. hũc passum. Si vero queris, nunquid vestiatur rei interuentu, dico ꝙ sic, nam debitor pro quo pactum nudũ est appositũ, posset implere cõtractum ex parte sua. z implendo vestitur pactum nudum. z vestitur rei interuentu, quo vestito potest oriri actio ꝑscriptis verbis. Ita habet locũ dicta Ultramontanorũ, z potest concordari cum gl. nostra per hunc modum. ¶ † Querit gl. nunquid pactum nudum possit vestiri per stipulationem penalẽ. Gl. dicit ꝙ non. Ita no. hic. z in l. si pacto quo penam. ꝫ. eo. Ultramontani redarguunt gl. z dicunt ipsi pena succedit loco rei, vt l. si quis a soc. ff. pro soluto. l. predia. de actio. emptio. cum fi. Sed nemini venit in dubium pactũ nudum posse vestiri rei

interuentu. In proposito circa hunc passum multa dicunt. Breuiter si bene considerentur dicta eorũ non discrepãt a glo. nostris. nã ipsi intelligunt, nunquid pactũ nudum vestiatur coherentia contractus. Vnde ad propositum questionis dic, q aut queritur nunquid vestiatur per penalem stipulationẽ ei pro quo penalis stipulatio est interposita, & dico q non, vt in l. nuda, ff. de commit. stipul. Aut queris, nunqd vestiatur ei, cõtra quem stipulatio penalis est interposita. Et dicas quod sic. qs intellige q vestiatur tutu, & istud voluit sentire glo. dum dicit sed si daret vsuras, &c. bene rei interuentu vestitur, sed coherentia contractus nõ, & ita intelligo hic gl. ¶ Querit glo. pone q precessit pactum nudũ de permutando, deinde fuit aliud pactũ appositum etiã nudum, puta q tu tres pro me Romã, deinde pactum primũ de permutando nudum fuit vestitum rei interuentu ex interuallo nunquid illud fm pactũ nudum vestiatur, & sumat vires? Bl. hic dicit q non, & dicit veritatem, q non vestitur coherentia contractus, qr non põt vestiri alio vestimento, cũ primus pactum fuerit nullũ, ergo illo non vestitur. ¶ Sed nunquid dicatur vestiri rei interuentu? Dicendũ est q sic. Nam habita relatione pacti ad contractũ oritur contractus innominatus, & in contractib. innominatis habet locũ proprie vestimẽtum rei interuentu[b] vt no. in d. ff. quinimo. ¶ Item querit gl. pone q contractus precessit validus de se, iurta hunc contractũ fuit nudum pactum appositum, & incontinẽti primus contractus fuit sublatus per acceptilationem, nunquid aliud pactum nudum, qs fuit vestitum coherentia contractus, remaneat efficax, do. Ex. solutus est dicere q quidam sunt cõtractus correlatiui, puta emptio, & venditio, &c. & in istis pactum nudum appositum iurta hos contractus habetur tanquam pars eorũ cõtractuũ. Ita dicit tex. not. in l. fundi partem. ff. de contrah. emp. modo natura istorum contractuum correlatiuorũ est q sublata obligatione pro vna parte tollatur etiam pro altera. l. fi. ff. de accep. & l. cum emptor. de resc. ven. & si in his contractib. intelligatur gl. nostra, non dicit verum p prealligata iura. Quidam sunt contractus non correlatiui exemplũ in stipulatione, tunc isto casu licet primus contractus fuerit sublatus per acceptilationem inhiominus remanet pactum nudũ. Et ita debet singulariter, & notabiliter intelligi dicta gl. quã no. Bar.

ADDITIONES.

a ¶ L. si tibi. C. locati. Adde eundem Bar. in l. certis. in ij. lec. j. eod. Bal. hic, & pro intel. d. l. si tibi. vide Jo. Ba. Caccia. vltra Alexã. & alios in l. legem ſ. eod. & que ipse ponit in suo tract. de pact. q. vj. in prin. ver. reſtat nunc.

b ¶ Rei interuentu. Adde vltra doct. hic do. Jo. Ba. Caccialu. in suo tracta. de pac. q. vj. & ibi dicit hanc conclusionem veram.

LEX XXVIII.

1 ☞ Prestatio longi temporis facta scienter, non confirmat obligationem, & quando etiam in mu. 4.

2 Prestatio facta minori tempore decennij, quãdo inducat obligationem.

3 Pactum nudum vestitur rei interuentu in fauorem implentis cõtractum ex parte sua, & in contractibus vtroq; obligatorijs.

4 Limitas, que vult exercere merum imperium, qs non habet, quid habet facere.

a Certis. [a]Breuiter dicit, Prestatio longi tpis non confirmat pactum nullidũ. h. d. Ly. super hac lege posuit quandã repetitionem Pet. que teneret nos per vnam diem. Vnde breuiter examinabo quantum ad tex. & ad gl. expedit, magis esset materia l. cum de in re verso. ff. de vsu. ¶ Circa hanc. l. quero primo exemplum, glosi. ponit primo quando vsure promittuntur pacto nudo, vt ſ. de vsu. l. creditor. de solu. l. in his. ſ. imperator. Et istud est bonũ exemplũ. ¶ Secundo modo ponit in pacto nudo donationis, & istud exemplum procedit secundũ ista tẽpora, sed hodie produceret actionẽ, vt l. in quis argentũ. ſ. de dona. ¶ Tertium exemplum ponit gl. in seruo pro mittente, qui factus liber tenetur naturaliter q exemplum nõ cõgruit proprie huic l. nam seruus non tenetur ciuiliter propter cõditionem inę persone. ter. loquitur quando quis non tenetur ciuiliter, ideo qr pactum nudum. ¶ Ceterum amus[b] ad contraria. Et oppo. sic. Aut nos dicimus qõ ille, soluit scienter, & non põt repetere, vt ff. de cond. ind. l. j. Aut dicimus q soluit ignoranter, & tũc sibi non preiudicat, sed potest contradicere, etiam si per stipulationẽ promisit. vt l. j. ſ. de erro. cal. Sed ter. hic in fi. dicit cõtra, quare male. Sol. Dicit gl. intellige q hic soluit errando in iure, & sic non cõpetit repetitio. nam si ille erraſſet in facto, tunc secus, vt d. l. j. ſ. de erro. cal. Certe ista verba glo. non tangunt legis nostre propositũ. Nã posito q solueret scienter, non loquitur hic hoc casu, an possit repetere vel non, sed an obligationẽ cõfirmet ex hoc, vt possit cogi in futurũ. vel non cogi. Dico ergo q si scienter soluit, etiã non confirmet obligationem & pactum, ita loquitur hic. ¶ Item oppon. ſ. de fideicommi. l. j. Sol. dicũt quidam. hic soluit certis annis pau-
2 cioribus tribus. Istud est diminare. Dico ergo q quod ibi versatur-
c ¶ In summa adde que ibi posui post Bar. & est aduertēdū secundum Pau. de Ca. quod in casibus specialibus. in quibus rescinditur sententia per instrumēta de nouo reperta. vt in minore & ecclesia. quia rescinditur per remedium restitutionis in integrum. sed in transactione rescindenda per instrumenta nouiter reperta. non est necessaria restitutio. sed potest mero iure redire ad actionē primā. vel de dolo. & in hoc maioris authoritatis est sententia quam transactio. q. difficilius rescinditur sententia. Sed quid in arbitramento? Bal. dicit quod si petita est reductio ad arbitrium boni viri. in casu reductionis. poterunt produci instrumenta de nouo reperta. sicut possent produci in causa appellationis. sed si nō est petita reductio. & sit transactū tempus petendi. tūc secus. misi in casib. specialibus. & mediante beneficio restitutionis in integrum. sed transactio quā fecerunt partes per seipsas. nō petitur reduci ad arbitriū boni viri. & hoc dicit Pau. meum ligendū. quia alibi non meminit se legisse. subdens quod idem Bal. vult. quod si pars abstulit prohationē testium. eorum pēdo. vel minādo eis. quod non testificentur. & p. hoc habeat locū hec lex & per dolū possit rescindi trāsactio. quia testes & instrumenta equiparantur. l. in exercendis. §. de fide instru.

ALIA LECTVRA.

3 ¶ Transactio an valeat, quando dolus dedit causam contractui.

Ab pretextu instrumētorū.

Pretextu instrumēti de nouo reperti, nō rescinditur transactio. hoc p. mo. Item si dolus rei dat causam trāsactioni, succurritur actori. h. d. ¶ Opp. de l. Imperatores. ff. de re iudi. in §. sanci. mus. in auth. de non alie. coll. ij. & l. rem publicam. §. de iure rei publi. li. xj. Sol. & ibi sunt casus speciales. Circa materiam vide gl. de seu. aduer. fid. l. j. lib. x. 1 ¶ Ite op. de l. de his. ff. eo. Sol. Illa loquitur in testamentis. & in vltimis voluntatibus. in quibus non valet nisi 2 inspectis. &c. Aduerte. † quia cum facio transactionē super aliquo legato. vel cum soror est dotata a fratre. & ita contentatur dote. & facit sibi quietationem de omni eo quod possit petere de hereditate. &c. debet apponi in instrumento. viso testō. alias non valeret. vt d. l. de his. prealle. ¶ Item opp. actio de dolo nō concurrit cum aliqua actione. sed hic competeret actio furti. ergo. &c. Sol. vt in 3 gl. ij. ¶ † Item opp. & videtur quod cum dolus dedit causam contractui siue transactioni, videtur quod transactio non valeat ipso iure. vt l. & eleganter. ff. de dolo. Bl. fi. dat duas solutio. Una quod liberatio venit infirmanda, licet transactio non valeat ipso iure. ¶ Alia, quod contrarium habet locū in bone fidei contractibus. Sed transactio est stricti iuris. Iste solutiones videntur cōtrarie, q. prima sol. presuppont transactionē non valere. Alia presuppont valere. Unde dic. Quod aut trāsactio interponitur super contractu bone fidei. & tūc habet locū prima solutio. Si interponatur super contractu stricti iuris. potest habere locū secunda so. ¶ Item opp. de l. si quis accepto. ff. de condi. ob cau. Solue vt in gl. si. Bar.

LEX XX.

1 ¶ Acta de nocte an tantum valeant, quantum de die.
3 Actus necessarij, vt iudicia debent fieri de die, alias non valent.

Non minorem.

Transactio & res iudicata equiparātur, & tantum valent. Nam delicet factum de nocte [a], quantum de die. h. d. ¶ Opp. & maioris authoritatis sit transactio, quā res iudicata, vt habuistis no. §. eo. l. si diuersa. Sol. Hec regula fallit in quibusdam casibus. & gl. ponit hic, & latius in l. ij. ff. de ureitur. ¶ Secundo no. & tantum 1 † valeat actum de nocte, quantū de die. ¶ Contra in aut. de ind. §. sed debunt. extra de offic. deleg. c. consuluit. Debes scire quod de iure quedā sunt, que nō sortiuntur effectū, vt delicta. & ita punitur de nocte, sicut de die, licet de nocte grauius, vt l. ū. ff. de furtis. balneariis, & l. iiij. ff. ad l. Aquil. de adul. l. Bacchus. Quedā sunt, que de iure sortiūtur effectū, & in his dic. aut queris qua die dicatur factū, aut ḡris an factū valeat? Primo casu dic vt l. more Romano. ff. de fer. 2 Secūdo casu dic, aut sunt actus † voluntarij vt cōtractus, & vltime voluntates, & ita valent de nocte, sicut de die, vt hic, & l. ad testium. 3 §. posse. de test. Aut sunt † actus necessarij, vt iudicia, & tūc debēt de die fieri, alias nō valerēt. vt §. sedebūt. ¶ Fallit ex causa, si iurisdictio expiraret, vt d. c. & soluit. de off. dele. ¶ † Quero, an qū sit de nocte, debeant esse luminaria. Dico & sic. vt l. j. §. tria luminaria. ff. de ven. inspi. Ratio, q. testes debēt cognoscere partes, & non bene fit in obscuro, vt l. fi. §. finaute dubium. de iure delibe. & de testi. l. testiū.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ De nocte. Et an debitor possit soluere de nocte creditori, & quedā alia, & quod regulariter omnia possunt fieri de nocte sicut de die, vide Decium in c. consuluit. de offic. deleg.

LEX XXI.

Cum eaque

Breuiter dicit. Simulate vēditiones pretium non potest. h. d.

LEX XXII.

Si maior transegisti

Non eget summario propter breuitatē. De hoc videbitis in l. metum. §. & metus cau. &c.

LEX XXIII.

Nec intentio

Exceptio facti, vel intentionis, non potest opponi. post transactionem lite finita. hoc dicit. ¶ Opp. ff. de tut. & ra. distra. l. si ex duobus. Sol. vt in gl. ibi loquitur in pluribus tutoribus, vel curatoribus. qui tenebātur insolidum. quorum solutio vnius prodest alteri. ¶ Quero vtrum solutio facta per vtrum, qui non erat heres. prosit alij, qui est heres. Sol. vt in glos. que dicit quod non, quia solut pro sua obligatione.

ALIA LECTVRA.

Nec intentio

Pro dato, vel promisso, ex causa transactionis, non competit exceptio, hoc dicit. ¶ Opp. de l. in summa. in prin. de condi. inde. ff. Sol. vt in gl. ¶ Querit gl. numquid per solutionem huius heredis putatiui factā ex causa trāsactionis, liberentur heredes veri. Et nūquid a veris heredibus possit repeti istud solutum?

Videtur quod sic, per l. si quis possessor. ff. de peti. here. Gl. determinat contrarium. ¶ Ad l. si quis possessor. responde vt in gl.

LEX. XXIIII.

1 ¶ Confessio sola rei dicentis se debere certam quantitatem, non
2 preiudicat creditori.
Reus si soluit creditori ex eo non oritur presumptio, q̃ nihil debet recipere a creditore cui soluit.
3 Confessio creditoris quando sibi preiudicat.

SIquidem. Solutio partis ex cã trãsactionis inducit liberationẽ a toto: secus
1 in confessione partis facta a reo. h. d. ¶ Vides ergo q̃ attestatio rei dicentis se debere certam quantitatẽ, sola non preiudi
2 cat creditori. ¶ Sed quero, vtrũ preiudicet ipsi reo, ita vt ex eo quod aliquid soluit sit presumptio q̃ nihil debet recipere a creditore cui soluit. Ter, est quod non in l. si cum dos. in princ. ff. rerum amo. ¶ Quero quid in creditore. Creditor cõfessus, est debere habere centum ꝫ a Titio, vtrũ videatur dicere, ꝫ nihil vltra. adeo q̃ sibi preiudicet in residuo? Breuiter, aut ipse apposuit aliquamodi
2 actionem taxatiuam, vt si dixit, centum sola, vel centum tantum, ꝫ tunc in residuo preiudicat sibi, alias non. hic est ter. cum gl. secundum opinio. Azo. in l. rationes. ¶. de proba. que est vera. probatur in l. iij. ¶. cum Titio. ff. de adim. leg. ꝛc.

ADDITIO.

2 IO. FR. RV. ¶ Dictionem taxatiuam. Limita nisi creditor cõfiteatur sibi deberi centum: pro resto. secundum Ang. Sali. Imol. ꝫ alios quos Jaso. hic refert. ꝫ sequitur.

ALIA LECTVRA.

SIquidem. Repetitio partis, ex causa transactionis liberat reum a toto. Sed si reus partem tantum confitetur debere, non preiudicat creditori quo ad residuũ. h. d. ¶ Querit gl. que erat ratio dubitãdi in ij. casu. Dic vt in gl. aquerte. q̃ confessio debitoris circa partem non preiudicat creditori circa aliam. Sed quero de confessione creditoris, nunquid confessio creditoris sibi preiudicat circa aliam partem. De hoc est gl. in l. rationes. ¶. de proba. ꝫ per illum ter. in l. iij. ¶. cum Titio. ff. de adi. leg.

LEX XXV.

SImaiores. Transactio non rescinditur ob defectum cause non expresse. h. d. An per pactum factum cum matre filij succedant in minus. Dic vt l. pactum. ¶. de colla. ꝛc.

LEX XXVIII.

1 ¶ Transactio vt valeat, necessario nõ debet fieri apud acta, nec in scriptis, ꝫ quod est contractus innominatus. nu. ¶. 20. 21. 22. 23.
2 Agi quod possit ex pacto nudo transactionis.
3 Reus obseruans promissa conuenitur prima actione, ad quam reuertitur actor.
4 Condictio ob causam, cui competat ꝫ de natura illius. nu. 16.
7 Actio prescriptis verbis quare competat reo, ꝫ non actori.
9 Actor quando dicatur liberare reum.
10 Cautio Mutiana an habeat locũ in cõtractib. inter viuos. ꝫ n. 27.
11 Cautio que prestatur de modo implẽdo, an habeat locum in contractibus bone fidei.
Transactione inter posita super aliquo contractu, de ea iudicatur sicut de contractu, super quo interponitur.
13 Actor quod possit cogi ad cauendum, si transactio est interposita super contractu bone fidei.
14 Cauere quis quod non cogatur in vltimis voluntatibus de implendo, coactione precisa, sed causatiua.
17 Peti quod non debeat, vt fiat id, quod factum non releuat.
18 Actori ꝫ reo, quando subueniatur per actionem de dolo, propter non obseruantiam transactionis.
24 Transactio si non fiat per vt, sed per dictionem si, an sit cõtractus innominatus.
25 Actor agens ob non seruatam trãsactionem, an debeat prosequi primam instantiam, vel de nouo inchoare.
26 Titulus superueniens possessori, quod faciat eum querere dominium ex persona eius, a quo habet titulum.

SIue apud acta. [a]Breuiter dicit. Trãsactis stari conuenit, ꝫ si fiant pacto nudo ex eis non agitur, sed ad primam actionem actor reuertitur. h. d. Videatur, quia primo loquitur in genere, secundo infert ad species.
1 Secunda ibi, sed quomam. ¶ Nota primo, quod de substantia trãsactionis non est quod fiat apud acta, vel quod exinde fiat scriptura, vt ¶. eo. l. cum te. ꝫ ¶. tit. j. l. pactum quod bona fide. ¶ Secundo nota quod ex pacto nudo transactionis non potest agi.
3 ¶ Tertio no. quod si reus non obseruaret promissa, potest conueniri prima actione. Vide istis. ¶. tit. j. l. cum proponas. la tj. ¶ Vtemamus ad declarationẽ materie nostre legis, ꝫ videbitis pulcher-

rimam legem. ¶ Oppo. dicitur hic quod ex transactione non potest agi, sed agitur actione prima. Contra. ff. de condic. ob caus. l. iij. ¶. j. de condi. inde. l. eleganter. ¶. penult. Sol. Dicit glo. fateor quod
4 non potest agere actor, vt hic, sed reo † bene competit condictio ob causam ad repetẽdum ea que dedit, si actor non obseruat promissa. ꝫ vide glo. super verbo, ex pacto. in princ. ¶ Aduertatis, fateor quod reo competit condictio ob causam, ad repetendũ, vt dictum est, sed ista nõ oritur ex pacto transactionis, sed extra id quod agitur, vt l. si is. in fi. ff. cõmo. Et hoc sentit gl. vlt. huius. l. circa fi. quam vide. Unde proprior solutio esset, vt dicamus quod condi. ob causam non oritur ex pacto transactionis, sed extra id quod agitur in contractu, ex illo negotio gesto inter te ꝫ me, vt l. si in area. de cõdi. ind.
5 ¶ Antequam intrem gl. ¶quero, vtrũ reo implenti contractum ex parte sua, detur actio prescript. verb. contra actorem? Videtur quod non, quia sufficit sibi exceptio. vt l. ¶. ¶. si reus. ff. de eo per quẽ fa. erit. Contrarium est veritas. nam cum cõtractus transactionis, sit quidam contractus innominatus, vt ¶. dicam, implenti tantum competit actio prescr. verb. ad interesse. vt l. naturalis ¶. de prescr. verb. Non obst. l. ¶. ¶. si reus. q̃ ibi sufficiebat exceptio, propter quam sua desinebat interesse, vnde actionem ex illo edicto non habet. ¶ Ex predictis habes q̃ reo transigenti, ex trãsactione cõpetunt tria remedia. primo exceptio. secundo ob causam condic. tertio prescrip.
6 verb. actio. si contractũ impleuit ex parte sua. ¶ † Sed quero, an actori cõpetat actio prescri. verb. contra reum, ex contractu transactionis. Et videtur q̃ sic, quia cõpetit reo contra actorem, vt ¶. dictum est, ergo eadẽ ratione actori cõtra eum. In cõtrarium est causa hic, q̃ ex tali cõtractu nulla oritur actio, sed de necessitate actor reuertitur ad actionẽ primã. ¶ Sed nũc reuntro gl. Quero, que est
7 ratio, † quod reo cõpetit actio prescri. ver. ꝫ non actori? Et vide gl. super verbo ex pacto ibi, sed quare nõ actori, ꝛc. Dicunt quidam, q̃ contractus trãsactionis est facio vt des, ex quo oritur actio de dolo, nõ prescri. ver. vt l. naturalis. ¶. quod si faciã. ff. de prescri. ver. Istam reprehendit gl. q̃ imo est, do vt des, cum remittere sit dare, non facere, vide gl. Ista reprehensio gl. non est bona, q̃ l. si mulier, quam gl. allegat, loquitur quando debitũ certũ remittitur, que
8 nostra loquitur quando dubium debitũ remittitur, tunc † remittere est facere, non dare, vt dixi in l. actione ¶. eo. ꝫ ibi not. secundum vnam opi. Sed ista ratio gl. nõ est bona. propter aliam rationem, nam ¶. quod si faciam. habet locũ, quãdo ex facto alteri parti nihil adest. sed hic alteri aliquid adest, q̃ statim ex illa remissione queritur sibi exceptio, ideo haberet locũ actio prescri. verb. sicut in do vt des, vel do vt facias, vt not. in d. ¶. quod si faciam. ꝫ dixi. ¶. eo. l. actio. ꝫ l. cum nota. Assignauit gl. aliam rationẽ, quia in contractibus innominatis oritur actio prescri. ver. ei qui impleuit cõtractum ex parte sua, vt d. l. naturalis. ¶. ¶. de prescrip. ver. sed reus potest implere contractum ex parte sua, dando illud quod conuenit, actor vero, qui promisit non petere vel non agere, nunquã potest implere cõtractũ ex parte sua, qui si non petit, vel agit hodie, cras poterit petere, ꝫ sic de similibus in perpetuũ, vt l. eleganter. ¶. per. ff. de condi. inde. Unde quia contractũ non impleuit, ideo sibi actio prescrip. ver. non datur, ideo de necessitate ad primam actionẽ redditur. hic est casus in l. nostra. ꝫ vide glos. Ista gl. ponit verissimam opinionem, ꝫ rationẽ habuistis not. in l. j. in fi. mag. glo. ¶. de pact. ꝫ in l. in actione. ¶. e. ¶ Ad istud ergo quod habuistis, quod actori non competit actio prescrip. verb. quia non potest implere contractum ex parte sua. Opp. ꝫ videtur quod actor possit implere liberando reum per acceptilationẽ, cum acceptilatio tollat etiã actionem in rem, vt ¶. eo. l. vt responsum. Quidam fatentur contrarium, q̃ si actor liberaret per acceptilationẽ, haberet actionem prescri. verb. Alij, vt Bug. dicunt quod tunc nõ impletur cõtractus, quia etiã tunc poterit agere de facto, licet actio sit sublata, vt ¶. eo. l. vbi
9 pactũ. Veritas est ista, quod attendas qualiter † verba transactionis fuerunt cõcepta. nam aut dixit, promitto liberare te, ꝫ tu reus dabis mihi centum, ꝫ tunc posset impleri cõtractus ex parte actoris liberando, ꝫ tunc haberet actionem prescri. ver. Aut promisit non agere vel non petere, ꝫ istud nunquã potest implere, quia saltem de facto potest agere, vt d. l. vbi pactum. ꝫ l. eleganter. ¶. pe. de condi. inde. Et illo casu debet intelligi l. nostra, quod actio prescri. ver. non cõpetat sed reuertitur ad primã actionem. Et istud gl. dixit. ¶. de pact. l. j. in fi. mag. gloss. ¶ Ad idem oppo. ꝫ videtur etiam, quando promisit non agere, vel nõ petere, quod possit impleri ex parte actoris, cauendo de non agendo, vel de non petẽdo in futurum. Nam cautio Mutiana habetur pro implemẽto. vt l. Mutiane, de condicio. ꝫ demonstr. ꝫ de condit. instit. l. iij. ¶. j. Sol. dicit gl. Fateor hoc cõtrarium, quod per hanc cautionẽ impletur iste contractus, sicut in quibusdam casibus similibus qui ponuntur in gl.
10 Tenet ergo ista gl. † quod cautio Mutiana habet locum in contractibus inter viuos. Contrarium tenet glo. in l. j. in fi. magne glo. ¶. de pact. ꝫ in l. Mutiane. ff. de condicio. ꝫ demonstra. ꝫ ita stipulatus. ante fin. ff. de verbor. obligat. ꝫ de condi. ob cau. l. dedi. circa

princi

princi. Et ibi istum passim examinat Bul. de Cu. & videtur tenere glo. hic ponam, quod non puto verum, nam contractus innominati fiunt per modum modi. vt do vt des, vel do vt facias, vel facio vt facias, vel facio vt des, omnia respiciunt modum. cautio Mutiana habet locum in condictionibus negatiuis, vt. d. l. Mutiane. Unde ista materia non habet locum hic, sed magis esset videndum
u de illa cautione, que prestatur de modo implendo, per l. si tibi legat. de leg. iij. de condictione & demonstr. l. quibus diebus. §. Terminus, no. ff. de donat. que sub modo. l. j. Et certe istam cautionem
b non reperio locum habere in contractibus bone fidei, nisi in casu l.
c iusiulam c. §. ff. loca. Istam materiam latius explicaui in d. l. Mutiane. tamen quantum ad propositum possemus sic dicere. Aut transactio interponitur super contractu, seu super actione bone
* fidei. & tunc iudicamus de ea *, sicut de contractu bone fidei. & vidistis no. ff. eo. l. sub pretexta. & de tutela. j. de in integ. restit. & tunc cauendo de non agendo, vel de petendo, videtur impleri contractus. argumentum d. iusiulam. §. fina. Si vero interponitur super contractibus stricti iuris, tunc per hanc cautionem non videtur cõtractus impleri. & ita loquitur hic. Nam, vt videtis agitur actione in rem, que est stricti iuris. Et secundum istum modum debet intelligi quod nota. & vobis dixi. ff. eod. l. actione. ¶ Contra predicta opp. & videtur quod per cautionem nunquam impleatur. vnde videtur obstare. ff. de condition. ob caus. l. dedi, in principio. Dicit glo. fateor quod actor potest cauere de implendo, non potest tamen
12 cogi ad cauendum nisi in cõtractibus bone fidei. vt l. in omnibus. ff. de iudic. & in seruitutibus. ff. si. seruit. vendi. l. harum. & in vltimis voluntatibus. & l. Mutiane. de condit. & demonstr. & vide gl. tuam.
Videtur ergo tenere ista glos. quod l. in omnibus. ff. de iudic. non habet locum nisi in contractibus bone fidei. Idem tenet glo. in l. ij. in princi. in ij. glos. ff. solu. matr. & d. l. dedi. in princ. & d. l. in omnibus. Contrarium est verum, vt l. vniuersa. §. de precib. Imperato. offer. & si creditores. de priuileg. cred. & not. in l. in possessione, quibus ex
13 cau. in possessio. catur. ¶ Tamen quantum ad propositum, bene fateor istud quod glo. dicit, quod actor poterit cogi ad cauendum si transactio est interposita super contractu bone fidei, quia cautio habet implere contractum, vt supra dixi in aliis contractibus secus. Et quod dico, potest cogi ad cauẽdum, intelligo vt prestet interesse, quia ista est natura actionis presci. ver. que oritur ex contractu innominato. vt d. l. naturalis. §. j. de presci. ver. Illud etiam
14 ¶ quod dixit gl. quod in vltimis voluntatibus quis cogitur cauere per l. Mutiane. ff. de condictio. & demonstr. non est verum coactione precisa, sed causatiua. vt ibi. not. ¶ Item oppo. ad istam legem, quod ad promissa agatur ex pacto transactionis, vt supra eadem lex proponas. Sol. ibi intercessit stipulatio. hic non. & secundum hoc ista oppo. vadit ad legem vel formam aliam aliter, & sic vadit
15 ad predicta. ¶ videtur quod cõtractus transactionis possit impleri ex parte actoris, ita q potest agere, vt l. cum proponas. §. eo. Sol. Illi transactio fuit facta per stipulationẽ, que est vestita in seipsa verbis, nec get implemento rei interuentu, hic loquitur de transactione facta pacto nudo, que rei interuentu ex parte actoris non potest impleri. Ita loquitur hic, nam vestimẽtum quod fit verbis, fit ex dispositione contrahentium, quod lex non denegat. sed illud quod fit rei interuentu, fit ab vna parte, tantum lege cooperante. vide finem lex, non tuum tibi denegat auxilium. & vide gl. ¶ Item oppo. ad predicta. & videtur quod possit agi presc. ver. ex parte actoris. vt l. si pro fundo. j. eod. Bloss. dicit quod ibi fallit. Vel dic quod ibi loquitur de actione presci. verb. datiua, non natiua. Ista sol. quãtum ad illam l. si pro fundo. non est bona, quia nulla est ratio, quare hic non daretur actio prescrip. verb. sicut ibi. nam hic rei vẽdicatione agebatur, sicut ibi. vnde ego dicit Bet. & credo, quod bene dicat in hoc quod l. si pro fundo, debet intelligi, quando transactio fuit facta per talia verba, que respiciunt implementum ex parte actoris, vt promitto re liberare, vel actioni proposite renunciare, ideo ibi datur actio prescrip. verb. actori implero contractu ab eo. ita loquitur ibi. ¶ Item, ad illud opp. & videtur quod actori competit actio prescrip. verb. vt §. eo. l. cum mota. Solu. vt ibi dixi. Vel intelligas quod ibi fuit taliter conceptus, quod potest impleri ex parte actoris. & fuit impletus, vel si dicas quod ex parte actoris non potest impleri. tunc in subsidium datur actio prescript. verb. a lege, que est datiua, non natiua. cum in pristinam obligationem se non possit reponere. vt ibi dixi. & vide gl. tuam. ¶ Diximus quod reo datur actio presc. ver. & condictio ob causam. Item vidimus verum actori detur actio prescrip. verb. sicut reo. ¶ Quero. vtrum
16 actori detur cõdictio ob causam, ¶ vt reus se reponat in pristinam obligationem, sicut reo datur, vt actor restituat accepta. & quod actori competat. glo. videtur hic tenere. & in l. actione. §. eod. Idem tenet in l. cum mota. cum actio est talis, que potest consensu partiũ restaurari. Et videtur casus in l. si quis accepto. de condic. ob caus. ¶ In contrarium videtur hec lex, que dicit quod sit necesse agere actione prima. ¶ Item videtur casus rotundus in l. si pro fundo. j. eo vbi dicitur expresse q ad actionem primam nõ potest dari regressus. ¶ Pro hoc etiam facit j. eod. l. quamuis. Et duerte, dicas sic. Quandoq; reus impleuit cõtractum ex parte sua, quantũ potuit, quandoq; noluit implere. ¶ Primo casu non datur actori condictio ob causam vt reus se reponat in pristinam obligationẽ, vt j. eo. l. si pro fundo. ibi enim reus dedit rem actori, licet fuisset euicta. & est speciale in transactione fauore minuendarũ litiũ, licet secus esset in aliis cõtractibus innominatis. vt l. si. de condi. ob cau. Secũdo casu, quãdo reus noluit implere, & tũc aut est talis actio que non potest per cõsensum partiũ restaurari, & nõ datur cõdictio ob causam vt §. eo. l. cum mota. & j. ad Turp. l. quãuis. Si vero per consensum partiũ potest restaurari, & tũc actor vult per cõdictionẽ ob causam sua penitentia restaurari, & hoc nõ potest, vt j. eo. l. quãuis. Aut ex aduersarij mora, & tũc si quidẽ ipse potuit implere, & impleuit contractum ex parte sua, habet locũ condi. ob cau. alias haberet locũ actio de dolo, vt no. in l. actione. §. eo. & ibi dixi. ¶ Predicta vera, quãdo per transactionẽ actio fuit ipso iure sublata. nã si sublata nõ esset, duraret actio prima, ideo nõ esset locus condic. ob cau. vt se reponeret in pristinã obligationẽ, & hic est casus. ¶ Sed contra hoc opp. video quod reus, cui legatur liberatio, habet actionẽ ex test. vt liberetur. licet sit tutus exceptiõe. vt l. ij. §. j. ff. de lib. leg. ergo eadem ratione, licet iste actor habeat replicationẽ, potest petere. vt reus se reponat in pristinam obligationem, & faciat pactum de nõ petendo. Et hoc tenebat Jacob. de Rauen. quod doct. nostris non
17 placet, ¶ quia non debet peti vt fiat id quod factum non leuatur. vt l. hec stipulatio. §. diuus. vt leg. no. caue. sed hic actio nihil relenat, quia ex pacto de non petendo consequeretur replicationem tantum, vt in Iurisgentium. §. pactus ne peteret. quam replicationem habet sine eo. Et per hanc legem nõ obstat quod dicitur de eo cui relinquitur liberatio. q; illud ideo, q; nõ est in potestate rei. quãdo conuenitur, vt sic opponat exceptionẽ. Et igitur sibi pareret prohibitoria. permittitur sibi agere vt liberet: sed in potestate actoris est agere quãdo vult, & sic replicationẽ opponere, ita loquitur hic.
18 Hoc ergo viso, hoc est qualiter actori subueniatur per cond. ob caus. reassumo qualiter sibi subueniatur per actionẽ presci. verb. Et dicas sic. Aut verba transactionis sunt concepta affirmatiue. ita quod ex parte actoris possunt impleri. & tũc impleto secuto ei competit actio presci. ver. vt l. si pro fundo. j. eo. & l. naturalis. §. j. de presci. ver. Aut sunt cõcepta negatiue, ita quod non possunt impleri. & tunc aut est interposita super contractibus bone fidei, & cauendo impleat, vt l. in sum. in fi. ff. loc. & sic ei cõpeteret actio presci. verb. Ita intelligo glo. hic ponam. Aut super contractibus stricti iuris, & tũc aut actio prima non est sublata. & non datur actio prescriptis verbis, sicut nec cõdictio ob causam, vt dictum est §. sed de necessitate reuertitur ad actionem primam. Casus est hic. Aut actio sublata est talis, que potest cõsensu partium restaurari, & tunc actio prescriptis verbis non habet locum. datiua vel natiua. Natiua non, quia contractus non est impletus ex parte actoris. Datiua non, quia cessat equitas, propter quam datur, quia potest agere condic. ob cau. vt se reponat in pristinã obligationem, vt §. dixi. Aut non potest consensu partium restaurari, & habet locum actio presci. verb. datiua, non natiua. vt l. cum mota. §. eo. Omnia que dixi ex parte actoris. quãdo verba cõtractus sunt concepta, quod ex parte eius non possunt impleri, intelligenda ex parte rei, si poneres verba ita cõcepta, quod ex eius parte impleri non possent. ita intelligo istam materiã. ¶ Contra omnia predicta op. dixi quod tam actori, quã reo, subueniet per condic. ob
19 cau. vel actionem prescrip. verb. ¶ Contra hoc per actionẽ de dolo, vt §. eo. l. actione. & l. sub pretexta. ergo apparet quod iste due actiones nõ habent locũ. quando actio de dolo non cecurrit cum alia. Hoc tangit in vltima gl. Tu circa hoc dicas breuiter sic. Quandoq; queritur de dolo commisso circa actionem, super qua trãsigere possit, & de hoc nõ dico hic, gl. tãgit in l. actione. §. eo. &). l. prox. & ibi dicã. Quandoq; queritur de dolo cõmisso in litigando circa litem, de qua trãsigitur, & tunc aut dolus cõmittitur ex parte actoris. aut ex parte rei. Primo casu, trãsactio est nulla. sed si reus actoris nomine trãsactionis aliquid dederit, habet locũ actio de dolo, ad restituendũ data, sed ex parte rei valet trãsactio, & datur actio de dolo actori, ad rescindendã transactionẽ à prima actione suita. vt §. e. l. sub pretexta. & ibi no. ff. de cõdi. inde. l. in summa. in prin. quandoq; cõmittitur dolus inducẽdo aliquẽ ad trãigendũ, & tũc dic, aut trãsactio interponitur super cõtractibus bone fidei, aut super cõtractu stricti iuris, & de hoc dic vt §. eo. l. sub pretexta. Quãdoq; dolus cõmittitur in nõ obseruãdo promissa, & tũc loquit materia nostra, q; regulariter habet locũ condi. ob cau. vel presc. ver. vel agitur actione prima, vt §. dixi, videlicet quando actio extincta non potest restaurari per condictionem ob causam, que non competit ex penitentia, vt l. quamuis. j. eo. Item no. quod ex mora aduersarij qñ actor non potest implere ex parte sua, non datur actio presci. verb. eadem ratione, scilicet, quia actor nõ potest implere,

& ideo datur actio de dolo, secundum opi. Vla. notabilem. In casu tamen non potest agi actione de dolo, vt §. eo. l. actione.

20 His ¶ premissis restat quod veniamus ad questiones, & primo quero. vtrum transactio sit cõtractus. Certe sic. q2 vltro citroq; nascitur obligatio. vt l. Z abeo. ff. cõtractum. ff. de verb. sig. & §. l. cũ re. abi. si de iide contractus. &c. ¶ †Quero secũdo. vtrũ sit contractus nominatus, vel innominatus. Et videtur, q; sit nominatus. q1 habet elegans nomẽ. sicut emptio. & venditio. depositum, societas. & pignus. ita transactio habet nomẽ elegans. In cõ

d trarium est veritas. q2 contractus nominati producunt actionẽ cõtpio q; ponuntur absq; aliquo implemento. vt l. iuris gentium. in prin. ff. de pac. sed transactio non producit actionem, nisi impleatur rei interuentu. ergo apparet, q; non est contractus nominat9,

22 vt hic, & hoc sentit ista glo. tota. & ista est veritas. ¶ †Sed tũc que ro. quare non est nominatus sicut emptio. & venditio. In permutatione reperio legem hoc dicentem. §. de rerũ permu. super rub. & in d. l. iuris gentiũ. §. j. ibi permutatio fit veram opi. ideo non dicitur contractus nominatus. q1 habet nomen generis. non speciei, nam etiam emptio potest dici permutatio, quia permutatur res cum pecunia. Idem in locatione permutatur opera cum pecunia. vnde permutatio generis. & appellatio generis, non facit cõtractum dici nominatum. vt de cond. & demon. l. si nominatim. & de libe. & posth. li. Idem possumus dicere in transactione. nã sine recedas a lite. pacto gratuito. sine simplici renunciatione. sine sententia. pot dici transactio. hoc est. transactum a lite. vel transactã ab actione. q1 proprie ex parte actoris dicitur transactio, vt habuistis no. in l. ii. §. eo. Cũ ergo sit. nomen generis. non facit. contractũ dici nominatum. Verũ ea. & ista est melior ratio que posset reddi. Contractus nominati habent suos fines determinatos. In emptione. & venditione emptor dat pretium. venditor dat re. In locatione locator dat rem. conductor pretium. sed transactio nõ habet fines determinatos. q1 q̃q; actor dat pecuniã. quandoq; recipit. vt l. ij. & i. si super possessione. §. eo. Vel dic q; ideo nõ est nominatus. q1 non placuit conditoribus iuris eam ponere inter cõtra-

23 ctus nominatos. & forte non est mala ratio. ¶ Quero. quis cõtractus innominatus est hic. Quidam dicunt quod est facio vt des. q1 remittere est facere. Sed dicũt. q; est do vt des. nõ curo. Aduerte. gl. nostre considerant contractus innominatos. penes modum ineundi contractum. vt habuistis no. §. e. l. cum mota. & hac l. Sed ego teneo cum Vltram. q; debeamus inspicere vtrãq; partem. vt ex vna parte sit facio vt des. & ex alia parte. sit do vt facias. Idem in similibus. vt dixi in l. cum mota §. eo. Nunc ad propositum dico. quod contractus transactionis communiter. est remittere, vt dicitur aliquid. & aliud remittere secundũ quosdam. est idem quod dare. vt hic dicit glo. circa prin. Secundum alios. quando remittitur debitum dubium non est dare. sed facere. vt §. dixi. & dixi in l. actione. §. eo. & sic secundum alios esset facio vt des. secundum alios, do. vt des. tamen in hoc non est curandum. quia cum ex isto facto aliquid abit parti. datur prescriptis verbis. sicut in do. vt des. Cũ ergo idem sit effectus. non est curandum quis contractus sit. vt l. Bailus. §. si eius. ff. de iud. & posth. tamẽ potest esse. quod transactio vere est facio vt des ex parte actoris. Exemplum. Actor petebat sibi dari fundum. deuentum est ad trãsactionem hanc. quod actor iret Romam. pro reo. & reus sibi daret fundum. tunc esset facio vt des. ex parte actoris. ex parte rei. do vt facias. Item potest esse ex parte actoris do vt des. in exẽplo premisso. si in transactione fuisset conuentum. vt actor daret centum. & reciperet fundum. vt §. eo. l. si super possessione. & tunc ex vtrãq; parte erit do vt des. cum ex vtrãq; parte sit datio. Item potest esse ex parte actoris. do vt facias. & tunc ex parte rei erit facio vt des. posset etiam esse ex parte vtriusq; facio vt facias. vt diligens inuestigator poterit perquirere. vnde contractus transactionis. potest cadere in qualibet speciem contractus innominati. Hoc vult sentire j. gl. tua mag. circa fi. & vi-

24 de tam. ¶ Queritur. quid si transactio non fiat per vt. sed per si. hoc modo. si dabis mihi cẽtum. remittam tibi actionem. vtrum sit cõtractus innominatus. Videtur quod non. quia non oritur vltro citroq; obligatio. ergo non est contractus proprie. vt l. Z abeo. ff. contractum. de verb. sig. in. Illud enim quod est in conditione. non est in obligatione. vt l. si quis sub conditione. ff. si quis omi. cau. test. & hoc videtur tenere gloss. in l. si quis cum debitore. ff. de iureiurã. ¶ In contrarium. quod sit transactio. & cõtractus innominatus. videtur text. §. eo. l. si super possessione. Et videtur tenere gloss. ff. de pact. l. si intra. ff. de do. l. hoc iure. Sul. de Cu. in d. l. si quis cum debitore. dicit. Aut in conditione venit aliquid per quod parti aliquid adest. & erit contractus innominatus. Aut non venit id. per quod parti aliquid adest. & non erit cõtractus innominatus. & hoc satis potest procedere. Ad id quod dicitur. quod nõ est in obligatione illud quod est in conditione. respondeo & concedo oppositũ. & dico quod ille contractus innominatus tunc incipit esse contractus, quando quis cõditionem implere incipit. vt no. in d. l. si quis

25 cum debitore. ff. de iureiur. and. ita debetis intelligere. ¶ †Quero. dicitur hic. vendicatione pendente. vtrum actor habeat prosequi primam instantiam. vel habeat necesse de nouo inchoare. Ter. hic videtur velle quod prosequatur instantiam. Dixi §. eo. l. si diuersa. hoc declarabo in seqũ. q. ¶ Quero. dicitur hic. quod si reus vult euadere primam actionẽ. cogitur parere transactioni. Quero vsq; ad quod tempus potest actionẽ primam euadere. parendo transactioni. Glo. dubitat. dicam §. eo. l. si maior. ¶ Ultimo glo. formatur vnum contrarium. & non soluit. super verbo pendente. ibi. ff. ad leg. Falc. l. iij. §. j. Sed melius stat l. iij. quia l. iij. mihi. ad propositũ. Itẽ

l. iij. non videt contradicere prime facie. sed recte inspiciendo con-

26 tradicit ad id quod glo. proxime dicit. quia dicit. quod si reus possessori facit eum querere dominium. ex persona eius. a quo habet titulũ. Sed hic possessori superuenit titulus. scilicet transactio. ergo videtur. quod ex persona actoris querat dominiũ. & sic actor definat esse dominus. cuius contrarium hic dicitur. Solu. Verba transactionis hic non respiciunt translationem dominii. sed solum tendunt ad impediendam actionem. quia promisit non agere. vel petere. vt §. dixi. merito dominium non transfertur. vt videbitis. §. eod. l. si pro fundo.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶ Sive apud. Vide do. Pet. in c. si quando. de offic. deleg. qui aliter allegat istam legem.

b AND. BARB. ¶ Et certe. Nota quod Bartol. tenet, quod in contractibus bone fidei. & trãsactione super ea facta. habet locum cautio Mutiana. & sic tenet ista glo. hic. que singularis reputatur, secus in contractibus stricti iuris, sed in l. Mutiane. tenet contra. & aliter locutus est in l. quibus diebus. §. fi. de condi. & demon. Joã. de Imol. in prealleg. l. Mutiane. tenet quod nec in bone fidei contractibus. habet locũ cautio Mutiane. cum hoc non sit iure cautum. & respondet ad l. insulã. §. fi. ff. locati. Ang. in l. de di. ff. de cond. ob caus. dicit quod solutus est tenere id quod Bar. tenet hic. & addit quod in stricti iuris cõtractibus. debitore effecto suspecto. habet locum cautio Mutiana.

c ¶ Insulam. Adde secundum Paul. de Cast. quod videtur dicendum oppositum. quod non habeatur pro impleto. nam l. insulam. §. fi. loquitur in cõtractu nominato. ex quo oritur obligatio actio statim. etiam ante secutum implementum. licet obstet exceptio rũ quẽ quo impleatur. vt l. Julianus. §. offerri. ff. de act. emp. Si ergo non potest impleri ex parte actoris. nisi prius impleatur ex parte rei. quia venit tiendum in plementum. ex eo quod reus debit. vt si locas mihi opus fiendum pro centum. quod de illis centum facere debeo. tunc equitas dictat. quod agere possum antequam faciam. & quod cauendo de faciendo debeat sufficere. cum mihi non obstet exceptio. & ita loquitur ibi. Non enim habes actionẽ ex implemento. sed ex solo consensu. sed nos loquimur in contractibus innominatis in quibus antequam impleam nõ est orta obligatio. & actio. que debet oriri ex implemento. vt l. iuris gentium. §. j. ff. de pact. Non sic ergo dictat equitas. quod cautio de implemento faciat mihi curi actionem & obligationẽ nec ita faciliter. sicut dictat. quod actionẽ non datã possit exercere sine obstaculo exceptionis. hoc cũ facilius fit. & hoc dicit esse ita verũ sicut Deus est in celis.

* CLAV. DE SEIS. ¶ Judicamus de ea. Sed hoc non videtur procedere. q1 nunquam est dare partem terminorum: nã si hic ista cautio haberẽt vim implementi. certe operaretur productionem actionis. sed in casu d. l. insulam. non operatur hoc. imo solum tollit exceptionem. vt declarat Bart. in l. quibus diebus. §. fi. & clarius in l. Mutiane. ff. de cond. & demonst. vnde militat ratio. quod facilius est habere exercitum actionis. quam de nouo producere actionem: vt hic in terminis declarat Bald. & ista clarius innuit ponere Paul. de Cast. Angel. & omnes.

d POMA. ¶ Est veritas. Vide Alex. an. vbi tenet quod est contractus innominatus. consi. xl. vol. v.

ALIA LECTVRA.

Sive apud acta. Transactio legitime facta debet obseruari. & si fiat nudo pacto. ex eis non agitur. sed si promissa non obseruantur. prima actione agitur. & si opponatur exceptio transactionis. repliceatur de dolo. h. d. vsque ad fin. & diuiditur in duas partes. quia primo ponit dictum in genere. secundo infert ad speciem. Secunda ibi. sed quoniã. ¶ Opponitur contra gl. magnam. dicitur hic quod ex nuda conuentione non potest agi. sed agitur prima actione. Imo videtur quod competat actio. vt l. iij. post prin. ff. de condic. ob caus. Sol. gl. quod reo cõpetit actio ad repetendum. quod dedit. sed actori non. vt hic. Aduerte. quia lex contraria loquitur de condictione ob caus. que competit vt ibi. Ita aduerte. quia condictio ob causam dicitur extra id quod agitur inter cõtrahentes. vt l. si quis. §. j. ff. mand. lex autem nostra prohibet intentari actionem ex nuda conuentione. non autem prohibet quin possit agi alia actione. puta condictione ob causam. ¶ Ex hoc no-

quod

quod vbi reus cum quo fit transactio, implet cõtractum ex parte sua, et datur condic. ob cau. ad repetendum quod dedit, vt d. l. iij. si actor non obseruat promissa. ¶ Item, cõperit sibi exceptio transactionis, vt per totũ hunc titum. Item, ex eo q implet cõtractum ex parte sua, potest sibi cõpetere actio præs. ver. habet ergo tria media. Dixi q reo datur condi. ob cau. ¶ Querit gl. que est ratio, quod actori nõ datur actio præs. ver. sicut reo? Dicunt quidã q ex parte actoris trãsigentis dicitur esse facio vt des, ex quo cõtractu oritur actio de dolo, vt l. naturalis. §. q si faciã. prealle. sed actio de dolo nõ potest cõpetere cũ alia, vt l. j. §. ait. ff. de dolo. ideo actori nõ datur actio sicut reo. Hãc reprobãt gl. q. istud est verbũ generale, q ex parte actoris trãsigentis semper dicit cõtractus, facio vt des imo potest esse do vt des, cum remittere sit dare, vt l. si mulier. ff. de condi. ob cau. q est verũ, secundũ d. Jac. si debitũ esset purũ, vt dixi in l. actione. §. eo. Unde gl. dicit q nõ datur actori, q. hic fuit nudũ pactũ, z nõ erit vestitũ aliquo vestimẽto cõtra rationẽ gl. ¶ Opp. z videtur q fuerit vestitũ, q. eo ipso reus liberatur, z per cõsequẽs ei cõperit actio, vt l. iij. §. ii. de cõdi. inst. So. gl. per interẽptionẽ, q. li cet actor liberet reũ, adhuc ex parte sua non dicit impletus cõtractus, z ideo ei datur actio, qui saltẽ posset agere de facto, vt l. vbi. §. eo. Verũ est, tamẽ dicit gl. q si actor caueret se nõ acturũ, tũc videtur plene implesse cõtractũ ex parte sua, q. talis cautio habetur loco vestimenti, vt d. l. iij. §. ii. z ideo agit. Concludit ergo gl. q ista cautio Mutiana habeat locũ in dispositionibus inter viuos. Ita sentit glo. hic. Contrariũ fuit no. in l. j. §. tit. prox. Contrariũ no. in l. Mutiane. ff. de cond. z demõ. Sul. in d. l. iij. in prin. de cõdi. ob cau. tenet, q cautio Mutiana habet locũ in tractib. alle. l. si fideiussor. §. fi. qui satisd. cog. l. Imperatores. §. ii. ff. de appel. l. presenti. §. fi. §. de his qui ad eccle. cõfug. alle. §. si vero intra. aut. de mona. coll. j. Preterea est gl. ordinaria in Nostra. Dicas q alie glosse sunt vere, z nõ ista. Ratio, q. cautio Mutiana habet locũ solũ, vbi dispositio est sub cõdictione negatiue cõcepta. Sed materia cõtractuũ innominatorũ, de quibus loquit lex nostra, habet locũ vbi dispositio procedit sub modo per vt. † Et q cautio Mutiana nõ habeat locum vbi dispositio sit sub modo. glos. est no. in l. cum pater. §. Titio. que incipit. quo casu. de leg. ij. Non obst. iura allegata in cõtrariũ. quia illa iura loquuntur de cautione inducta ab alijs iurisconsultis, non a Mutio, z ex permissione altarum legum, z loquitur de cautione omnino diuersa, secundũ diuersas materias, vt patet ex dictis iuribus. Vel potes dicere q hec gl. nõ est necessaria illic, q. hec gl. loquitur vbi quis sponte recipit hãc cautionẽ. Sed l. Mutiane. cum materia sua loquit quãdo heres debet dare legatũ sub conditione de nõ faciẽdo. Si offertur cautio Mutiana, habet necesse accipere dictã cautionẽ, z ita debet intelligi hic. ¶ Itẽ opp. de l. iij. in prin. ff. de condic. ob cau. Sol. gl. q si actor vult cauere se nõ acturũ, potest, non tamẽ cogitur. z sic tollit cõtrariũ, z q dixi, nõ cogitur, est verũ, nisi in casibus, vt in cõtractib. bone fidei, z in vltimis volũtatibus. alleg. gl. in omnib. ff. de iudi. ¶ Quantũ ad illũ passum cum gl. dicit, de cõtractibus bone fidei, gl. videtur innuere q. l. in omnibus, nõ habeat locũ in cõtractibus stricti iuris. Istud nõ est verũ, q. lex illa habet locũ etiã in stricti iuris iudicijs. ¶ Itẽ in eo q dicit gl. q in vltimis volũtatib cogitur, intellige nõ precise, sed causatiue, si legatarius vult cõsequi legatũ. ¶ Itẽ op. de l. cũ nostra. §. eo. l. si pro fundo. §. Bl. dat duas sol. illa videt verior, q in iurib. cõtrarijs datur actio præscri. ver. a lege. adeo q nõ sit natiua. sed datiua. Ita fuit no. in d. l. cũ mota. prealle. ¶ Itẽ op. z sum in gl. fi. z op. per hũc modũ. videtur q hec lex sit in seipsa cõtraria. Hã dicit primo, q ex pacto nudo nõ nascitur actio. postea dicit in fine, poteris vti gere aduersarũ. Huius timore est factũ prin. huius gl. quia aduersarius vtgebatur nõ precise, sed causatiue, q. si nõ vult teneri, ad q teneb. prima actione obseruabit promissa per cautionẽ. Simile vidimus in l. si pacto quo penã. §. tit. prox. ¶ Itẽ op. dicitur hic, nõ agitur ex nuda cõuentione, contra. Aut in trãsactione interuenit dolus, z poterit agi actione de dolo. Aut nõ obseruanẽ promissa, z poterit agi condi. ob cau. Sol. gl. q. lex ista prohibet actionẽ nasci ex nudo pacto, nõ tamẽ prohibet agi actione de dolo, z nõ prohibet quin possit agi condic. ob cau, que omnia oriuntur ex pacto. q intellige vt dixi §. ¶ Quero, nunquid trãsactio dicatur esse cõtractus? Dic q cõtractus est, vt dicitur in l. cum te. §. eo. ibi, si de fide cõtractus, vt probatur per l. vbi. j. eo. vbi in acceptilatione que interuenit in transactione dicitur esse vinculum, z fic obligatio, vt Insti. de obligationib. in prin. ¶ Sed quero, que sit differentia inter transactionem z contractum facio vt des? Dic vt in glo. quam no. z est gl. ma. in fi. veruntamen volo quod sciatis, quod trãsactio potest cadere in quamlibet speciem cõtractus innominati, potest enim ex parte actoris esse facio vt des, verum est quod glos. nostra differentiam assignat hic. Verbi gratia, per totum istum tit. Ego actor desisto a lite vt des mihi decem, ex parte tua est do vt facias, quandoque facio vt facias. pone, agebam contra te, conuenimus, quod irem pro te Romam, z tu pro me Perusium. ¶ Item potest cadere in illam speciem, do vt des. pone petebã fundum mihi dari, peruenimus ad trãsactionem quod ego actor darem tibi centum, z quod tu dares mihi fundum. hic est transactio. ¶ Item potest cadere in illam speciem contractus innominati, do vt facias, quia remittere est dare, vt dixi §. z probatur in d. l. si mulier. Modo, si peruenimus ad trãsactionem, quod remitto tibi actionem, vt vadas pro me Romam, transactio incidit in contractũ, do vt facias. Quero, qualiter debet intelligi pendente. Dic vt in gloss. z bene. z tene menti ista. hic non sunt alia.

LEX XXIX.

1 ¶ Transactio, quando porrigatur ad ea, de quibus non est cogitatum. z num. 5.

2 Remissio generalis, quando comprehẽdat ea, que specialiter sunt incognita. z num. 4.

3 Transactio z sententia sunt eiusdem conditionis.

6 Compromissum quando comprehendat incognita.

7 Remissio doli. an veniat in generali transactione.

a

Ob pretextu specierum.

Vbi est petitio generalis, transactio generalis refertur ad omnia que in actione proposita poterant comprehendi, secus in his que postea emergunt. h. d. ¶ Ad primum dictum extra gl. op. z videtur † quod transactio nõ porrigatur ad ea, de quibus nõ est cogitatum, vt l. cum Aquilina. z l. qui cum tutoribus. ff. eo. Huius timore dicit quidã quod hec lex debet intelligi de illis speciebꝰ, de quibus cogitatũ fuerat. Et ita intelligit Bar. Sil. Contra quem expresse hec litera dum dicit, post repertarum. ergo apparet, quod primo de hoc cogitatum non fuerat. Unde b doc.ᵇ Ultramon. dicunt, z bene iudicio meo, quod quãdoqꝫ potest de re aliqua cogitari specialiter, z illo modo non fuit cogitatũ hic, potest etiam cogitari de re generaliter. vt q. habeo intentionẽ remittendi quicquid in actione tutele possit venire. z isto modo fuit cogitatũ hic. z sic intelligũtur cõtraria, videlicet, in generali transactione non venũt ea de quibus non fuit cogitatum. §. generaliter, vel specialiter, sed hic fuit cogitatum generaliter. Et ista distinctio cogitari vel generaliter vel specialiter. probatur per text. ff. de test. mili. l. qui iure militari. ita debet intelligi hic. ¶ Hoc premisso vemo ad gl. op. quod † ea que sunt specialiter incognita, non veniunt 2 in generali remissione, vt l. tres fratres. ff. de pac. So. Ibi erat incognitum propter dolum aduersarij, hic alterius. ¶ Opp. z ad idem ff. e. l. de his. z l. nõ est. Sol. Ibi loquitur de his que ex testõ dependent, que in trãsactione non venũt, nisi inspectis z cognitis verbis testamẽti. ¶ Op. ad idẽ §. de iudi. l. licet. Sol. Dicunt quidã, quod ibi fuit petitio specialis, licet generalis sententia. hic fuit vtrunque generale. Bl. reprobat istam sol. quia etiam ibi fuit generalis petitio. Alij dicunt, q aliud est in sententia, vt ibi. aliud in trãsactione, vt hic. z assignant duas rationes. Primo, quia iudicũ redditur in inuitum. trãsactio fit inter volentes. Et ex hoc sequitur alia ratio, quia trãsactio est fauorabilis, iudicũ odiosum. Ista est truffa, quia 3 † eiusdem cõditionis est trãsactio, z sententia, vt §. eo. l. non minor. 4 Dicendum † est ergo, quod ibi fuit petitio generalis, z sententia generalis. sed prosecutio cause fuit specialis. merito, in non prosecutis sententia non obstat ope replicationis, hic vero fuit petitio, prosecutio z trãsactio generalis. nam si hic fuisset prosecutio specialis, esset idem quod in sententia, vt in l. contraria. ¶ Ulterius op. de l. j. §. si aduer. rem iudi. Solue vt in gl. quia ibi ope restitutionis iuuatur, quo etiã remedio iuuaretur hic, si esset minor. ¶ Item op. de l. age. §. e. So. Ibi fuit petitio generalis, z trãsactio specialis, hic vero fuit vtrunqꝫ generale, vt ibi no. ¶ Op. de l. si de certa. §. e. So. ibi fuit petitio specialis, z transactio generalis, hic vero oia generalia 5 fuerunt. Ut † ergo tibi liqueat materia huius principij, z gl. que est in l. age. §. eo. dic. Quãdoqꝫ est petitio generalis, z trãsactio, z pro c secutio ᶜ specialis, tunc in non prosecutis nõ obstat exceptio transactionis in effectu, q. ope replicationis eliditur, vt §. de iudi. l. licet. Aut fuerunt omnia generalia, z tũc aut alique species non fuerũt note propter aduersarij dolũ, z tunc ad illas transactio non porrigitur, vt l. tres fratres. ff. de pac. Aut absqꝫ aduersarij dolo, z tunc aut ille species incognite dependebãt ex vltima volũtate, z tunc ad illas generalis trãsactio non porrigitur, vt l. de his. z l. nõ est. ff. eo. tit. Aut non dependebãt ex vltima volũtate, sed aliunde, tunc porrigitur ad omnia, que sub generalitate actionis proposite possunt cõprehendi, vt hac l. in prin. secus de his que postea de nouo emerserunt, vt hac l. no. secũdũ vnam lect. Aut omnia fuerũt specialia, z tunc trãsactio non porrigitur ad aliud, quam ad id super quo specialiter est trãsactũ, vt l. si vnus. §. in summa. ff. de pac. Aut fuit generalis petitio, z specialis trãsactio, z tunc non porrigit, nisi ad ea que in transactione venerũt. §. eo. l. age. Aut econtra fuit specialis petitio, z generalis trãsactio, z idẽ quod ad specificata in petitione porrigitur, vt l. si de certa. §. eo. quod intellige, vt ibi statum dicã: 6 vbi perticietur ista materia. ¶ † Quero, quid in cõpromisso. Glos.

dicit idem,quod in trāsactione,z bene probatur in l.de rebus.ff.de
7 arbit. ¶Item querit gloss.vtrum in generali transactione veniat
remissio doli commissi in administratione.Glo.remittit ad notata
in l.si vnus.§.illud.ff.de pac.Ista materia est multum subtilis.Dic
vt plene diri in l.Aurelio.§.Caius.ff.de lib. leg. ¶Venio ad ver,
error autem. Quero de intellectu huius.§.Dico quod iste §.legi
tur in gloss,uobus modis principaliter,Uno modo,quod Impe
rator loquatur actori. Alio modo,quod loquatur reo. Secūdum
8 primum modum legitur tribus modis in glo. Primo †quod trā
sigens tempore trāsactionis putabat rem esse suam,vel apud eum
cum quo transigebat, cum esset apud alium. Certe si possessio de
nouo peruenerit apud eum cum quo est facta trāsactio, illa gene
ralis trāsactio non porrigitur ad hanc rem,quin possit ipsam ven
dicare,z sic ipsi actori non nocet. Ista lect.potest esse vera,per l.si
quis ad exhibendum.ff.de exce,rei iudi.z l.de eo.§.sepius.ff.ad ex
hiben. Pro hoc etiam facit,quia sub actione proposita primo ille
res non poterant claudi.ergo in trāsactione facta super illa actio
ne non veniunt. Secundo modo legitur econtra,quia in veritate,
primo tempore transactionis erat apud eum cum quo quis trans
figebat.sed putabat trāsigens esse apud alium.Certe iste error sibi
non nocet, quin ipsam rem possit vendicare. Et ista lect.colligitur
er gloss.dum dicit,vel econtra.z vide glo,Ista lect.potest esse vera,
si ponas quod ille,apud quem res erat,occultabat eam,z sic dolo
suo non erat cognita agenti,merito non venit in transactione,vt l,
tres fratres.ff.de pact.z ē,diri,z secundum hoc in isto §.fuit error
circa possessionem rei,non circa proprietatem, Et debes literam
legere sic. Error autem rei apud alium extra personas transigen
tium,tempore trāsactionis constitute,nil potest nocere circa pro
prietatem. Iste lect.sunt vere,vt vidistis,tamen secundum hoc li
tera non legitur recte, ideo alij legunt alio modo vt hic sit error
circa proprietatem. z transigens putabat dominium rei, que erat
apud alium, non pertinere ad se. Certe hoc sibi non nocebit, quin
possit postea rem vendicare, cum eam comperit esse suam. Et ista
lect,ponitur in fi.gloss.secundum quam debet litera legi, z recte.z
vide gloss.Ista lect.potest esse bona,secundum quam habes,quod
in hac transactione generali non venit nisi illud quod potest peti
er eadem causa,secus si ex alia,vt hic. Nam prius fuit transactum
super actione tutele.certe bene poterit peti res rei vendicatione,si
hac glos. ¶ Et per hoc vidi † questionem de facto. minor xxv. ann. non appellauit intra x. dies c, restitutionem petit ad appellãdum, quid habet probare? videtur per hanc l. quod eo ipso quod curri c
præscriptio, sit lesus. In contrarium videtur, quia in dubio præsumitur sententia iusta, & sic non expedit sibi appellare, vt l. Berenius. ff. Caia. ff. de euict. Solu. si quidem certum esset quod minori non expedit appellare, non daretur restitutio, quia non est lesus: sed si certum est quod expedit appellare daretur restitutio: si dubitatur vtrum sibi expediret appellare, vel non, in dubio præsumeretur lesus eo ipso quod passus est perdere beneficium appellãdi. Ter. est, & gl. in d. l. si minor. ff. eo. & Canoniste tangũt istam questionem. ¶ Venio ad vltimam partem. Dicitur † hic, quod præscri. xxx. vel xl. ann. remanent in suo statu. ¶ Opp. ff. de præscri. xxx. ann. l. cui. ff. pen. Huius tũpore sunt hic in gl. opi. Pro quarum declaratione dicas sic. In præscri. xxx. an. vel maiori. si quidem minor est pupillus contra eum non currit præscriptio. vt d. l. sicut. Si vero est maior pupillo, & tunc aut præscriptio cepit contra eum & finitur cum eo, & tunc currit sine spe restitutionis. Ratio, quia ista est longa præscriptio, que excedat etatem xxv. anno. & quadriennũ quod datur ad petendam restitutionem. Si vero cepit cum maiore, vel cum minore, & finitur cum minore, tũc currit, licet restitutio detur, vt d. l. sicut. ita debetis intelligere hanc materiã. In alijs vero præscriptionibus minoribus collige distinctionẽ per totũm ex predictis. ¶ Expeditus de gl. circa hanc l. extra gl. & dicta doc. quero
12 an † tempora que tantur ad petendum bonorum possessionẽ currant hodie minori? Videtur quod non, quia olim currebãt, sed restituebatur minori, vt ff. eo. l. fi. ergo hodie ipso iure non currũt. In cõtrarium videtur quod ista lex videtur loqui tantum in casibus, in quibus minor tractat de damno vitando, vt apparet ex princ. l. primam opino. puto veriorem, propter generalitatem huius l. que dicit. in omnib. casibus &c. ergo nihil excipit. ¶ Quero quid
13 in præscriptione, † que inducitur per testamentum? Respondeo. & puto quod currat hodie, sed restituatur sicut olim, vt l. iij. ff. & si heres. ff. eo. & ita loquitur tantum in præscriptionibus legalibus, non in his. que procedunt ex contractibus, vel vltimis voluntatibus,
14 vt ff. dicti. ¶ Quero † quid in præscriptionibus d, que procedunt d
ex statutis, vtrum currant contra minores? Inno. dicit, quod non habet locũ hec lex nec de statutis cogitauit. Ita dicit in ca. constitutus, extra de in integr. restitut. & idem videtur mihi quod teneat Spec. & ideo dicit ipse, quod ille præscriptiones currunt, sed minor restituitur. Casus est in d. c. cõstitutus, secundum eum. Videamus vtrum hec lex cogitauerit de statutis. Et vt dixi vobis in l. sub pre-
15 certu specierum supra de transacti. potest quis † cogitare de eo q ignorat in genere, licet non in specie, vt l. qui iure militari. ff. de testi. milit. Ita ista lex cogitauit in genere de omni præscriptione legali, contra quam legem daret restitutionem, sed quis dubitat quod contra præscriptionem statutorum ista lex dat restitutionem, ergo
16 de illo cogitauit lex. Preterea, † statuta * recipiunt interpretatio- *
nem restrictiuam, ne quis indebite damnum patiatur, vt l. ij. infra de nõa. l. Cesar. de publi. & l. adigere, §. quãuis. de iure pat. non autem recipiunt interpretationẽ restrictiuam ne quis lucretur. Aut ergo est illa præscriptio que aufert minori, quod sibi iam est quesitum, & tunc statutum simpliciter loquens restringitur ad maiores, nec habebit locum in minoribus, per hanc legem per rationem hic positam. Aut per illam præscriptionem minor amittebat lucrum, & statutum non restringitur. quia tunc currit, sed restituitur. hic est casus in d. c. constitutus. per quod Inno. se fundat.

ADDITIONES.

a ¶ Sanximus. Pro concordia aduerte quod exceptio non numerate pecun. excluditur biennio. & secundum Bart. in l. fin. circa medium. post illud tempus biennũ nascitur naturalis obligatio. non autem ante. Idem tenet in l. etiam. ff. de mino. & in l. cum quis. C. de in. & fa. sign. Contra. quod sit nata etiam ante, tenet in l. j. ff. de cond. indeb. vbi videtur tenere quod orta sit tam ante quam post biennium illa obligatio, sed post biennium illa ciuilis habet illum effectum, quẽ habet obligatio naturalis & ciuilis. Tu dic quod Bar. in hac l. fin. refert se ad dicta sua. in d. l. cum quis. vbi refert opi. diuersas & ita debet intelligi in d. l. etiam. Sed posito quod Bar. vbi
§. inclinaret in partem Ultramon. quod ante biennium non sit nata naturalis. tunc adhuc dico quod bene videatur Bart. in d. l. j. ff. de condi. indeb. videtur etiam inclinare in eandem partem. versic. sed in questione proposita &c. vbi ponit ista verba vnde, equitati naturali non tenetur. & licet videatur alterare istud in conclusione quam facit dum dicit quod gl. non bene exemplificat. quia respondeo q Bart. potest intelligi vt loquatur in materia condictionis indebiti, non autẽ male loquatur. dum loquitur de natiuitate naturalis obligationis. Vel aliter dic q nõ est nata in suo robore, vt possit in iudicio deduci, sed quo ad natiuitatẽ sic. & ita loqꝫ in d. l. j.

b P. PAV. P. ¶ Sancimus. Limita istam legem procedere in præscriptionibus clausis in corpore iuris, secus in præscriptionibus

c inductis ex dispositione statutorum, quia in eis requiritur in integrum restitutio secundum Imol. in c. constitutus. ad finem extra de in integ. restit. De quo vide practicam Papien. in forma libelli in integrum restitutionis. in verbo, præscripsisse. ad finem. Vide Bart. ff. ad finem huius legis.

b IOAN. FRANC. RVER. ¶ Secundum opi. veram. Adde quod Bartol. not. sibi contrarius. circa istam opinio. in l. etiam. ff. de mino. vbi not.

c P. PAV. P. ¶ Decem dies. Contrarium eius quod hic dicit, tenuit expresse idem Bart. in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. cuius opinionem ibi sequitur. & dicit esse veriꝰ Abb. cons. lxxvij. in j. vol. incip. in trinitatis individue nomine, Ang. Bald. & Sali. in d. §. si minor. Verum est quod Pau. de Cast. post Ful. hic ponit vnam concordantiam. Aut loquimur in additione, & tunc sit vera opinio Bart. ibi. Aut loquimur in reo, & tunc vera sit ista. Et dicit Pau. de Cast. hic quod ista est veritas. Et ista cõcordantia placet etiam Alex. in d. §. si minor. dicit quod in minore. opi. Bart. est veriꝰ, sed in maiore. qui ex aliqua iusta causa petit se restitui, vult seruari opi. Bart. ibi, vbi etiam ponit de alio simili.

d POMA. ¶ Præscriptionibus. Vide Anch. in c. canonum statuta. de constit. & Alex. consi. xxxj. vol. v. vbi loquitur in proclamationibus &c. vt non præiudicent minoribus &c.

* CLAV. DE SEIS. ¶ Statuta. Vide late Roma. in l. natura liter. ff. de vsucap. & consi. xxxviij. in vlti. dubio.

Qui, & aduersus quos in integrum restitutio non postuletur. Rubr. XLII.

LEX I.

1 Quando semiplena probatio eliditur aliqua præsumptione, non est locus delationi iuramenti.

2 Minor industriosus præsumitur conuertisse mutuum in proprias vtilitates.

3 Approbatus ab aliquo collegio non potest in concernentib. eius professionem petere se in integrum restitui.

5 Prodigus, cui fuerint bona interdicta, si eligitur de prioribus, an videatur sublata interdictio.

IN consilio. Secundum lect. gl. dicit vnum aliud. Pono secundum glo. breuiter hoc intendit. Vbi minor semplene docuit de lesione, recurritur ad verisimilia, sed vbi de lesione cõstat, verisimilia minime attenduntur. h. d. secundum glo. sed secundum Ultramon. breuiter. h. d. In actibus, in quibus quis est approbatus industriosus, cessat restitutio ratione ipsius etatis. secus si in subsidium est assumptus. h. d. ¶ Ad l. nostram opp. glos. a tuitione. Aut iste probauit se lesum, & debet restitui, vt l. minoribus §. de in integ. restit. & l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. ergo istud vtrũ sit industriosus vel non pro nihilo attenditur. Sol. glos. hic loquitur in casu dubij, quando de lesione constabat semplene, in illa esset locus delationi iuramenti vt l. in bone fidei. j. de iureiur. & l. admonẽdi. ff. de iureiur. quod non defertur modo propter istam præsumptionẽ, q sit industriosus. vide gl.

1 ¶ Ex hac l. not. † q vbi semiplena probatio aliqua præsumptione
a eliditur a, vt non sit locus delationi iuramenti. Tene menti. Dicemus in dict. l. in bone fidei. Alij dicunt quod hoc debet intelligi de mutuo, in quo minor præsumitur lesus, nisi in cõtrarium probetur per creditorem. vt §. si aduer. cre. l. j. que præsumptio tollitur, si erat industriosus. Vide istam gl. & tene menti. Glos. approbat primam lect. licet istam non reprobet. Istam secundam etiam teneamus. q
2 si † minor est industrius & est diligens, præsumitur pecuniã in proprias vtilitates cõuertisse, arg. ad hoc j. de pig. l. fi. & quod ibi videbitis. Ista est lect. gl. Alij, vt Bet. de Bel. perti. legunt aliter. Vos
3 scitis, † quod sunt quidam actus, ad quos quis nõ admittitur, nisi esset examinatus, vt puta doctor ad collegium aduocatorũ, vt vidistis §. de aduo. di. iudi. l. nemini. modo pono, aliquis est legũ doc. petit restitui in integrum ad quandam allegationẽ omissam. Certe ista restitutione negabitur. probato hoc quod publice in isto actu
4 approbatus est industriosus. Sed pone quod ex aliqua † necessitate in defectum aliquorum est assumptus, non dicitur approbata eius industria. ideo non denegaretur sibi in integ. restitu. Ratio primi dicti est, quia dicendo se doctorem, & allegando se lesum in allegatione iuris. allegat turpitudinem suam, vt l. ij. §. initium. ff. de origi. iur. & sic professio. & desiderium discrepant, vt j. de mune. pat. l. professio. lib. x. Et eadem ratione putarem in istis alijs actibus, quando aliquis est approbatus in mercantia. & positus in matricula, non posset petere restitutionem in illo actu. argu. ad hoc. j. de his qui ve. eta. impe. Lũ. In alijs vero, qui ex alijs actibus solis nõ dicuntur industrij, nec sunt approbati a publico. procedit lect. glo. modo habes vnum. ¶ Circa primam partẽ quero. quomodo iudex hoc considerabit. quod fuit electus decurio, si non est proba-

tum Dicit quod sibi erat notorium, quia omnibus erat notorium quasi fari decurio. Istud enim probatione non eget. Unde si aliquis fuerit, vel sit de prioribus, probatione non indiget, & vide gl. facit quod habetur ſ. de appell. l. cives. ¶ Ultimo ex ſi. no. ad questionem, quã vidi hoc anno, † Alicui fuit interdictũ bonis, vt prodigo, demum fuit assumptus inter priores, vtrum ex hoc videatur sublata interdictio, quasi ad sanos mores peruenerit, vt l. j. in prin. ff. de cura. furio. Hic habes ter. quod non, hic in fi. Hoc etiam clarius dic, vt hic no. in fi. ij. gl. quam vide & perpetuo tene menti. &c.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Eliditur. Vide Feli. in ca. in nostra. prope fin. extra de restitu.

LEX II.

Tam apud. Ratione minoris etatis contra patrem, vel patronum, restitutio denegatur. h. t. ¶ Oppo. ff. de dolo. l. non debet. & ſ. de dolo l. ſi superstite. Sol. Ibi loquitur de restitutione que datur iure actionis. hic de ea que datur iudicis officio. ¶ Secũdo op. de bo. que li. l. ſi. ſ. in vtroque. alias, finautem. in fi. Sol. Ibi non datur restitutio contra patrẽ, sed contra aliũ. licet per quandã consequentiã deueniretur ad patrẽ. ¶ Itẽ op. ſ. ſi aduer. rem iud. l. ſi cum pater. Sol. Ibi q; est speciale in causa status. Vel dicas, q; ibi datur restitutio contra patrẽ. non tamẽ aduersus factũ patris, sed iudicis, & ista est sol. magis notabilis. ¶ Opp. ſ. ſi aduer. dona. l. ij. Sol. Ibi nõ restituitur contra patrẽ, sed aduersus factũ patris. Unde pro huius l. declaratione, assume breuiter. Aut queris de restitutione, que datur iure actionis, & potest dari contra patrem, vel patronũ, vt ſ. de dolo. l. ſi superstite. aut de ea, que datur off. cio iudicis ratione minoris etatis, & tunc quandoq; quis petit restitutionẽ non contra patrem, sed cõtra patris factũ, & sibi denegatur vt hic. Quandoq; petit contra patrẽ, sed non contra patris factũ, & sibi cõceditur, vt l. ij. ſ. ſi aduer. rem iudi. Quandoq; quis petit contra patris factũ, & non contra patrẽ, & tunc etiã sibi conceditur. vt l. ij. ſi aduer. don. etiam si contra patrem veniret per quandam consequentiã, vt l. ſi. ſ. in vtroq; j. de bon. que lib. Aut petitur restitutio nõ ratione minoris etatis, sed ratione absentie. vel ex alia iusta causa, & tũc dicit Jaco. de Aret. quod hec lex non habet locum, nec reperitur quin filius vel liberis detur ista restitutio, quare &c.

Si minor se maiorem dixerit. Rubr. XLIII.

LEX I.

Si cum minor. *Si minor dixit se maiorem dolo aduersarij, ei non denegatur restitutio, secus si dolo proprio, sed si nullus intercesserit dolus, restitutio cõceditur, nisi iuratum fuit. hoc dicunt iste tres leges. ¶ Oppo. ad primam. confessio erronea reuocatur de iure, vt ſ. de iur. & facti ignor. l. error. & l. cum testamẽtum. ergo non est necessaria restitutio. Solu. Fateor quod hic non petitur restitutio aduersus confessionem istam, sed aduersus cõtractum. in quo ille lesus confessus est se maiorẽ, tamen ipsi minori incumbit onus probandi, q; tempore contractus erat minor, vt l. ſi minorem. ſ. de in integ. resti.

ADDITIO.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Ad limitationẽ huius l. & totius tit. vide singulare Roma. consi. xij. post medium.

LEX III.

1 Ætas melius probatur per instrumenta, quam per testes.

2 Minor eo ipso quod dicit se maiorem, an dicatur esse in dolo, & denegetur ei restitutio.

Si alterius. [a]Secundum veram lec. lex ista diuiditur in tres partes. Primo loquitur quãdo minor asserit se maiorem proprio dolo. Secundo quando dolo aduersarij. Tertio quando neutrius. Secunda ibi, quod si per iniuriam. Tertia ibi, aditus tn; & ita hec lex ponit casus precedentium legum. & addit vnum alium casum, quando neutrius dolo. ¶ Opp. de l. min. xxv. ann. ex aspectu. ſ. plane. ff. de min. Sol. Ibi minores adhibuerunt dolum contra alium, non contra curatorem. ¶ Opp. ſ. de in integr. restit. mino. l. de tutela. Sol. Ibi minor fuit sciens, & aduersarius fuit ignorans sciens. hic vero aduersarij decepit. ¶ Op. ad ij. par. ſ. de transac. l. ſi ex falsis. vbi iuramentũ dolum aduersarij non tollit. Bl. que est hic, ponit multas solutiones. Breuiter illa est vera, quod illa lex non cõtradicit in aliquo, nam hic in ver. aditus, vsq; ad fi. loquitur quando nullus dolus intercessit secundum lect. Ego. & veram. Si enim dolus intercesserit, nõ tolletur per iuramentũ, vt l. contraria. ¶ Op. quod idem ius est instrumentorũ, & testium, vt l. in exercendis. ſ. de fid. instr. Sol. Fallit in casu huius l. quia tenere menti memoriam annorum est difficile, vnde † facilius admittitur probatio instrumentorũ, quam testium, vt ff. ad Carb. l. iij. ſ. due. ¶ Quero, vtrum eo ipso q; minor asserit se maiorẽ, presumatur in dolo? Bl. pen. hic in fi. videtur dicere q; sic, & vide gl. ſ. Petr. de Bel. per tenet cõtrarium, q; non presumitur dolus, nisi probetur, vt l. quoties. ſ. qui do. ff. de prob. Et istam opi. puto verã per hanc l. in ver. aditus, vbi apparet, q; si dolus intercessisset, & non ostenditur, presumitur non intercessisse. & vide ter. in ver. aditus. ibi, non repererit. ¶ Not. q; dicit, non reperitur, ex quo cõcluditur, quod si nihil apparet de hoc probata est minoris intentio. Unde pro declaratione huius 2 materie dic. Quandoq; minor † asserit se maiorẽ suo dolo tantum adhibito contra aduersariũ, & hoc cõstat, & denegatur sibi restitutio, vt l. ij. & hac l. in princ. Quandoq; dolo suo, non adhibito cõtra aduersariũ, & nõ denegatur sibi restitutio, vt l. minor. ſ. plane. ff. eo. Quandoq; dicit se maiorẽ dolo aduersarij tantũ, & restitutio sibi nõ denegatur, vt ſ. eo. l. i. & hac l. ij. nũ. etiam si fuerit iuratũ. arg. ſ. de trãsac. l. ſi ex falsis. Quãdoq; asserit se maiorẽ dolo suo, & aduersarij, & restitutio sibi nõ denegat. vt l. de tutela. ſ. de in int. rest. in fi. nisi esset iuratũ. vt in aut. sacramẽta. si aduer. vẽ. Quãdoq; asserit se maiorem neutrius dolo, tũc distingue vt dicitur in hac l. aut nõ fuit iuratũ, aut fuit iuratũ. si fuit iuratũ. aut nõ corporaliter. aut corporaliter. Quãdoq; dubitat an dolus intercesserit, & in dubio presumitur nõ intercessisse, vt hac l. ver. aditus. Et ita debes itelligere hãc materiã.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Si alterius. Ista lex & similes loquentes de iuramento assertiuo. non sunt hodie correcte per auth. sacramenta. ſ. aduer. vendit. Vide do. Franc. consi. lxxvij. Item limita singulariter istam regulam, vt minor iurans se maiorem non possit petere rescissionem contractus bone fidei ad restitutionem in integrũ. si potest bene petere respectu nullitatis propter solemnitatem omissam. Vide Rom. consi. xij. Paul. de Cast. consi. liij. vol. ij. do. Franc. Cremen. singulari clxiij. Quid autem si filius familias in instrumẽto asserat se patrem familias, an reddatur obligatio efficax sine consensu patris, vide Paul. de Cast. consi. clxviij.

LEX IIII.

1 Iudex quam interlocutoriam reuocet ex officio.

3 Restitutio denegata, propter defectũ probationis, potest iterũ peti.

Tam circa. Hec est difficilis lex. breuiter dico. Si restitutio est denegata, propter defectum probationis etatem non probatam, ad restitutionẽ, & etatem probandam iterũ admittitur. h. t. secundũ lec. magis notabilẽ. Hec lex intelligitur duob. modis, principaliter. Primo q; fuit erratũ per iudicẽ iudicante. ¶ Ad istam l. opp. ff. que sen. fi. app. re. l. i. ſ. i. Sol. Ibi fuit expressus error in sententia. hic non. Secundo modo legitur. quod hic fuit erratũ a testibus, qui dixerunt falsum circa etatem. Erratum lect. subdiuiditur in duas. Una q; iudex de etate pronunciauit. Alia interlocutorie, alia q; pronunciauit diffinitiue. ¶ Ad primam opi. inter locutoria potest reuocari arbitrio iudicis, vt l. quod iussit. re iud. ergo nõ debet peti restitutio. vt ff. de min. l. in cause. la. ſi. So- 1 Fateor † q; iudex potest reuocare. ſi vult. suo arbitrio. vt in cõtrario. tamẽ non cogitur, nisi vt impetretur restitutionis beneficiũ. vt hic. & hoc magis placet. Vel dic. q; ista est talis interlocutoria que perimit vires totius cause. vnde quodammodo est diffinitiua. vt l. intra vtile. ff. de mino. ¶ Ad secundã pront hic fuit pronũciatum diffinitiue. ¶ Opp. quando iudex pronunciauit ex falsis testibus, cõpetit restitutio de iure cõmuni. vt ſ. si ex fal. vsitr. per totũ. & l. vnus. ff. de re iudi. ergo ista restitutio, que datur ratione etatis, non debet habere locũ. vt l. in cause. ff. de mi. Sol. Licet aurilio ordinarium excludat extraordinariũ, vt d. l. in cause, † tamen vnus extraordinariũ nõ excludit aliud, vt l. qui bona. ſ. si quis opus. ff. de damn. infec. & quod me. cau. l. si cum exceptione. ſ. eum. Unde nihil repugnat. q; quis posset habere restitutionẽ ex duab. cau. ¶ Itẽ opp. 3 restitutio semel denegata, iterũ non cõceditur. vt ſ. t. l. i. Sol. Ibi fuit denegata propter defectũ probationis etatis, vnde iterũ potest restitui. ibi propter defectũ probationis lesionis. Ratio est, q; de etate nõ fuit cognitum, nisi in iudicio restitutionis. & non habet nisi vnã sententiã cõtra se, hoc respectu, sed de lesione & iustitia fuit cognitũ in primo iudicio, & i iudicio, in quo petebat restitutio. ideo semel denegata, iterũ non conceditur. Ita debetis hoc intelligere.

Si sæpius in integrum restit. &c. Rub. XLIIII.

LEX I.

1 Si quis primo appellauit, & tẽpus appellationis est lapsum. si petita restitutio fuit denegata, an iterum restituatur.

3 Ille qui omisit appellare quando posset petere restitutionem in integrum ad appellandum, & coram quo iudice.

Si post sententiam. Si restitutio fuit semel denegata, iterum non cõceditur, nisi ad appellandum. nisi ex noua causa. hoc dicit, totus titu. Differt lex istaquens a precedenti, quia fuit supra postulata restitutio contra sententiam

sententiã, hic contra contractũ, hic restitui desiderabãt aduersus contractũ, vel sententiã, ibi adierunt, scz. iudicem. ¶ Opp. ad l. j. q̃ tẽpora appellationum non currunt, vt l. fi. ff. in qui. cau. in integ. rest. nõ est necesse. Dicunt quidã, q̃ hec lex hodie corrigitur. Contrarũ videtur verũ, vt ibi dixi, probat in aut. de app. & intra que tẽp. §. j. vbi est speciale in istis tẽporibus iudicionũ. ¶ Quero, que est differentia, vtrũ quis restituatur ad appellandũ, non ad totam causam: Dic vt in gl. quãdo datur restitutio ad appellandũ. ¶ Quero, a qua sententia: Dicit gl. a qua vult, vel, vt possit appellare ab ea, a qua fuit denegata restitutio. ¶ Querit gl. quid si primo appellauerit, & tempus appellationis est lapsum postea petit restitutionẽ, & fuit denegata, an restituatur iterũ. Bl. dicit q̃ non, nisi ad appellandũ. Intelligatis ad appellandũ, scilicet, a sententia, in qua est restitutio denegata, vel ad prosequendã appellationẽ, cuius tẽpora sunt cursa. ¶ Vltimo nota ex hac l. q̃s ille, qui omisit appellare, potest petere restitutionem *in integrum ad appellandũ, non solum coram iudice, a quo debuit appellare, sed etiam a superiore, vt hic, dum dicit, vobis ius restituimus. Vnde Imperator restituit eum ad appellandum, vt dixi vobis in l. preses, de appel. &c.

ADDITIO.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Petere restitutionem. Sequitur Bal. in c. ex rationis, de appel. vbi declarat.

LEX II.

Tanquam. Ad istam legem opp. q̃ etiã ex causis antiquis potest iterũ peti restitutio, vt §. fi. j. l. fi. Sol. Intellige hic de nouis causis, hoc est de nouo allegatis. Vel dic, nouis causis, hoc est de nouo superuenientibus. Vel de nouis causis, id est, de nouis pbationibus factis super causis antiquis allegatis, vt §. tit. j. l. fi. Secundũ hoc ergo habes q̃ quãdo noue cause, vel noue pbationes allegantur, pot restitui ad totam causam, alias nõ restituetur nisi ad appellandũ. ¶ Quero, q̃n restituitur ad appellandũ, vtrum iudex appellationis restituet, sicut debuisset facere primus. Respõ. q̃n restituitur ad appellandũ a prima sententia, & tunc procedit tanq̃ iudex appellationis sin formam l. eos de ap. Q̃n restituitur ad appellandum a prima sententia, q̃ improbata est restitutio, & tũc cum illa sententia sit per appellationem extincta, tamen iudex appellationis iudicabit, cum illa causa ad eũ sit deuoluta, vt d. l. eos.

LEX III.

Prima. Op. videtur q̃s restitutio detur septies, vt ff. eo. l. z si sine. §. restituitur. Bl. solum optime. Vbi fuit restitutio cõcessa, vnde potest iterum concedi, hic fuit denegata, ideo hic iterum non conceditur, ne leges ludibrio fiãt. Pet. reprobauit istam sol. quia eadem est ratio in vno casu, sicut in alio, quod mihi non placet, ideo tene opi. gl. Nam quandõ minor non est restitutus, est in eius potestate vt restituatur, vel non, vt l. fi. iuder circumuento. ff. eo. Si ergo vsus est ea cum posset non vti, potest contra hoc petere restitutionem in integrum, & est noua causa restitutionis, que ratio cessat, quãdo restitutio est denegata. ¶ Vltimo querit gloss. quid si minor velit petere restitutionem, vt omissam probationem faciat, & sic possit venire contra sententiam? Gloss. dicit quod sic, dic vt in ea.

---

a De iis qui veniam ætatis impetrauerunt a. Rub. XLV.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Impetrauerunt. Nota istam materiam quod inferior a principe non potest per statutum suum concedere veniam etatis. Vide Bart. in l. imperium, ff. de iurisd. omn. iudic.

LEX I.

* **Hos qui veniam.** *Qui etatis venia est est concessa, restitutio denegatur. hoc dicit.

ADDITIO.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Eos qui veniam. An in concessione venie etatis requiratur partis citatio, & quorum tacite commodatur, vide Bire. consi. cxviij.

LEX II.

1 2 Masculus quando consequatur veniam etatis, & q̃ femina.
2 1 Minor lesus in impetratione venie etatis an restituatur.

Omnes. Masculus † probata etate xx. an. femina xviij. veniam cõsequitur etatis, per quã tamẽ immobilia alienare nõ poterũt. h. d. ¶ Querit gloss. coram quo iudice fiat probatio. Dic vt in gloss. ¶ Querit gl. quid si minor † est lesus in eo quod impetrauit venia etatis, an restituet? Dic vt in gl. ¶ Quero, que est ratio, q̃ in mutere minus tempus requiritur, quã in masculo. gl. dicit quia mala herba cito crescit. Ratio † est ista, quia mulier cũ sit minoris vite, quã masculus, citius perficitur, & ita cõtingit in quolibet animali, quia quanto res est breuioris vite, tanto citius perficitur, & ista est ratio propria. Bl. signat quoddam arg. contrarium, & non solu? vide eam ibi l. j. Sol. Hoc propter aspectum persone, qui requiritur. ar. j. de cad. toll. l. vnica. §. ne autem. & ff. de adop. l. post mortem.

LEX III.

Hos qui. Qui veniam etatis meruerunt, non possunt alienare, vel immobilia obligare, sine decreto, hoc dicit.

LEX IIII.

1 ¶ Etas legitima vel perfecta dicitur xxv. anno.
2 Factum ciuiliter, quando representet eundem effectum, quod factum naturaliter.

a **Si quis aliquid.** a Ad implẽdam conditionem non sufficit ciuiliter factũ. h. d. No. tu inuenis. q̃ etas legitima, † vel etas perfecta dicitur xxv. ann. b De hoc habes in l. cum filio. ff. de leg. iij. Secundo not. q̃ non sufficit ciuiliter factũ. ¶ Ad istud opp. gl. hic ff. mand. l. fi. §. fi. de dona. que sub modo. l. fi. §. fi. de insti. & substit. l. si mater. Sol. breuiter † quando ciuiliter factum representat eundem effectum, sicut factum naturaliter, factum ciuiliter sufficit vt in cõtrarijs, alias secus, vt hic. Ista est cõmunis sol. quam ponit Bꝫ, in l. si cum dotem. in prin. ff. sol. matr. & l. ex ea parte. §. insulam. ff. de verb. oblig. & in l. Deo nobis. §. de epis. & cler. Et ego circa c hoc dedi vnam magnã distinctionẽ. & mulcum vtilem in l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posth. vbi rex. & gl. tangũt, &c.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶ Si quis aliquid. Et vide d. Pet. in cõsi. ccclxxxix. quando Papa cõcedit alicui, q̃ poterit prouidere persone idonee de tali beneficio, an cõprehendatur ille, qui est idoneus per dispensationẽ & concludit quod sic. Adde quod aliquãdo appellatione etatis legitime. venit etiã pubertas. & sic in masculo venit in femina rũ. Ita probabatur in rex. & gl. & doct. in c. j. de regularibus.

b P. PAV. P. ¶ Annorum. De iure can. dicitur in xxx. anno. vide Bart. in tra. differentiarum inter ius. &c.

c POMA. ¶ Circa. Istud not. limita per ca. cum dilecti. & c. ad audientiam. extra de cler. non resi.

Si maior factus ratum habuerit. Rubr. XLVI.

LEX I.

Inter minores. Ratihabitio maioris tollit restitutionem aduersus lesionem, que in minori etate contingit. h. d. ¶ Circa hanc l. querunt? duo. Primo quid si hec diuisio facta fuisset dolo. an ratihabitio aliquid operetur circa illum dolum? Breuiter, aut ille, qui habuit ratum fuit sciens, aut ignorãs, vt gl. dicit. ¶ Quero secũdo, qualiter videatur habere ratũ. Certe si quidẽ ratum habuit expresse, nullũ est dubium, vt hic. si autẽ tacite tũc habemus titulũ in v. lib. si maior fac. ratum alie. habue. qui titulus loquitur, quãdo habetur ratum tacite, & ideo dic vt ibi, &c.

LEX II.

Si post vigesimum. Hec lex loquitur magis generaliter. quã precedens, quia §. loquitur de diuisione facta a minoribus, hic de gestis simpliciter, & sic magis generaliter.

Vbi & apud quem cog. &c. Rubr. XLVII.

LEX I.

Si quid. Aduersus sententiam procuratoris Cesaris solus Cesar restituit. h. d. ¶ Opp. ff. de min. l. in cause. §. fi. l. prefecti. Sol. hec l. potest intelligi, vt loquat de iudice delegato a principe, & tunc stat propue. Nec obst. contrarium, quod loquitur de iudice ordinario. Si vero intelligatur propue de procurat. Cesaris, tunc expone text. cum dicit solus Princeps subaudi, vel ipsemet qui iudicauit, & sic non obstat contrarium, &c.

LEX II.

1 ¶ Actor sequitur forum rei, etiam, quando petitur restitutio aduersus contractum.
2 Reductio ad arbitrium boni viri, coram quo iudice petatur, vbi compromittentes, & arbiter sunt diuersi fori.

Quoniam. Quando restitutio petitur aduersus cõtractum, sequitur actor forum rei. h. d. Formo a questionẽ. Quidam † Perusinus habens causam cum vno Florentino, cõpromiserunt de causa tanquã in arbitrorẽ in quendã Senensem, ille existẽs Senis, tulit laudum. Perusinus vult petere reduci ad arbitriũ boni viri istud laudum, coram quo iudice istud faciet? De iure cõmuni arbitramentũ est quedam transactio, nec oritur actio ex arbitramẽ

nō.sed oritur actio ex cōpromisso facto inuicem cōpleto,ex declaratione arbitratoris,vt l.si societatem,§.arbitrorum.ff.pro soc.authen.vt differ.iudi.§.h.z j.de iud.in auth.si vero contigerit.z j.de contrah.emp.l.fi.ideo si peto reduci ad arbitrium boni viri, conqueror de contractu.debeo segui forū rei.Casus est hic sed fm iura municipalia in partibus† Tuscie ipsa lauda producunt actionem per se.z habent vim sententie,vnde si peto reduci ad arbitriū boni viri,conqueror de ipsa sententia,que me ledit,quē debeo hic adire.Certe debeo adire superiorem eius qui iudicauit,q2 de sententia conqueror,vt §.l.prox.z sic etiam loquitur j.l.prox.ideo est videndum de arbitramento.vtrum producat actionem,vel non,secundum commune ius,vel municipale,vt §.dictum est.

ADDITIO.

a ¶Formo questio.Adde late Fed.cōs.cclxxxv.z ¶Bau.de La.hic qui aliter loquūtur.P. P A V.P.Formo q.Istam q.Bar.refert.z sequitur do.Christo.de Cast.subscribendo quoddam consil.Raph. Cō.uicī.visis compromis.vide declarationē ad istum dictū duob. modis.z ad dicta Bar.hic vide etiam Are.in c.fi.de fo.cōp.¶ide Perus.in rub.de appel.vide Fel.in c.cum sit.de for.compe.vbi dicit non procedere in ecclesia vel clerico petēte restitutionē in integ.

LEX III.

1 ¶Causa restitutionis in integ.licet sit misti imperij,tamen fauore minoris delegatur,z iu.s.

2 Restitutio in integ.competit iure magistratus.

4 Iudex delegatus quando possit in integ.restituere.

5 Compromitti potest in aliquem,vt pronūciet quem restituendā vel non.

6 Causa restitutionis,an possit in arbitratorem compromitti.

7 Iudices,q nulli presunt iurisdictioni,sicut notarij,z iudices chartularij,quando possunt in inte.restituere.z nu.8.

16 Quomodo cognoscatur, an aliquis sit iudex ordinarius, vel delegatus.

a ¶Am scimus. aHec est fin.lex breuiter discit.Restitutio,q̄ officio iudicis cōceditur,pōt postulari ab ordinario,b z delegato specialiter ad illā causam,vel vniuersaliter,nō cōarbitris,vel iudicibus chartularijs,vel delegatis ab eis.hoc dicit. Diuidit.Primo ponit questionem.Secundo determinationē. Tertio determinationem suam limitat,z declarat circa iudices prohibitos restituere. Quarto limitat circa eos,quibus est permissum. Quinto limitat circa modum pronūciandi. Secunda ibi, Iancimus. Tertia ibi,sed ne quis. Quarta ibi,cum hos. Quinta ibi,sed ne quid penitus. Ex prima parte habemus quod iudices delegati possint de causa restitutionis in integ.cognoscere,contra ea que per iudicis officium expediuntur, delegati non possunt, vt hinc quicquam.§.vbi decretum.ff.de offic.proconsul.z leg.l.omnia quecunqz.de re iud.Sol.† speciale est hic fauore minoris.¶Opp. secundo. ea que possunt delegari,competunt iure magistratus, vt l.j.§.j.de offi.eius cui mā.est iurisd.z sic videtur quod in integrum restitutio competit iure magistratus, hoc est contra l.ea que.§.fi.ad municip.ergo.&c.Dicit glos.fateor† quod olim non competebat iure magistratus.sed hodie sic per hanc legē.¶Hec obstat hic ter.qui dicit,veteribus non fuerat incognitū.quia verum est quod antiquitus poterant delegari habenti iurisdictionem a lege, non autem omnibus, sed per hanc legem delegatur indistincte. Tu † dicas quod etiam hodie restitutio in integrum est misti imperij, quia iudicis officio expeditur, z licet possit delegari, est speciale fauore minoris c. vt hic. ¶Opp.quod iudex delegatus non possit restituere.vt §.fi aduersus rem iudic.l.aduersus. Solu. Quandoque † delegatur causa restitutionis principaliter,z tunc non est dubium quod potest restituere.vt hic. Quandoq; delegatur vniuersitas causarum,z tūc idem,vt hic.in fi.ibi, vel si generaliter,&c. Quandoque delegatur causa principalis tantum, z tunc si quidem restitutio petitur incidenter super aliqua interlocutoria, vel emergenti, potest cognoscere delegatus, vt hac l.in fin.secundum vnam lect.glos. que est verior. Si vero petitur restitutio principaliter, contra sententiam latam in illa causa, non posset restituere delegatus,vt d.l.aduersus,z §.l.prox.im,secundum veram lectu. ¶Uemo ad tertiam particulam, in qua habes, quod etiam in causa restitutionis non potest compromitti in arbitrium,sed quero, † an possit compromitti, vt arbiter pronunciet aliquem restituendum vel non. Glos.videtur dicere quod sic,nam arbiter non potest restituere,sed pronunciare restituendum. Et vide glos.que videtur velle quod sic.Ratio est,quia inter ista duo est differentia, vt habuistis no.in l.ab executione.§.quo.appel.non recipiuntur.z §.fi aduer. liber.l.j. Ego dubito in hoc quia non reperitur aliqua actio,vel aliquod ius agendi, quo quis petit pronunciari se restituendum,sed quod quis petat se restitui sic. Qua ergo actione agetur coram arbitro.nō video,nisi dicamus quod ille,qui de hoc compromittit, videatur velle pati quod sic de facto concludatur ad hoc.quod posset si vellet.vt l.Julianus.§.quantum autem.ff.ad exhibendum: vbi §. de transact.l.vbi pactum.z hoc satis placet.

6 ¶† Quero circa hoc, an causa restitutionis possit in arbitratorē cōpromitti? Jam fuit de facto in ciuitate ista,z consului quod ficta arbitramētum,vt scitis,est quedā transactio,vt dixi §.l.prox. Unde sicut potest transigi de causa restitutionis ita potest in arbitratorem compromitti. ¶Item habes in hac parte,quod iudices hi,qui nulli presunt administrationi,non possunt restituere.

7 **Quero.** † Qui sunt isti iudices, qui nulli presunt administrationi? Glos.dicit, z bene. sunt iudices chartularij qui habent volūtariam iurisdictionem.vt notarij. ex forma suorum priuilegiorū, de quibus fit mentio hic,z de iudi.l.rem non nouam.z ff.de iudic.l.j.z ibi not. Alij dicunt quod hic loquitur de iudice delegato,qui nō potest subdelegare. Tu tene primam,que

8 est magis notabilis. ¶† Quero,an isti iudices chartularij possint in integr.restituere. Glos.videtur velle quod non, quia nulli presunt administrationi,quod satis placet nisi in rescripto aliud diceretur. In quarta particula habes quod illi possunt restituere,qui

9 presunt administrationi, cui adheret iurisdictio. ¶† Nota ergo, quod iurisdictio cohaeret territorio. Simile in l.j.§.cum vrbem.de offic.pref.vrb.ibi,cum vrbem fidei tue commisimus,z sic committit vrbem cui adheret iurisdictio. ¶† Et ex hoc potes diligenter

10 perpendere,an aliquis sit iudex ordinarius,vel delegatus.Nam si quidem alicui committitur certum territorium, vel iurisdictio in territorio, hoc contingit dupliciter, vel hoc fit indistincte, non limitando iurisdictionem territorij, vel personarum.vt in istis iudicibus chartularijs,z isti dicuntur etiam ordinarij,sine administratione,z hic est casus hic,z in precedenti versic. Quandoque committitur aliqua causa inter certas causas, z tunc iste est iudex delegatus, quia ei committitur causa z non territorium, z ita debes

11 tis intelligere hanc materiam. † Et per hoc potes dicere.cōsilium istius ciuitatis facit aliquem officialem ad sindicandum vnum officialem, certe in dubio iste videtur iudex delegatus,quia ei committitur certa causa, non autem committitur certa administratio,cui iurisdictio adheret.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶Cum scimus,¶Per istam l.decidit Jacobus Bel.quod habeus potestatem legitimādi ab Imperatore potest legitimare in terris ecclesie.

b P. PAV. P. ¶Ordinario. Limita istum text.nisi alius esset celebratus authoritate alicuius superioris quia iudex inferior non potest remittere non poterit. Vide Jas.in l.nam z si minor.ff.de iurisd.

c P. PAV. P. ¶Minoris. Communis sententia est in contrarium, videlicet quod sit speciale in minore. Vide Jas.in l.nec quicquam, §.vbi decretum.de offic.proconsul.z legat.

De reputationibus,quæ fiunt in iudicio. Rub. XLVIII.

LEX VNICA.

Si restituitur. Restituto minore omnia reponuntur in pristinum statum.tam aduersus minorem.quam aduersus extraneū.hoc dicit. ¶Opp. de l.quod si minor §.restitutio.ff.de mino. Solu. Intellige hic quatenus est locupletior, z sic concordat cum illa. ¶Opp.de l.ij per impressionem.quod me.causa. Sol.ibi speciale.¶Opp.tertio de l.ij iudex.ff.eod.Sol.dico quod minor tenetur restituere omnia. Verum est,si vult vti restitu.alias secus.¶Uemo ad ver.sed z si intercessore.¶Oppo.si minor fidem iubet pro aliquo, ergo ille alius est obligatus, z sic non est necesse quod actio contra illum restituatur,vt l.j.ff.de fideiuss.Sol.Intelligе quod hic intercessit animo donādi,z sic liberauit patrem debitorem. ¶Op.quod actio restituatur ipso iure,vt ff.ad Velleia. l.debitrix.§.j.Sol. Aliud in mulere.vt ibi.quam in minore.vt hic. Ratio,quia mulier est tuta ipso iure per velleianum. Ita dicit gl. quam vide. In eo quod innuit quod mulier ipso iure non tenetur,doct.reprehendunt istam, quia imo tenetur,licet habeat hanc exceptionem,vt ff.ad Velleia.l.si mulier,z quod ibi no.ff.ad Macced.l.j. Sed certe non bene reprehendunt.quia glos.hic intelligit mulierem tutam ipso iure,hoc est absque iudicis ministerio hab. actionem. vel exceptionem, ita quod necesse non habet petere restitutionem. Ita videtur dicere glos. ¶Oppo.misit.quibus modis tol.ob.§.preterea.z ff.de nou.l.j.Glos.dat hic unitas sol.hoc est vna, quod in lege contraria minor erat obligatus naturaliter tantum. z sic non indigebat restitutione, merito actio in veterem debitorem non restituebatur.hic vero erat obligatus naturaliter, z ciuiliter,z cum restituitur minor,restituitur actio in veterem debitorem.nisi dolus creditoris intercesserit,vt l.si Titius.ff.de fideiuss.in fi.z ff.de sol.qui res.§.hinc.

Etiam

Etiam per procuratorem causam restitutionis in integrum agi posse. Rubr. XLIX.

LEX VNICA.

1 ¶ Procurator quando dicatur habere speciale mandatum, ad petendam restitutionem in integrum.
a Procurator etiam sine speciali mandato potest agere causam restitutionis in integr. quando venit incidenter in causa commissa.
Pater non potest petere restit. in integr. pro filio sine mandato.

Causam. Rubrum & nigrum idem dicit. ¶ Opp. de l. neq; §. de procur. Solu. Intellige hoc de procuratore qui habebat mandatum speciale[a] legitime ordinatum. ¶ Op. ff. de mino. l. illud. §. si talis. Solu. Intellige hic de procuratore qui habebat speciale mandatū, quòmodò intelligitur procurator habere speciale mandatū, sufficit ne
1 quod † in instrumento dicatur ad agendum. &c. & in integ. resti. petendam. &c. doc. determinant hic quod non, sed quod dicatur, & ad petendam restitutionē in integ. in tali causa vt l. si quis mihi bona. §. iussum. de acqui. here. Ego altius assumpsi istam materiam in l.
b fistulā. ff. de dona. ¶ Ad vnū tamen [b] aduerte quod si causa restiturionis in integr. [c] † incidenter veniat in causa cōmissa, posset etiā
c agere sine speciali mandato, vt ff. tit. ij. l. fi. & l. qui prōpio. §. itē queritur. ff. de procu. secundū vnam lec. ¶ Opp. de l. ij. §. de his qui ve.
era. impe. Sol. Ibi est specialis casus, in quo nō admittitur procurator. ¶ Opp. quod etiam [b] sine speciali mādato possit. vt l. patri.
3 in prin. ff. de min. † Sol. quod est speciale in patre, qui est legitimus administrator. vt ibi, sicut in alio legitimo administratore, vt in tutore, curatore, & similibus. ¶ Quero, dicitur hic in rubro & nigro, etiam per procuratorē agi posse, † quid implicat hec dictio etiam? Potest intelligi etiam per procuratorē. quasi nō solum per dominum, vel quasi per tutorem vel syndicū, quid implicat. nescio quid dicam modo, & habui hoc anno pluries de ista dictione etiam. &c.

ADDITIONES.

a ¶ Speciale. Sed quid in syndico vniuersitatis? Vide Paul. de Cast. hic Rom. consi. ccccxviij.
b AND. BARB. ¶ Ad vnum tamen. Limita illud, quod dicit Bartol. quod super incidenti potest petere restit. procurator non habens speciale mandatum, nisi esset sententia interlocutoria lata super incidenti post x. dies, quia tunc non potest sine speciali mandato. Ita not. Joan. And. in c. coram felicis. de in integ. restit. & ita Rōme pronunciauit Lud.
c POMA. ¶ Restitutionis in integ. Not. quod licet ad petendam restitutionem in integ. requiratur speciale mādatum, quod tamen istud non est verū, nisi quando principaliter petitur. Secus quando incidenter in alia causa, ad quam procurator specialis, vel generalis esset cōstitutus peteretur, vt puta, quod in aliquo articulo eius cause incidenter oporteret restituere in integr. tunc enim non esset necessarium mandatum speciale, tenet idem Bartol. in l. cum procurator. ff. de op. no. num. & ibi Alex. & ex hoc possit inferri in iuramento, in quo requiritur speciale mandatum, sicut in resti. in integr. iusiurandum, quod ex conuentione. §. fi. ff. de iureiur. vt infertur quando in principali causa incideret aliquis casus, & tunc super aliquo casu possit iuramentum deferre absq; eo quod super eo habeat speciale mandatum, vel equipolleus. Pro quo vide Alex. l. qui bona. §. si alieno. in versi. pro quo dicit facere. ff. de dam. infect.
d AND. BARB. ¶ Op. quod etiā. Idem in omni alio legitimo administratore & tutore, vt l. iij. §. fi septius. de in integ. rest. Idē in syndico Reipublice, secus in syndico alicui[s] vniuersitatis, vel corpor.

In integr. restitut. postulata, &c. Rubr. L.

LEX VNICA.

a **Postulata.** Rubr. est summarium totius tit. Quero, vtrum restitutio [a] impetrata impediat executionem sententie? Hic videtur tex. quod sic, & ita debet intelligi gl. quam vide. Istud intelligitur hic cum temperamento, quod pomitur. in c. suscitata extra de restit. in integ. Hic vt ibi, & in c. constitutus, vbi vide Innoc.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Restitutio. Quid autem de iure canonico, vide Bart. in tract. differentiarum inter ius, &c. Vide Vital. de Camb. in tract. clausularum, vide Alexan. late in l. iij. §. condemnandum. ff. de re iudic.

De restitutione militum. Rubr. LI.

¶ Dictum est ā. de restit. min. verū q; quidā maiores restituuntur ex causa militie, vel absentie, ideo ponitur rubrica de restit. mili.

LEX I.

1 ¶ Beneficium petende restitutionis in inte. transit ad heredes
2 Bonorum non possessionem agnita per minorem, quando possit beneficio restitutus agnosci per eius heredem.
3 Si minor decedit hereditate non adita, eius heres petita restitutione ex persona minoris poterit adire.
4 Tempora ad agnoscendā bonorū possessionē. q̄ currant absenti.
5 Absens ex causa necessaria, & probabili. siue potuerit procuratorem constituere. siue non. semper restituitur.

Si Valerianus. Hec lex breuiter hoc intendit. Restitutio, que cōperit maioribus ratione absentie, etiā in querendis, trāsmittitur ad heredes. h. d. ¶ Ho. q̄ beneficium petēde restitutionis trāsit ad heredē. Dixi in summario, & aduerte, q; hec materia est difficilis, & subtilis. ¶ Opp. bono. possessio non agnita non trāsmittitur. ff. de
2 bo. pos. l. ij. §. acquirere. † Sol. Hic non transmittitur hereditas, sed beneficiū restitutionis cū omni suo effectu, vt sicut defunctus poterat, restitui ad agnoscendā bo. pos. ita & eius heres. ¶ Item op. hic innuitur. q̄ si Valerianus decessisset ante cōpletos dies, q̄ he res eius nō restituitur. cōtra ff. de acq. here. l. Pantonius §. j. Sol. Dicunt quidā q̄ hic subaudiendū est maxime. Alij dicūt, Aut decessit ante, & datur restitutio ex equitate, vt in contrario. Aut decessit postea, & datur de rigore, vt hic. Alij dicunt, aut decessit post, & datur restitutio ad totū tēpus. Aut decessit ante, & datur restitutio ad totū aliud tēpus, q̄ supererat defuncto. Tu autē dic, q̄q; heres petit restitutionē propter absentiā iniunctā cum morte, & tunc cōpetit restitutio. etiam si tēpora non sunt elapsa, vt l. Pantonius. §. j. ff. de
3 acq. her. ¶ † Ex hoc dico vobis q̄ si minor decedit hereditate non adita, q̄ heres eius potest repetere restitutionē in integrū ex persona minoris, vt adeat hereditatē, qui minor fuit lesus per minorē etatē iunctā cū morte, sicut dicimus de morte iūcta cum absentia. Ita t; Ja. de Are. in l. q; duos. de re. du. & ibi plenissime dixi. Ita t; hic Jac. de Bu. cōtrarū dicit Jac. de Bel. per no. in aut. de trien. & semis. circa prin. in fi. q. disputate. quā ponit ibi, tu intellige istam vt dixi in d. l. qui duos. ¶ Procedo vlterius & videtur q̄ ista tēpora nunq̄ currūt absenti. cū sint vtilia, vt inst. de bo. pos. §. fi. dicit Pla.
4 olim erāt cōtinua. Sl. dicit † q̄ hic non currūt, q; potuit cōstituere procuratorē, sed nō cōstituit. ideo restituitur. Sed si esset negligēs in cōstituendo procuratorē, non restitui. Vide gl. que videtur sibi cōtradicere. Vltra. intelligūt istā gl. sic. q̄ istud quod potuit miles cōstituere procuratorē, nō tamē cōmode propter militiā. Et quod dicit, secus si fuisset negligēs. intelligunt quādo potuit cōstituere procuratorē. & cōmode. d. Jac. But. istā distinctionē cōmode, & incōmode nō admittit. q; habet locū in absentibus ex causa probabili tantū, vt l. necnō. in prin. ff. ex qui. cau. ma. sed in eo, † qui est absens ex causa necessaria & probabili, siue potuit dare procuratorē, siue nō. semp datur ei restitutio. vt l. fi. ff. de in inte. rest. ¶ Op. ff. de
5 mino. l. Papinia. erul. Sol. Ibi loquitur in absente ex causa necessaria, & nō probabili. ¶ Item op. quia si fuisset presens, & tacuisset, non restituitur. ergo hic per absentiam non est lesus, sed per tacitumitatem. merito restitui non debet. Sl. dicit, & bene, presumitur quod si fuisset presens, agnouisset. arg. l. j. in fi. si mulier ven. not.

LEX II

Si quid de bonis. Siue sit prescripta res, siue sit prescripta actio, absenti causa Reipub. intra annū vtilem datur restitutio, hoc dicit.

LEX III.

Quod tempore Hec lex habet materiam multū difficilē, & est materia l. ab hostib. §. sed q̄ simpliciter. ff. eo. & hz duas lec. vnā fm Mar. aliā secundū Bul. secūdū lec. Bul. Breuiter. h. o. Limita absentia ex causa necessaria, dat restitutio contra prescriptionē, vt subducat de medio omne tēpus absentie, quodcunq; fuerit primū, mediū, vltimū vt. Primo pono casum secundū Mar. ego fui presens primo & secūdo anno, quo vsucapiebas rem meam mobilem, tertio anno fui absens, & completa est vsucapio in absentia, sum reuersus. Quero vtrū mihi restitutio detur, & ad qd? Respondet Imperator, si annus vtilis, qui datur ad petendā restitutionē non est lapsus, potest restitui. vt subducatur illud tēpus vsucapionis de medio, & q̄ res restituat, sed si prescriptio esset cōpleta in presentia, nō daret in integ. rest. h. d. fm Mar. ¶ Op. dicit tex. amota prescriptione tēporis medij, & fm Mar. nō deberet amoueri prescriptio tēporis medij, ergo mala est lect. sua. Sol. fm eum nō intelligas tēpus mediū. s. in vsucapione, sed tēpus mediū. scilicet, inter primam absentiā & secundā, q̄ est vltimum in vsucapione.

Bart. Puma super Cod. o iij

Ista fol. posset pertransire, quantum ad hunc text. tamen ista lect. est fallax in duobus. Primo in eo quod dicit, quod si vsucapio esset completa in presentia, non restitueretur. Istud est cõtra l. nec non,
a §. si quis sepius [a] ff. eo. Item in eo quod dicit, quod per hanc restitutionem recuperatur res, male dicit, nam illud quod abstulit lex, illud reddit restitutio, vt l. quod si minoꝝ. §. restitutio. ff. de min. & l. pe. ff. eo. sed per absentiam fui lesus solum in vsucapione, non in possessione rei, ergo restituens non restituit mihi rei possessionem. Istud est verum, sed si per absentiam aliquis esset lesus in possessione rei, tunc per restitutionẽ recuperaret possessionẽ, vt l. qui prior. §. item queritur. ff. de prec. & ibi est casus secundum vnam lec.
b ¶ Hoc premisso, venio ad secũdam lec. [b] Bul. que est verissima in hac l. ego fui presens primo anno, quo vsucapiebas rem meã mobilem, secũdo fui absens causa Reipublice, tertio anno fui presens, & sic cõpleta est vsucapio, in presentia. Queritur, vtrum detur mihi restitutio. Ad quod respondet Imperator, quod si a tempore complete prescriptionis non est elapsus annus vtilis, datur restitutio, vt subducatur illud medium tempus vsucapionis de medio, scilicet ille annus quo fui absens intra illum annum, poterit dominus vendicare possessionem. h. d. vsqꝫ ad §. vltra autem. Iste versi. legitur in gl. nostra duob. mo. Uno modo quod declarat predicta, dictum est quod per restitutionẽ subducitur tempus vsucapionis de medio. Hic declarat Imperator quod restitutio ius possessoris alicuius non ledit, q. d. non aufert possessionẽ, sed solum subducit obstaculum vsucapionis. Secundo modo legitur ad illud quod dictum est, intra annum vtilem, dictum est ã. quod intra annum vtilẽ, hic declarat quod si ille annus vtilis est lapsus, non potest concedi restitutio, & ista est satis vera. Potest etiam legi alio modo, vt tangit gl. vt ponat vnum casum nouum. Finita vsucapione datur restitutio. hoc est verum, nisi tanto tempore fuit negligens, quantum est illud tẽpus ad quod se restitui postulat. hoc est quod vult dicere vltra annum. q. d. si fuit vltra negligens quod non detur restitutio. tu inuenis tene vnam aliam ex precedẽtibus, qꝫ est magis clara, visa ista lect. Bul. ¶ Op. quod si iste fuit reuersus ante vsucapionem cõpletam, tutus erat de iure cõmuni, qꝫ poterat vendicare, ergo sibi non cõceditur restitutio, vt l. non videtur. ã. de in integ. reitit. Dic, fateor quod tempore reuersionis nõ erat lesus perfecte, hoc anno elapso apparet ipsum esse lesum in anno absentie, merito sibi conceditur restitutio, ante enim quam ille annus labebatur, non erat lesus, & sic tempus ad petẽdum restitutionem non currebat sibi. ¶ Opp. ff. de acqui. hered. l. Pantonius. in princ. vbi etiam non completa lesione petitur restitutio. Solut. ibi lesio non fuit completa cursu temporis solum, sed ex morte iũcta cum cursu temporis, vt dixi ã. eod. l. j. ¶ Oppo. tertio de l. qui prorsus. §. item queritur. de. prec. Solut. Dixi ã. quando aliquis per absentiam fit lesus solum in vsucapione, non in perditione possessionis, tunc sunt duo iudicia. Unum quo vsucapio subducitur, aliud possessio vendicatur, sed quando per absentiã leditur in vsucapione, & possessione, tunc esset vnum iudicium tantum. Rationem dixi ã. Alia, circa materiam actionis rescissorie dic, vt per Dy. Insti. de act. §. rursus. per gl. & doc. & in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. eo. tangam aliqua j. quib. ex caus. ma. l. fin. vbi gl. tangit, &c.

ADDITIONES.

a ANDR. BARB. ¶ Si quis sepius. Sed cum reuerentia Bar. hoc nõ dicit ille §. sepius, sed intelligo q vsucapio ibi erat cõpleta in absentia ibi pro cõstanti supponitur q debatur restitutio. quærebatur an si sepius abfuisset, ex quo tẽpore cõputaretur vtile tempus. Ego autẽ puto sententia. Bart. verissima inducẽdo hic, nam qui actionẽ perdidit dicitur amisisse rem ad quã actio cõpetebat. Et adiunatur ista sentẽtia per l. si mulier. ff. de cond. ob. caus. lucet. §. j. de iure dot. l. ait prætor. §. si cum mulier. & §. si cõditionalis. quæ in fraud. cre. & recte in resti. in inte. l. metum. §. ex hoc edicto. ff. q me. rau. Declaro ego te liberaui per acceptilationẽ ab actione personali, qua tenebaris mihi ad centũ ob causam, vt res pro me Romam, causa non est secuta, non cõdicam vt reponaris in pristinam absolutionẽ, imo condicã centũ, quid enim esset dicere, de vno persicõ fierent duo boli. Sic igitur restituitur res, non actio, sic voluit lex amatrix litium fimendarum. arg. l. non est nouum. de act. empt. l. heredes. §. de plurib. ff. fam. ercis. l. cum duob. §. fi plu. ff. pro socio.
b IOAN. FRANC. RVER. ¶ Lectu. Bul. Adde dum Bar. hic approbat indistincte lectu. Bul. quod in hoc not. sibi ipsi contrarius quia illam cum distinctione tenet in d. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. quib. ex. cau. maio.

LEX IIII.

1 ¶ Si venditio bonorum fiat contra non latitantem, an sit nulla ipso iure, vel sit opus restitutione.
2 An ad hoc vt perueniatur ad venditionem bonorum contra latitantem, sit necesse quod precedat primum, & secundum decretum.
3 Creditor an cogatur expectare tempus reuersionis absentis.

¶ Bonorare. Contra absentẽm nõ latitantem potest peruenire ad primum de-
1 cretum non ad secundum. h. d. hec not. l. ¶ Querit gl. quid si peruenitur ad venditionẽ contra non latitantem, vtrũ valeat, & sit opus restitutione, vt l. si finita. §. si forte. ff. de vsurp. infec. Idem videtur velle in l. cõtra pupillũ. ff. de re iud. tangit gl. in l. Fulcinius. §. j. ff. quib. ex cau. in pos. ea. contra istã gl. habetis tex. in contrarũ in l. Imperatores. de priui. cre. tamẽ vt respondeatur ad §. si forte, quem gl. alle. debetis scire, quod quandoqꝫ contra aliquem absentem proceditur ex debito descendente ex cõtractu vel quasi, tunc non potest peruenire ad secundũ decretum contra eũ, & si fiat, ipso iure nõ valet, vt d. l. Imperatores. & hac l. in ter. nõ cauillando eam. Quandoqꝫ proceditur contra eum ex delicto descendente ex natura rei, vt in actione noxali, vel in causa damni infecti, tunc potest peruenire ad secundũ decretum, tamen si absens
2 seditur, restituit. vt in d. §. si forte. & l. ij. §. j. ff. si ex noxa. cau. agatur. Ita debes intelligere hoc, ita tenent omnes doct. ¶ Item scias q per hanc l. damno vnam opin. Jac. de Aret. qui videtur velle, q ad hoc vt perueniatur ad venditionẽ sit necesse q primũ & secundũ decretum interponatur contra latitantẽ. Ita dicit in l. Fulcinius. §. j. ex quib. caus. in pos. ea. Allegat quandam gl. que est in l. item si prætor. §. pe. ff. eod. Illud est expresse contra hanc l. quia si primum decretum fuit interpositum cõtra non latitantem, tamen post contra latitantem potest peruenire ad vẽditionem ex secundo decreto, & vide tex. hodie tamen, in isto seruamus statuta, que sunt
3 his vltra jus commune. ¶ Circa istud quero vnum verbum hic, pone quod nolo expectare tempus reuersionis sue, est ne aliquod remedium quo mihi succurratur. Respondeo, si quidem speratur
a reuersur [a] de proximo, cogitur creditor expectare. ff. eo. l. fi. [a] si vero non speratur de proximo debet dari curator bonis, contra quem poterit procedere ordinarie ad diffinitiuam sententiam, & ad executionem, vt l. ab hostibus. in princ. ff. eo. & de priuil. credi. l. fi. §. j.

ADDITIO.

a ALEX. LOS. ¶ ff. eo. l. fin. Aduerte quoque, dum Bart. in fi. huius legis adducit l. fi. ff. eo. quod ea lex non facit, vt voluit Cast. quod percipio, ex alleg. l. si longius. ff. de indi.

LEX V.

¶ Neque. Prescriptio quadriennij contra absentes, quibus alias restitutio proficit ipso iure, nõ currit, hoc dicit.

LEX VI.

1 ¶ Quare quis restituatur ex lesione causata propter venditionem rei, factam legis authoritate.
3 Ille qui vendicat rem, debet restituere debitum, vel pretium.

¶ Jcum. Aduersus venditionẽ factã propter ne-
gligentiã cõmissam tẽpore absentie, infert petitur restitutio. h. d. ¶ Oppon. ã. si aduer. ven. pig. li. Solut gl. mirabiliter. hic vẽditio fuit facta ex potestate legis. ibi ex potestate conuentionis, quo casu non restituitur. Rationem dixi ibi. & in l. fi. in quib. caus. in integ. restit. nõ est necesse. Ra-
1 tio est, ¶ quia hic absens causa Reipublice nõ restituitur aduersus contractũ, vt j. l. prior. Sed quãdo res venditur ex pacto, venditur ex potestate cõtractus, & eum ledit cõtractus. Sed quãdo vẽditur ex potestate legis, tũc ex absentia sit, merito datur restitutio. Tangitur per gl. ff. de mi. l. etiã ei. & l. fi. ã. in quib. cau. in inte. restit. non est
2 necesse. ¶ Quero, vtrum per hanc restitutionẽ quis recuperabit rem? Certe gl. tua intelligit hãc l. quod sunt duo iudicia. Primum, per quod peto reuocari venditionẽ. Secũdum, per quod rem vendico rescissa venditione. Istud sentit gl. & hoc optime sentit text. si aduertas bene. Unde hoc intelligas vt dixi ã. eo. l. quod tempore, quod si per absentiã fuit lesus solũ in venditione, verũ dicit ista gl. sed si eo absente creditor occupasset possessionẽ, & vendidisset, tũc, quia absentia lesit eum in possessione, & vsucapione. ad vtrumqꝫ re-
3 stituetur, vt d. l. qui prorsus. §. item. ã. de proc. ¶ Ultimo habes, quod ille, qui vẽdicat, habet restituere debitum, vel pretium, si minus est in debito. De eo dic plene vt dixi C. quod me. cau. l. iij.

LEX VII.

¶ Aqueapatre. Alias incipit l. ea que a patre. Ex causa absentie
ipsi absenti restitutio non datur, vel eius heredi aduersus contractum a se celebratum. hoc dicit. ¶ Nõ. quod ex causa absentie quis restituitur aduersus neglecta, nõ aduersa facta. Vel dic, vt dixi in summario. ¶ Oppo. de l. ã. prori. Solut. non restituitur absens aduersus cõtractum celebratum a se vt hic, sed aduersus contractum ab alio ex causa absentie sic, vt l. proxim. ff. ¶ Opp. j. tit. j. l. fin. Sol. vt dicam ibi.

LEX VIII.

¶ Ancimus. Sola militia non est causa concedendi restitutionis, sed occupatio
circa militares expeditiones, hoc dicit.

D.

De vxoribus militum, & eorum, qui Reipublicæ causa absunt. Rub. LII.

LEX I.

TEmporalibus. Mulieres absentes cũ suis viris, restituũtur, vt sui viri. hoc dicit hec lex & sequens, qz totus iste tit. idem dicit.

LEX II.

TIque. Hec lex est difficilis. & habet plures lect. Breuiter dicit, quod mulier debet restituere pretium ad hoc vt possit recuperare rem. contra. ff. de rei ven. l. emptor. & qõ ibi no. Sl. huius tẽpore legitur hanc legẽ pluribus modis. Uno modo qõ pretium hic redditur ab ipso venditore, non a muliere. Alio modo qõ reddatur ab ipsa muliere, & tunc oportet te intelligere qõ pretiũ fuit in eius vtilitatem conuersum, vt not. in d. l. empt. sed tunc est videndum quomodo fuit facta hec venditio, quod pretium verteretur in vtilitatem mulieris. Dicunt quidam, qõ procurator generalis mulieris vendidit rem eius fraudulõse pro modico pretio, & conuertit in vtilitatem mulieris. Et ista intelligunt hanc l. & vide glo. super verbo. pretio. iunxit hec gl. secundũ hanc lec. qõ procurator generalis vendidit dolose. non transit rei dominium, nisi secuta vsucapione. & præscriptione, vt hic in ter. in fin. quod etiã ter. tenet alibi in l. ii. ff. si procurator. ff. pro emp. Sed contra hanc videtur s. rit. pro. l. que a patre, vbi restitutio non conceditur aduersus cõtractum. Solu. Ibi fuit cõtractus celebratus ab ipso absente. hic ab eius procuratore. Alij legunt hanc legem qõ hec venditio fuit facta a creditore mulieris. & est satis bona. Alij dicunt tres esse casus. aut venditio fuit facta bona fide, aut mala fide, que põt probari, aut mala fide que non potest probari, isto tertio casu loquit hec lex. Sed istud est truffa, qz mala fides, que non potest probari, est perinde ac si non esset, vt l. duo sunt Titij. de testa. tut. Tene ergo vnam dictarum precedentium, quam vis.

De temp. in integ. resti. tam mino. &c. Rub. LIII.

LEX I.

TRibis. Quando vna causa petende restitutionis succedit post aliam, tempus petende restitutionis nõ currit. h. o. Opp. & videtur & hoc lex sit superflua per tres sequẽtes. Sol. Non est verũ, iam hic loquitur quãdo vna causa restitutionis succedit post aliã in eadem persona. lex sequens loquitur quando vna succedit post aliã in diuersis personis. in aliis duabus videbitis differentiam. vt j. dicam. Opp. secundo. hic dicitur. qꝙ tempore absentie potest restitutio impetrari. Istud videtur continere repugnantiã. qz sic absens non potest esse in iudicio. Solu. Intellige qõ per procuratorem potest. Opp. absenti causa Reipublice currunt tempora, vt s. ti. ii. per totum. Sed hic dicitur, qꝙ ipso iure non currit, quare male. Solu. dicunt quidam quod hic currit ipso iure, sed restituitur, & sic habitur restitutio. vt possit impetrare restitutionem. non obstante cursu temporis. Glos. hoc reprehendit. & bene, qz est speciale in tempore restitutionis. causa vitandi circuitum. vt minori vel absenti non currat, & ita debetis intelligere materiam hanc. Item oppoñ. quod tempus petendi restitutionem in integr. est continuum, vt j. eodem l. ũ. ergo currit in absentia. Sol. Non est continuum quo ad omnia, quia tempora minoris etatis, & absente subducuntur.

LEX II.

Intra legitimum. Si minori succedit maiori causa militie absenti toto tempore minoris etatis tempus petẽ de restitutionis non currit. hoc dicit.

LEX III.

Intra annos. Ista lex potest summari vt precedens, & quero, in quo differt hec lex a prima. Certe in hac lege ponitur de minore qui est adhuc intra tempus restitutionis, de quo ibi nõ dicitur. Ponitur etiam hic de minore, qui minori effectus est miles, & in hoc concordat cum illa, &c.

LEX IIII.

Ex persona. Quãdo vna cã restitutionis succedit post aliam, tunc tempus non currit in eadem persona, & heredibus prodest. h. o.

LEX V.

1 Tempus petende restit. in integ. quanto tempore duret.
2 Minor succedens maiori quando restituatur.
3 Maior succedens minori an restituatur.
4 Hereditate iacente tempus petende restitutionis quando currat.

TAque. Ista est bona lec. In minori etate nõ currit tempus petende restitutionis, sed superueniente maiori in eius persona. vel in persona successoris incipit currere. Mo. principium huius legis. in quo est dare vnũ casum. qꝙ tẽpus pẽtẽde restitutionis durat quinque annis. Alij casus sunt clari. Circa hãc legẽ queritur. quãdo minor succedit maiori, quando aliquod tempus residuũ ei currere incipiat. Gl. de hoc disputat. quod fuerũt opin. tene illã quod currat perfecta etate. ne alias esset dare quod minor restitueretur ad restituẽdũ. vt habuistis s. eo. l. j. & hic. Quero secundo, quid si maior succedat minori. Iste casus non est inter. Ratio, qz est indubitabilis. Dicit glo. ego circa istum casum facio dubium, nam quando maior succedit minori, tempora nõ currunt iacente hereditate, vt hic. & in fi. potest esse ratio, quia hereditas iacens repræsentat personam defuncti, vt l. hereditas. de acq. re. do. & l. mortuo. de fideiuss. sed defuncto nõ curreret tempus si viueret, quia minor erat. ergo &c. Sed quando maior succedit maiori est dubium an iacente hereditate currant tẽpora. Et videtur quod sic, vt l. ceptam. de vsucap. & l. ũiquam. ſ. vacuam. Preterea. cessat ratio, que est in fine huius legis. nam hereditas iacens hoc casu non repræsentat personam minoris. sed maioris, ergo debet tempus currere. Dico a quod iacente hereditate tale tempus nõ currat, nam tempus necessarie & iuste absentie, de medio subducit. vt j. eo. l. ii. circa fi. Sed 5 iusta. & necessaria absentia est maioris, ergo &c. Ita debes intelligere hanc materiam. nisi poneres qꝙ heres instituitus fraude & dolo, additionem differret. arg. d. cum Sillanianum. ſ. de his quib. vt indig. &c.

ADDITIO.

a POMA. Hereditate. An hereditate iacẽte currat præscriptio, & casu quo currat, an detur restitutio. vide Aler. consil. iiij. vol. ij. & lxxxij. ad finem vol. ii. Bal. consi. clviij. in j. parte.

AVTHENT.

Minori. Ista aut. ponit quedam specialia in ista materia. Opp. quod in minori etate non currit tẽpus petende restitutionis. vt s. eo. l. i. & in hac l. C. Sol. Speciale est hic. & in aut. ista ponuntur ser vel septẽ specialia. vt gl. tua dicit quam vide. Circa istam aut. quero. dicitur hic a tempore nuptiarum. scilicet. contractarum. Et ex hoc sequitur quod vsque ad xxxvij. annum posset differri. Sl. reprehendit. Dic vt habes in ea.

LEX VI.

1 Tempus instantie ex causa legitima prorogatur.
2 Actori potest vti dilatione. que datur reo. & econtra.
3 Si reus vult renũciare dilationi sibi date. an actor poterit illa vti, & sic renunciari possit in eius preiudicium.
6 Dilatio est reciproca. inter reum & actorem.
7 Si minor restituatur vt possit testes iterum producere, ita & eius aduersarius potest.

a PEtende. a Hec est no. & sing. lex, breuiter dicit. Si petitur dilatio, que tempus illatie non excedit. tam actori quam reo cõceditur, quod si precedat, non actori, sed reo conceditur. Poterit tamen * actor vti dilatione * reo concessa. h. o. in summa. Ad euidentiam huius legis scias quod olim erat annus vtilis ad petendum. & intendam restitutionem. hodie est quadriennium cõtinuum. vt j. eo. l. ii.

1 Mo. quod tempus instantie ex legitima causa potest prorogari. Secũdo no. quod actor potest vti dilatione, que datur reo. Idem puto econuerso. l. vlti. ſ. de fru. & lit. expen. Opp. ſ. l. prox.

3 Sol. Illa intelligitur secundum istam, vt ſ. videbitis. Quero, quid si actor dedit libellũ circa principium quadriẽnij. & tantũ fuit dispuratũ super libello. & super legitimatione persone. quod modicum superest ad probationes faciendas. an actori debebit dari dilatio que tempus excedat? ter. videtur hic velle qꝙ non simpliciter. Dicit enim actori denegari. Hoc etiã videt velle gl. que dicit duo sufficere. Primũ, vt denegetur, secundũ quod in continio petatur, & tempus transcendat. Ita dicit gl. super verbo, quippe. sed hic iunt duo. ergo &c. communiter determinatur cõtrarium, per rationem que hic ponitur in ter. Ratio, quia quando actori denegatur, est propter negligentiam suam. quia est in arbitrio eius quãdo agat. Si igitur cessat ista ratio. cessabit ista lex. Et sic si in actore esset eadem ratio que in reo, esset idem ius. Pro hoc videtur ter. in l. quum 4 quaginta. & l. si cum ipse. de exusat. tutor. Quero vtrum hoc idem sit in tempore instantie cause principalis. Respond. breuiter quod non, vt l. properandum. de iudicijs quasi per totam legem, & maxime in ſ. fina. Ratio differentie est, quia hic perempta instantia, perit instantia & causa, sed in causa principali perempta instantia remanet ius primum. vt possit eam de nouo inchoare. Si 5 mile vidistis in causa appellationis. & idem ſ. de temporibus ap-

pella,auth.si appellatione. ¶ Quero.dicitur hic, qs actor pos-
b test vti dilatione concessa reo.quid si reus vult renunciare dilatio
ni sibi date.an actor poterit ea vti? Doctor.dicunt hic q sic, per l.
si post morte.§.fi.ff.de contratab. Non obstat.ff.de mino.l.si iuder
circumuento.qz ibi loquitur in beneficio restitutionis,q est de iure
speciali,qs facilius tollitur quam ius cōmune secundum eos. Ja.
de Are.vt colligitur ex dictis suis in d.l.si post mortem.dicit con
tra quod quādo aliquis habet priuilegium a me.si quidē vult vti
contra me.inuito me non pōt.vt d.l.si iuder circumuēto.z l.amicis
simos.ff.de excu.tuto. Sed si vult vti contra alium.pōt me inuito,
vt d.l.si post mortē.ita in proposito.si actor habet istud ius ex per
sona rei,non potest vti contra ipsum reum eo inuito. vt d.l.amis
cissimos.z d.l.si iuder circumuēto. Contra hoc facit §.de fruc.z lit.
erpen.l.fin.Soln. Ibi aduersarius volebat vti priuilegio, merito.
alius vtitur cōtra eum.sed questio nostra presupponit.quādo suo
beneficio.hoc est.sue dilationi volebat renūciare.predicta vera re
integra. nā re non integra, postquā forte actor declarat articulos
ad probandum.vel fecerat citari testes ad examinandū, tunc non
6 est locus penitētie.vt l.si pecuniā.ff.de cōd.ob cau. ¶ Et per hāc
legem dicimus.q licet reo cōcedatur vna dilatio plus quā actori,
c vt l.in pecuniarijs.ff.de fe.tamen actor[c] poterit vti ea per hāc legē.
7 ¶ Item per hanc legem dicunt quidam,qs quando minor resti
tuitur post testium presentationem.vt possit iterum testes produ
cere.q illa restitutione poterit vti aduersarius suus,z iterum pro
ducere testes.quod tamen examina latius,vt dixi in l.j.§.nuncia
tio.de oper.noui nun.

ADDITIONES.

a AND.BAR. ¶ Petende. Vide istam legem declaratā per Inn.
z alios in c.de causis.de offi.dele. P.PAV.P. ¶ Petende.istam re
gulam q dilatio facta reo fiat communis actori.limita non procē
dere quando actor semel renūciasset probationib.tertius est quem
ponderat Ang.in §.qz vero.in auth.de testi.vide Fel.in c.de testi.
in ij.no.extra de testi.z ad finē. Ibi etiaz de alia limitatione. Itē vi
de ad istam regulam id q dicit Are.in l.sed si de sua.de acq.here.
voluit.q sicut data reo dilatione,pōt z actor probare,idem erit si
reus non petat dilationem ad probandum,sed opponat aliquā ex
ceptionē.que probet ex iuris presumptione,qz poterit actor licet
exclusus a probando probare cōtra talem exceptionē,vt per eum.
¶ Pro concordia aduerte q dilatio tertia,quando petitur in
criminalib[a] z est cōcessa reo,pōt accusator inuito reo ea vti. Bar.
in l.si post mortem.§.fi.ff.de contratab.contrarium tenere assega
tur hic in hac l.petende.z in l.si iuder circumuēto.ff.de min. Tu dic
in d.l.si iuder. Bar.formal q.sed non decidit.in hac vero l.petēde.
potest intelligi secundum distinctionem hic positam.scilicet.an re
integra.z procedat negatiua ante re non integra z procedat qs
dicitur in d.§.fi.vel etiam posset intelligi secundum dist. Bar.in d.
§.fi.an dilatio fuerit data ad petitionem rei vel non, dic vt ibi per
eum. Adde ad do. Jas.in l.si arrogator.ff.de adop.qui relatis opi.
dicit istam esse communem sententiam.

* CLAV§. DE SEISS. ¶ Vti dilatione. Istud limitat Bart.in
l.j.§.nuntiatio.in fi.ff.de nou. oper.nuntiat.

b P.PAV.P. ¶ Quod actor. Contrarium tenet Bal.Pau.de Cast.
z Mod.hic.z Bal.in l.si arrogator.de adop.vbi etiam gl.z Bar.
Limita tamen istud procedere in dilatione concessa de iure com
muni,secus si speciali fauore puta minori.Bal.in l.postquā liti.C.
de pactis respondens ad l.si arrogator.

c POMA. ¶ Tamen actor.vide.z limita vt colligitur ex dictis per
Jas.post alios in l.admonēdi.in ij.gl.tertio intellectu in ver.tu au
tem subtilius potes elicere ex verbis.ff.de iureiu.z vide Bal.in c.
si autem.de rescript.

LEX VII.

2 ☞ Ex diuersitate locorum non debet induci diuersitas iuris.in
nume.7.
3 Tempus minoris etatis,z absentie,subducitur de quadriennio.
4 Minor quando restituatur in his,que facit intra quadriennium.
5 Tempus petende restitutionis,an sit continuum.
6 Tempus redhibitorie,vel quanto minoris,an dicatur vtile vel cō
tinuum.
8 Tempus restitutionis quotuplex sit,z an sit vniforme.
9 Tempus petende restitutionis,quando sit quadriennii,z quan
do biennium.
10 Prescriptio si incipit a minori etate,z completur in maiori,tem
pus restitutionis petende,quando incipiat currere,z an detur re
stitutio.

a Peruacuam. [a]Hec est bona lex. Pro an
no vtili datur hodie qua
* driennii *continuum.de quo minor etas,z iusta absentia
1 excipiuntur.h.d. ¶ Not.qs Italia dicitur prouincia.tamen stri
2 ctius accipitur,vt videbitis in li.j.de prescr.long.temp. ¶ Se
cundo no.quod ex diuersitate locorum nō debet induci diuersitas
3 iuris. ¶ Tertio no.quod tempus minoris etatis, z absentie,subs
ducitur de quadriennio. ¶ Oppo.quod illud quadriennium non
sit priuilegiatum.vt l.doli exceptio.ver.diuersum.ff.de noua. Sol.
Dicit gl.fateor quod nō est priuilegiatum,sed priuilegiate rei da
4 tum. Vide gl.super verbo,continuum. ¶ Ho.ex hac[b] glo.quod in
b his que minor facit intra quadriennium non potest petere restitu
tionem in integ.vt d.§.diuersum. Fallit in l.in.de repu.her.z ibi est
singularis casus,in quo no.quod minor restituitur in his que facit
in quadriennio.post perfectam etatem. ¶ Opp.secundo quando
c tempus[c] est continuum currit omni tempore, vt l.j.ff. de diuersi.z
temp.prescr.sed hic in prin.dicitur quod est tempus cōtinuum. In
fi.dicit.quod non currit tempore minoris etatis, vel absentie.quare
male. ¶ Quis[c] timor facta est hic additio.que est §.gl.mag.que
5 gl.est satis clara. ¶ Et dicit breuiter tempus restitutio.petende non
est continuum quoad omnia,sed quoad quid.Et istam eandem gl.
habetis de diuer.z temp.prescr.in rub.z l.j. Bl. dicit hic aliqua de
6 quibus alibi dubitatur,scilicet an tempus redhibitorie,vel quan
to minoris sit vtile vel continuum.Et vide gl.quia in d.l.j.cum seq.
z in l.annus.de calum.sunt gl.concordantes. Bl.tangit istud in rub.de
diuer.z temp.prescr.z ibi dixi. z examinatur in l.cum ser.ff. de edil.
edi. ¶ Oppo.z videtur q ex diuersitate locorum inducatur diuer
sitas iuris,vt ff.de eo quod certo loco.l.ideo.de offi.proconsl.j.z ij.
7 ¶ Bl.non soluit. Dicas q quandoqz ex diuersitate locorum indu
citur diuersitas rationis,z tunc inducitur diuersitas iuris, vt l.j.
de dila.l.pretia.ff.ad l.Fal.z l.fi.j.de testa.z j.qui num.lib.l.j. Si ve
ro non inducitur diuersitas rationis, non debet induci diuersitas
iuris,vt hic. ¶ Opp.ff.eo.ti.aut.si minor. Sol. Ibi est casus specia
lis. ¶ Opp.ff.ex quib.cau.ma.l.sed z si per pretorem.§.si ferie,z §.
quoties. Bl.huius timore loquitur hic multū inuolute super ver
bo,continuatio,z in hoc sunt multe opin.quas tamen examinabo
tibi tantum,q eas clare habebis. Debes scire,z hic aduerte,quia
8 subtilis passus est, quod duplex est tempus. Primū est tempus,
ad quod quis petit se restitui. Secundum est tempus, intra quod
quis petit se restitui. Primum est vniforme, quia ad tantum tem
pus quis petit se restitui,in quanto tempore fuit lesus.z nō vltra,
vt ff.ti.ij.l.quod tempore. Secūdum tempus est.intra quod illud,
etiam est duplex. Nam quoddam est tempus.intra quod debet res
stitutio postulari,z terminari.quoddam est.intra quod debet pro
poni. Primū est semper vniforme,quia debet terminari intra qua
driennium cōtinuū,vt hic.fallit in casibus,vt ff.l.priori.z aut.si mi
nor. Secundum tempus intra quod debet proponi, z in hoc sunt
opin.etiam. Veritas est hec quod si quidem aliquis leditur ex con
tractu, vel sententia tempus proponende restitutionis est vnifor
me,scilicet,quadriennium,vt hac l.Si vero leditur ex cursu tempo
ris,si quidem tempus lesionis est plus quam quadriennium.idem
potest proponi, vt hac l. Si vero tantum tempus quo est lesio, est
minus quadriennio, tunc debet de necessitate proponi restitutio
intra tantum tempus,quantū est illud tempus lesionis,z non vltra,
vt d.l.sed z si per pretorē.§.si ferie.z §.quoties.no.in l. interdum.ff.
de mino.licet quidam alij dixerint contrariū. Et per hoc apparet
quod si aliquis est lesus in x.diebus.qui dantur ad appellādum.fi
nita etate,minor debet restitutionē proponere intra x.dies.que ta
men proposita posset durare quatuor annis. Et idem si aliquis est
lesus in vna die, finita etate,vel absentia, deberet in die propone
re,que posset quatuor annis durare.vt ff.dixi. Ita tenet gl.expresse
in l.diuus.ff.de in integ.resti. Ratio huius est, qz tempus negligē
tie postquā cessat impedimentum,absorbet illud tempus quod de
bet restitui. Ita etiam sentit hic gl.tua,quā vide super verbo,cōti
nuatio. Canonistę tamen videtur aliter sentire.vt de in integ.resti.
c.j.in cle licet credam eos non bene dicere. ¶ Oppo.de l.fi.j.de an
na.except. Sol.Fallit hic.quia per litis contestatio.actio non per
9 petuatur. ¶ Item opp.z videtur quod nō sit quadriennium, sed
biennium.ff.de dolo.l.ij. Solu.in restitutionibus que petuntur per
officium iudicis.semper est quadriennii, vt hic.in illis que petun
tur iure actionis,sunt cōstituta alia tempora, vt ff.de dolo.l.ij. z §.
quod me.cau.l.si per vim,vel metum. ¶ Item opp.de l.intra vtile.
ff.de mino. Sol.ibi non prorogatur tempus. propter malitiam ad
uersarij appellātis. ¶ Opp.ff.l.priori. Sol. Ista determinatur per
10 illā. ¶ Queritur quid si prescriptio fuit incepta in minori etate,
completa in maiori,quando incipit currere tempus petende re
stitutionis. Quidam dicunt.quod tūc restitutio non habet locū.si
cut dicimus quando prescriptio completur absente reuerso.vt ibi
dixi ff.ti.ij.l.quod tempore,secundum quorundam opinio. Sed
posito quod restitutio habeat locum secundum opin. nostrarū gl.
z veram.quero quando incipit. Bloi.hic dicit quod prescriptione
finita,non ante.licet quidam contradicant. Vide glo.super verbo,
illuserit. Bloi.examinat latius istum passum. Institut.de actio.§.
rursus. z l.ab hostibus.§. sed quod simpliciter.ff. ex quibus causis
maiores.z similiter videtur istud idem tenere, quod a tempore le
sionis complete,perfecte incipit currere. Contra istam opinionem

dolo

t olo. l. j. ſ. idem Pomponius, vbi dicitur quod actio de dolo exclu
ditur per aliam actionē, que competit, z ita videtur, quod hec re
ſtitutio extinguatur per aliam actionem, qui habuit de iure cō
muni reuerſus ante vſucapionem completam, ſed forte aliud eſt in
actione de dolo, que eſt magis odioſa, quam iſta reſtitutio, vt d. l. j.
z ſeq. Putarem pro modo ſalua meliori deliberatione, quod ſi qui
dem ad complendam vſucapionem, ſeu preſcriptionem ſupererat
tantum tempus, quantum eſt quadriennium, vel plus, quod reſti
tutio extinguitur, ratio, quia ſicut quadriēnium extingueret bene
ficium reſtitutionis iam competens, multo magis impedit naſcitu
rum, vt l. patre furioſo, de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Dicam alibi
plenius de iſto paſſu. ¶ Ultimo querit gl. an quod hic dicitur de
quadriennio habeat locum etiam in actione reſciſſoria, ſicut in offi
cio iudicis reſcindenti. Dicam vobis j. ti. j. l. fi.

ADDITIONES.

P. PAV. P. ¶ Superuacuam. No. circa iſtam materiam quod ſi
aliqua leſio obuenerit minori in iſto quadriennio, non daretur re
ſtitutio. Vide Alex. conſi. xxj. in prin. Item no. quod iſtud quadrie
nium a ſui principio eſt vtile, adeō quōd non currit niſi a tempore
ſcientie leſionis, vide Alex. in conſi. j. in iij. volu. in conſi. lxxj. ad fin.
Item no. quod iſtud quadriennium in eccleſia non currit durante
prelatura illius, qui damnoſum contractum fecit. Vide Alex. cōſi.
viij. ad ſi. in iij. vol. Item quod nōn currat ignoranti, vide Alexan.
conſi. lxxiij. z conſi. iij. in ſi. vol. z conſi. ccxxxj. z conſi. ccxvj. ad fin.
vide etiam de materia do. Franc. conſi. xv. ad ſi. Item an poſt iſtud
quadriennium eccleſia reſtituatur vide Rom. conſ. cxxiij. Item an
eccleſia reſtituatur aduerſus preſcriptionem de equitate canonica
vide Bar. in trac. differentiarum inter. ꝛc. in c. j. de preſc. quod qua
driennium eſt vtile a prin. Item quod petens reſtitutionē habeat
fundatam intentionem eo ipſo quod probat ſe fuiſſe minorem tem
pore contractus, licet non probaret ſe nunc eſſe in tēpore quadrie
nij. quod datur ad petendum reſtitutionem, vide Aret. in l. ſi te mi
norem. ff. de in integ. reſtit. per illum ter.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Quadriēnium. Quando z quibus ca
ſibus non currat iſtud quadriennium, vide Felx. in c. j. de preſcrip.

b AND. BAR. B. No. ex hac. Adde l. doli exceptio. ff. diuerſum.
ff. de noua. Fallit in caſu l. ſi. in fi. ff. de repu. her. z adde Bar. in l. ab
hoſtibus. ff. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quib. cauſ. maio. Vide glo. in
contra. in cle. 1. de in integ. reſti. vide per omnes in c. cum ex literis,
de in integ. reſti. z in d. clem. j.

c POMA. ¶ Quando tempus. Vide Alex. conſi. lxiij. in iij. volu. z
Felin. c. j. de reſcr. vbi pulchre tangit de iſto quadriennio. z Alex.
conſi. lxxj. vol. j. z lxxiij. eo. vol. z Are. xv. Pan. in c. cum ex literis.
de reſti. in integ. z Alex. conſi. iij. vol. ij. in fi. vbi dicit quod hoc qua
driennium eſt vtile, z ideo non currit ignoranti. Et idem dicit conſ.
lxxiij. eo. vol. z ch. rit. in fi. eo. vol. ij. de quo etiam vide Ja. in ſ. rur
ſus. Inſtit. de act. z vide etiam Alex. conſi. xxxj. in fin. vol. v. z cxvj. z
lxxj. ad fi. eo. vol. v. z Bal. conſ. ccxxxvj. in prima parte. z pcij. eadem
parte.

Quibus ex cau. maio. in integ. reſti. Rubr. LIIII.

LEX I.

Ipropter Legatio eſt iuſta cauſa abſen
tie vt reſtitutio cōcedatur. h. d.
¶ No. quod dixi in ſummario. ¶ No. quod qui pe
tit reſtitui aduerſus rem iudicatā, petit inſtauratio
nem iudicij, nō quod ſententia reformetur, ſed quod
de nouo iudicium agitetur. Simile in l. j. ſ. ſi aduer
liber. Bart. in l. j. ſ. ſi aduerſus rem iudicatam. Item not. quod poſ
ſum dicere in libello, peto reſtitutionem reſtaurationis iudicij, vt
integre defenſionibus meis vtar, z vide tex. qui formal libellū, ꝛc.

LEX II.

Idcirco. Vincula[a] publica ſunt iuſta cauſa cō
cedendi reſtitutionis beneficium. h. d.
Glegit iſtam legem duobus modis. Uno modo quod ar
biter ponatur hic pro iudice ordinario, z iſta bona. Alia quod po
natur pro arbitro compromiſſario iuris, z iſta non eſt bona ſecun
dum iſta tempora. Ratio, quia ſententia arbitri non ligat, vt vide
bitis hic j. ti. j. l. j. Daretur ergo exceptio aduerſus petitionem, nō
quod reſtituatur ad aliud, tamen ſecundum iura hodierna, an ex
ſententia arbitri poſſit oriri actio, videbitis in l. cum antea. j. rit. j. l.
ij. z ſic poſſet procedere iſta lect. ꝛc.

ADDITIO.

a ¶ Vincula. Adde q̄ Pau. de Caſt. dicit, dum gl. loquitur de ſen
tema lata contra exiſtentē in carceribus, quod Florentie fuit ma
gna differentia. per ea que dicit Bar. in his qui reus. de publ. iudi.
vide dicit ipſe q̄ bene eſt, vt citetur ad domum, z ſi nuncius refe
rat quod citauit, valeat ſententia, quia poteſt eſſe ignarus quod
fuit in carceribus, ſi vero referat quod citatus eſt in carceribus,
ſententia non valeat.

LEX III.

In contractibus. Oppo. maiores non
reſtituuntur aduer
ſus contractū, vt ſ. ti. ij. l. que a patre. ij. ſ. tit. j. l. fi. in glo.
ſuper verbo, continuatio. Sol. quod hic nō loquitur de
reſtitutione in integ. ſed loquitur hic de offic. in fic. mercenario, q̄
actioni deſeruit. Et ita intelligit gl. tua hanc l. Tu vero poſſes in
telligere propte, vt faciat ad titulum, quod maiori reſtituitur in cō
tractibus celebratis, nō a ſe, ſed ab alio, puta a creditore ſuo vt l. ſi
cum militari. de reſti. milit. vel a ſuo procuratore, vt ſ. de vco. mili. in
l. ij. ſecundum vnam lect. lec. vel a iudice, ſi inde
ceſſit ad ven
ditionem arg. l. j. z ij. de re mili. z ignorare. z quod ibi dixi. ¶ Sed
tenendo lec. gl. opp. licitum eſt contrahentibus ſe inuicem decipe
re, vt l. in cauſe. ſ. pe. ff. de min. ergo maioribus non ſubuenitur. Hu
ius timore gl. diſtinguit hic. dic vt in ea.

LEX IIII.

3 ☞ Reſtitutio in integ. an z quibus caſtris detur.
5 Eccleſia intra quantum tempus reſtituatur.
6 Reſpublica an vtatur iure pupillorum, vel iure adultorum.

Pespublica. Nō eget ſummario, quia ſeipſam
ſummat. Querit gl. de qua Repu
1 blica loquitur hec lex? Reſpondet quod loquitur de Re
publica romanorum, vt l. cum qui vectigal. ff. de ver. ſig. ad Mace.
l. nihil, ſed tunc querit quid in aliis ciuitatibus? Gl. videtur dicere
q̄ idem arg. ff. eo. l. legatis, z l. ſed z ſi per pretorē. ſ. fi. licet ille leges
loquantur in legatis ciuitatis, nō in ipſis ciuitatib. Finaliter vide
tur tenere gl. q̄ alie ciuitates reſtituuntur. arg. l. Rempu. j. de iure
reipublice. lib. j. Quidam doc. Ultramon. tenent contrarium. Ham
ciuitas continetur appellatione Reip. impropie vt l. ſed z hi qui.
ff. de publi. Sed nos debemus legem intelligere ſecundū propriam
ſignificationē vt l. j. ſ. ſi is qui nauem. ff. de exercito. ergo ꝛc. Quidā
alij doc. tenent opin. gl. quod ciuitates reſtituātur. z probatur per
hanc l. z per l. Rempub. j. de iure reipubl. que loquuntur generali
2 ter. ¶ Preterea lex debet extendi per identitatem rationis. nō enim
eſt aliud mens legis quam ratio, vt vidiſtis in l. non dubiū. ſ. de le
gi. ſed eadem eſt ratio in qualibet ciuitate, que eſt in repub. Roma
norum, q̄ per alios regnantur, ſicut minores regūtur per tutores z
curatores. ergo. ꝛc. Preterea propter vnū quodq; tale, z illud ma
gis. ſ. de ſac. ſanc. eccle. auth. multo magis. Sed legati ciuitatū pro
pter ipſas ciuitates habēt beneficium reſtitutionis in integ. vt ff.
eo. l. legatis. ergo multo magis ipſe ciuitates. Jac. Bu. dicebat in
dicio meo ſatis bene, poſito q̄ ciuitates non reſtituentur vigore
huius l. q̄ propte non eſt Reſpu. tamen reſtituerentur ex clauſu
la generali, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur. z hoc puto eſſe ve
3 rum. ¶ Item querit gl. quid in caſtro[a], vel in villa, z dicit quod non
debet reſtitui. z vide gl. z ſic videtur q̄ priuilegia conceſſa ciuitati
bus, non cōpetunt caſtris, vel villis, recte dicit. de aliis priuilegiis
tetigi ſ. de ſac. ſanc. eccl. l. ſi. z facit pro iſta gl. quod habetis no. in l. ſi
b finita. ſ. ſi de vectiga[b]. ff. de dam. infec. tamen quantum ad propoſi
tum dicebat Jac. But. q̄ quedam ſunt caſtra, vel ville, que habēt
multitudinem hominum, z habent regi per ſuos adminiſtratores,
z publica negotia non poſſunt eſſe in omnibus vere. tunc in eis eſt
eadem ratio, que in ciuitatibus. Sunt z caſtra quedā, ſeu ville, que
habent modicos homines forte ſex vel decem. z ſic tractant negō
tia communitatis, tanquam propria, z quibet ſcit tota. z tūc eſt
eadem ratio, que eſt in priuato. z ideo non poterit reſtitui. q̄ ſatis
c placet[c]. ¶ Quero, quid in eccleſia. Gl. dicit quod idem. quia per
4 adminiſtratorem regitur. ſicut Reſpublica. q̄ ſatis placet. Habe
tis tex. omnes plenos de hoc extra de in inte. reſti. in antiquis. z in
5 vj. z in cle. ¶ Quero, intra quantum tempus reſtituatur? Quidā
dicunt, quod perpetuo, ergo ſibi nunquam currit tēpus. Gl. dicit,
intra quadriennū, vt j. de ſent. aduer. ſi. l. j. lib. x. Tu habes de hoc
ter. in c. j. extra. de in inte. reſti. li. vj. vbi vide quid de eccleſia. ¶ Di
6 citur hic[c] quod Reſpub. vtitur iure mino. quero quorum minorū,
an iure pupillorum, an iure adultorū. Gl. que eſt hic, videtur velle
quod iure pupillorum. Et vide gl. ſecūdam. De hoc dicam tibi alī
bi adhuc hoc anno, quia ſunt quidam ter. z quedam gl. que viden
tur ſibi contradicere. Ad idem facit l. Remp. j. de iure reipu. lib. xj.

ADDITIONES.

a P. P A V. P. ¶ Quid in Caſtro. Vide Ro. conſi. ccccxxiij. vbi etiā
ponit an detur vniuerſitati contra aliam. quod etiam villis z com
munitatibus detur reſtitutio. vide etiā Lomen. in conſil. clviij. in j.
dub. prope fi. vbi dicit pcedere hoc precipue ſi cōmune ſit magnū.
Sentit etiam idē ſi non eſſet magnum, dummodo non ſit minimū,
propter illud quod dicit hic Barto. Et vide Abb. in c. j. extra de in
inte. reſt. vbi etiam ponit quid in villis. z caſtris z collegijs vel ho
ſpitalibus. quod opin. Bar. z Ja. Butr. ſit communis, vide etiam

Soci.consi.cccxcix.in fi.dub.vbi vult.quod detur restitutio etiam si
sindicus cuius culpa esset lesa,esset soluendo:sed contra hoc facit,
quia ista restitutio videtur dari ex clausula generali, si qua mihi in
ista causa.vt per Bar.hic.z Pau.de Cas.in d.consi.cccxvij.z Abb.
in d.c.j.z Sali.hic.quo casu non videtur dari restitutio nisi in subsi
dium quando non sunt soluendo hi quorum culpa data est lesio,z
vt videtur velle Bar.in l.si infante.ad fi.C.de iure delib. De quo la
tius scripsi in Repertorio in verbo.restitutio.Et quod villis,z cõ
muniratibus detur restitutio solum ex clausula generali, vide etiã
Soci.consi.cxciij.vbi dicit istam esse communem opinionem.

b P. PAV. P. ¶ Electigalibus. Vide ibi Alex. z vide etiam in d.l.fi.
C.de sacrosan.eccle.

ALEX. ¶ Satis placet. Vide Pau.de Ca.hic z Jo.And.in ad
di.ad Spe.in tit.de restit.in integ.

LEX V.

1 ¶ Actio vtilis rescissoria, an sit proprium nomen actionis, vel
sit adiectio.

2 Actio vtilis rescissoria,quare sic appellatur,z q̃n nascatur.nu.5.

3 Actio vtilis rescissoria,quando dicatur datiua vel natiua.

8 Dominium directum,an ita tollatur per prescriptionem sicut per
vsucapionem.

9 Actio licet tollatur ipso iure per prescriptionem xxx.anno. tamen
obligatio non tollitur.

11 Actio vtilis rescissoria,quanto tempore tollatur.

12 Annus qui datur in iudicio rescissorio, incipit currere a die resti
tutionis habite.

14 Actionis persecutorie quando sint perpetue.

¶ Ab hostibus. Ista lex est multum difficilis,z habet multum subtile z difficilem materiam. Breuiter dicit.restitutione habita, competit vtilis rescissoria,que anno finitur.h.d. Ad euidentiã premitte qd sit fictio postliminij,z qd sit fictio legis Cornelie. ¶ Oppo.i.communia de suc.l.seruus. Sol. Hic illi qui decesserunt apud hostes,habent successorem.propter duplicem fictionem, scilicet, postliminij.z l.Cornelie,vt hic apparet ex tex. Sed contra hoc,due fictiones non possunt circa idem concurrere,vt j.de do. promis.l.j. Solu.hic non concurrunt circa idem,quia lex Cor̃ne. fingit circa viuos in captiuitate,postliminium fingit circa filium reuersum. ¶ His premissis, venio ad declarationem materie huius l. Primo quero,que est vtilis actio, de qua loquitur hic. Respondet vtilis rescissoria.z ita dicit tex.in l.ab hostibus.j.de capti.z postliminir.re uer. ¶ Quero, vtrum istud sit proprium nomen actionis, an sit
1 adiectio? Bl.in l.ab hostib'. fi.sed quod simpliciter.ff.e. dicit quod
a est adiectio. sicut dicimus de adiectione de peculio,tributoria,in stitoria,exercitoria,z similibus. Nam illa actio antiqua per vsucapionem sublata est.ista que restituitur vtilis, appellatur vtilis res
4 scissoria. ¶ Quero quare appellatur vtilis rescissoria? Respon
3 detur, vt alias dixi vobis, q̃ nomina verbalia possunt accipi actiue, z passiue.vt l.filiusf.ff.de testa.z l.ij.ff.de duob.reis z in qualibet earum no. Unde rescissorium posset appellari iudicium de in integr. restit.cum obstaculum vsuc.vel aliud rescinditur, z tunc diceretur actiue. Item passiue cũ officium rescindit.restitutione habita,z data antiqua actio sublata vtilis,z ista actio restituta vtilis appellatur rescissoria,quia circa eam est facta rescissio. Sed contra, facit iste text.qui dicit,exẽplo vtilis actionis.etc. Hã ex hoc paret,quod alia actio est ista que restituitur,alia illa vtilis que restituitur, quia
4 nihil est exemplum sui ipsius, z nullum simile est idem, † vt l.quod nerua.ff.depoñ.z aut.si quis in aliquo.ĩ.de eden. Huius timore gl. exponit istum tex.tribus modis,quos vide,vt in glos. ¶ Quero,
5 quando nascatur ista actio rescissoria. Respon.due sunt opi. Una, quia statim finita absentia nascit, licet metticax, donec pretor per restit.in integ.insufflet in eam spiraculum vite, sicut dicunt natura
6 les Philosophi,de leena, † que parit frustra carnium,z per clamorem quem facit super eos,inspirat in eos spiraculum vite,z viuificantur. Alij dicunt quod ista rescissoria non competit, nisi in integrum restitutione prehabita,z ista est vera.quam tenet gl.in l.si ab hostibus.j.sed quod simpliciter,z probatur ex isto tex. dum dicit, in integrum restitutis. Probatur in l.in honorarijs. versi. sed cum rescissa.de actio.z obligatio. vide gl. tuam in fine. que tangit istas
7 opin.tene opin.gl.in j.sed quod simpliciter. ¶ Quero, vtrum ista rescissoria sit natiua, vel datiua. Bl. nostre subtiliter sunt locute, z dicunt, Quandoque vsucapitur res mobilis,per quam vsucapionem,queritur dominium directum, vt l.traditionibus.ĩ. de pact. Cum ergo prima actio sit totaliter sublata,ista que restituitur erit datiua,non natiua. Si vero est prescripta res immobilis,tunc per prescriptionem non tollitur dominium directum,sed queritur vtile prescribenti,vt in authen.nisi.z ibi per gl.plene. de bon. materni, tunc restitutio tollit de medio obstaculũ prescriptionis, per quod paratur exceptio contra vendicationem, z ista actio erit natiua, scilicet,er dominio directo,quod residet penes istum restituturn.z restitutio solum exceptionis obstaculum subtulit, z idem in prescriptionibus que currunt contra actionem. Nam actio non tollitur ipso iure,quia tempus non est modus tollendi, vel inducendi obligationem.vt l.obligationum fere.j.placet.de actioni.z obligationi. Unde per istam restitutionem tollitur solum exceptio, que erat parata contra actionem, z intentabitur actio prima directa.
8 Ita sentit gl.hic,z in j.sed quod simpliciter. Altram. dicunt † quod etiam ita per prescriptionem tollitur directum dominiũ,sicut per vsucapionem,z ideo dicunt quod etiam in re mobili prescripta locus vtili rescissorie,que dicitur datiua.tamen istorum opi. reprobamus,vt dicam in authẽ.nisi.de bo.ma. Item dicunt quod quãdo prescribitur actioni prescriptione xxx.vel xl.annorum.tollitur ipso iure actio.probatur in l.omnes.de prescri.xxx.ann.z sic dicunt esse
9 locum vtili rescissorie,quam dicunt simpliciter datiuam. Vide uerte,rogo te,licet propter prescriptionẽ xxx.vel xl.ann.actio ipso iure tollatur,vt d.l.omnes.tñ non tollitur obligatio,vt d.l.obligationum fere.j.placet.de act.z oblig. Si ergo lex non restituit illam actionem tam mortuam, cum reperiat viuam obligationem eius matrem,dicemus istam natiuam.non datiuam. quia habet matrem ex qua oritur.vt l.iurisgentiũ.j.ff.de pac. sicut videmus in Christo,qui resuscitauit filium matris sue, dicemusne illum resuscitasse sine matre? Certe non,ita actio resuscitata diceretur natiua, non
10 datiua. Aduerte tamen, † quod vbicunque in actione reali ego appellaui eam natiuam,seu datiuam, non intelligatis eam natiuã a matre obligatione,quia actio.in rem non oritur ex obligatione,vt Justi.de act.j.i.j.l.priori.sed pro tanto appello eam natiuam, q̃ habet materiam subsistẽtem,ex qua oritur dominium, z possessio,
11 vt videbitis j.l.priori. ¶ Hoc premisso, quero,scilicet quanto tempore tollatur ista rescissoria. Bl. dicit. quadriennio. Idem dicit Ti. tit.priori.i.fi. Et vide istas gl. Ego dixi vobis quod duplex est iudicium. Est iudicium rescindens.z iudicium rescissorium. In iudicio rescindente est propositum quadriennio.vt l.fi.C.ti.j. In iudicio rescissorio.est propositus ann' vtilis.vt hic,z in l.in honorarijs.versi.sed cum rescissa.de acti.z oblig.hoc non reperio mutatum.ergo adhuc hodie durat anno ergo.etc. quia q̃ non immutatur.etc.vel, precipimus.j.de appel. Nec obstant iste gl.que videtur velle quod tollatur quadriennio.nam fateor quod si per quadriennium quis fuerit negligens in proponendo,z prosequẽdo iudicium rescindẽs impeditur naturalis istius actionis rescissorie. z pro tanto dicit q
12 quadriennio tollitur. ¶ Sed quero a quo tempore incipit currere iste annus. Breuiter secundum opin.quam tenui.incipit currere a die habite restitutionis, quia tunc oritur, z perpetuatur in
13 actio contestatione litis,secundum quod gl.iste dicũt. ¶ Quero, quando ista actio est directa natiua,non datiua, vtrũ tollatur anno vtili. Certe hic est casus q̃ sic. secundum lect. prout loquitur re non vsucapta. Vide gl.tuam. Sed possumus loqui clarius. quãdo actio prima durat per restitutionem. datur replicatio contra exceptionem inductam ex tempore,vel ex pacto. Audistis ĩ.si actuer.trãsac.in l.ij. Dico ergo q̃ illa actio prima est perpetua hodie, sicut erat primo,sed effectus replicationis inducte per restitutionem,finitur anno.sicut actio inducta per restitutionem finitur anno.ita replicatio. Sed de vno est mirãdum,quomodo he actiones prętorie,que sunt rei persecutorie,non sunt perpetue,vt Justit.de perpe.z tẽp.act.z l.in honorarijs.in pri.de act.z oblig. ergo z ista
14 debet esse perpetua? Respon. actiones persecutorie,que dantur a pretore.sunt perpetue.nisi dentur contra ius ciuile,vt d.l.in honorarijs.versi.sed cum rescissa.z ideo redhibitoria, z quanto minoris finitur anno,vel sex mensibus.quia datur ad rescindendũ contractum validum de iure ciuili. Ista ista, que datur ad rescindendum illud, q̃ erat validum,de iure ciuili,finitur anno,etc.

ADDITIO.

a IO.FR. R V. ¶ *Adiectio. Adde quod ita communiter tenetur. vt no. Jas.in j.rursus.col.xvj. Justit.de acti.z ibi vide plene de hac materia per Doct.

---

a De alienatione iudicij mutandi causa facta*. Rub. LV

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Causa facta. Limita dispositionem huius tituli. vt in simi.per Alexã.in l.si finita.j.fi. de vectigalib. ff. de damno infect.

LEX VNICA.

¶ Am in rem. Si res est alienata causa mutandi iudicij. potest agi cõtra alienatorem ex hoc edicto, vel cõtra possessorem actione in rem.h.d.ista no.lex. ¶ Opp. quod imo dominium

parit actionem in rem. vt l.in rem.ff.de rei vendi. Sol. Rei vendi
2 catio habet duo principia formalia. vnū ex parte actoris. z istud
est dominium, aliud ex parte rei. z illud est possessio. vt hic. z ideo
ista duo requiruntur copulatiue. scilicet dominium z possessio. nec sufficeret
vnū z istud vult dicere gl. posita hic. Dicit tū quedam de quasi do
minio. z quasi possessione. que an sint vera. dicā statim. z vide pri
mo gl. in c. q dicit de quasi dominio, videtur contra ti. ff. de publi.
vbi pro quasi domino datur Publiciana, non rei vēdicatio. Et credo
q gl. voluit intelligere quasi dominū. scilicet vtile dominium. de quo loquit
ext. ii. si ager vectl. vel emphyt. per. Item illud quod dicit de quasi
possessione, videtur contra. q. incorporalia quasi possidentur. vt l.
seruus. §. incorporales. de acqui. rer. do. de serui. l. quoties. z tamē
non petuntur incorporalia per rei vēdicationē, sed per cōfessoriā
3 negatoriam. Respon. credo gl. intellexisse quasi possessionē. pro
eo qui dolo desiit possidere, qui conuenitur perinde, ac si possi
deret. vt l. paré. ff. de rei vin. l. is qui dolo. z l. si culpa. vel hoc
dicit pro eo qui habet detentationē tm. vt l. officium. de rei vendi
catione. z ista sufficiant, quantū ad rei vēdicationē. ¶ Op. z videtur q
4 non detur restitutio ex hoc edicto. sed actio in factum. vt ff. eo. l. i. z
l. ex hoc edicto. Solu. Intellige restituitur per actionē in factum.
Quero. quid requiritur vt actio in factū locum habeat. Dic vt in
gl. quam vide. Quero. vtrū contra istam alienationē detur reiuen
dicatio. cum alias quasi dolo desierit possidere. Glo. dicit. q sic. z
bene. z dic vt in gl. ¶ Quero. an per actionem ex hoc edicto tolla
tur rei vendicatio. Gl. dicit quod non. ff. eo. l. iij. §. ex quibus. z ve
rum dicit. qz competunt ad diuersa. Quero. qualiter probatur. qd
dolose alienauit. dic vt nota. per Dy. in c. pro possessore. extra de re
gulis iur. libi. vi. glo. in l. Iulianus. §. quid sit latitare. quib. ex caus.
in possessionē.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Requiruntur. Aliquando tamen rei vendicatio da
tur contra non possidentem, qui tamen sperat de proximo possi
dere. Ita no. Barb. in c. fi. extra de iudi. qz ibi illi Iudices agebant cō
tra illam ecclesiam petitione. q non erat in possessione electio
nis rectoris sed sperabatur de proximo essē per sententiam in fa
uorem illius ecclesie latam a Florentina potestate.

De receptis arbitris. Rub. LVI.

¶ Bl. continuat. vt habetis in ca. Tu potes continuare vt colli
gitur ex his que diximus de pactis. in rubrica.

LEX I.

1 ¶ A sententia. que parit actionem iudicati, potest appellari.
2 A sententia arbitri non oritur actio. z ideo ab ea non appellatur.
3 A sententia arbitri. eo casu quo oritur actio. appellatur.
4 Pactum quod a sententia arbitri possit appellari, valet.

a EX sententia. a Breuiter hoc intendit ista
lex. bona lex. Et sententia. que nul
1 li est. appellari non pōt. Item sententia arbitri lata vl
tra diem cōpromissi. penā comitti nō facit. h. o. ¶ Glo.
2 q ab illa ista pōt appellari que parit actionē iudicati. ¶ Secūs
a nota quod sententie arbitri, meru pene pareatur, non q ex sen
b tētia oriatur actio. b ¶ Nota q a sententia arbitri c non potest ap
c pellari. ¶ Opponitur hic eodem. lege non distinguentes. §. cū quis
dam. Sol. non potest appellari vt hic, qz est introducta quedam
exceptio, que est quedam appellationis species, vt l. contraria,
d ¶ Opp. secundo q ex sententia arbitri oritur actio, vt §. e. l. ne in
arbitris. z l. cū antea. Sol. olim non oriebatur, hodie nc, vt l. contra
e ria. ¶ Quero vtrum hodie eo in casu quo actio oritur a sentē
3 tia arbitri possit appellari? Bl. dicit q non. Iam tunc oritur actio
quando sententia est approbata expresse, vel tacite per curiam r.
dicendum. Aut ergo est approbata expresse, z non pōt appellari, vt
§. de re iud. l. ad solutionē. Aut non, z tunc intra decē dies pōt ap
pellari, qz oritur actio, post decem dies nō posset, qz transactū est
tempus appellandi. Ita dicit gl. tua quam vide, z omnes eam te
nent, z sic pertranseunt omnes doct. Ergo alias diximus in l. nemo pōt.
f mari tacite, ita quod oritur actio pōt appellari quod probo sic,
ab ea sententia que producit actionem iudicati, pōt appellari, vt
hic. sed ista est huiusmodi, ergo, &c. Hec ob. si dicis ante decē dies
non oritur, post vero prouocatur, &c. vt in gl. qz eo ipso quod quis
appellat, approbat sententiam, &c. ita quod ex ea oritur actio, z sic
potest appellari, non enim approbat eam tanquam bene lātā, sed
tanquam ne latam. Simile in l. iij. §. falsus. ff. rem rat. ha. z l. Pom
ponius scribit. ff. de neg. gest. z ibi no. ¶ Ex hoc ter. z ratione ipsi⁹
4 habes vnum notare, z menti tenere, qō cum hodie ex forma statu
torum ciuitatum Italie ex sententia arbitrorum oriatur actio, qō
ab illa sententia pōt appellari, sicut a sententia iudicis. Tene menti.

hoc dico de arbitris, non de sententia arbitratoris. quia arbitra
5 mentum est quidam contractus non sententia. ideo est recurrendū
ad materiam l. si cretarem. §. arbitratorum. ff. pro socio. ¶ Quæ
6 ro vtrum valeat pactū quod a sententia arbitri possit appellari? 6
Dyn. posuit in l. ex consensu. ff. de appel. z quidam habent in l. ne
h mo potest. ff. de leg. i. z ibi videtur tenere. quod tale pactū valeat⁹.
Cyn. hic videtur tenere contrarium. quia per hoc daretur iurisdi
ctio arbitro contra l. priuatorum. ff. de iurisd. omn. iudi. Ego sum
consuetus dicere quod tale pactū valeat in omni casu. Aut enim
loquimur in casu in quo de iure communi potest appellari. secun
dum ea que dixi. z non est dubium. Aut loquimur in casu in quo
a sententia arbitri non possit appellari de iure communi. quia ex
sententia arbitri non oritur actio. z tunc idem. z illa verba quod li
ceat appellare. accipiuntur impropie. hoc est, ad iudicē reclama
re. Quid enim repugnat quod inter me. z te cōuenatur quod sen
tentia arbitri remittatur per iudicem? Certe nihil. non dico quod
a §. Hoc etiam. [a] Qui admittitur cum cautione de rato, non poterit in causa procedere, nisi per principalem de calumnia sit iuratum. h. d. ¶ Op. q procurator, qui nullum mandatum offert omnino repellitur, [b] vt §. de proc. l. j. Sol. Hic protulit se nō probauit perfecte. Hoc vult dicere quedam gl. paruula, que
1 est hic super verbo prolato. Ex hoc † apparet q iste §. nō loquitur in persona coniuncta, que agit pro persona cōiuncta. Hā ille cum ad hoc habeat legitimā personā. vel administrationem. admittere
tur adiurandum, vt §. in. §. q obseruari. ¶ Quero quōmodo intel
2 ligatur in hoc q debet iurare vniuersitas, † vel maior pars. Dicit gl. z bene, q debent iurare illi, qui regunt vniuersitatem, vel maior pars eorū. Inconueniens enim esse, quod si quis haberet litigium
3 cum ista ciuitate q omnes deberent iurare. ¶ Item, † vtrum syndicus [c] possit iurare de calumnia? Certe sic, quia habet administrationem legitimam, modo non dubitetur an sit syndicus vel non.
b ¶ Querit gl. quid in Abbate, [b] an † iuret de calumnia? Certe glos.
4 dicit q sic. Et dic vt in ea, De isto syndico qualiter debet iurare, z respōdere positionib. habes plene in c. presentiū. extra de testi. li. vj.

ADDITIONES.

a AND. BAR B. ¶ Hoc etiam. Sed Guid. de Suza, vult hunc §. loqui etiam sine coniuncta persona, que potest agere sine mandato. si enim is, quem constat habere mandatum, non releuat dominum a iuramento, quanto minus debet ipsum releuare coniuncta persona, que constat non habere mandatum, sed principium legis loquitur q̄ñ coniuncta persona agebat proprio nomine, pro suo interesse, tunc enim debet ipse iurare. non altus. z plus mihi placet.
b ALEX. ¶ Omnino repellitur. Vide Bar. in l. qui bona. §. si alieno. de dam. infec. z in l. ij. in princ. §. eod.
c ALEX. ¶ Syndicus. Adde §. eo. in §. quod obseruari.
d ALEX. ¶ Quid in abbate. Vide que diri post Bald. in l. ij. infra qui accusa. non poss.
1 ☞ Non iurans de calumnia, cadit ab actione per sentētiam, que

fertur lite contestata.num.5.

2 Iurans de calumnia,qui habetur pro confesso,& possit appellare.

4 Nolens respondere positioni,an habeatur pro confesso,& an per sententiam vel ipso iure.nu.5.

a **§. Quod si actor** iurare de calumnia, [a] cadit ab

* actione,*reus nolens iurare habebitur pro confesso,h.d. Dicitur

1 hic,q actor cadit ab actiõe. ¶ Quero,an ipso iure,vel p sniaz certe per sniam,vt habuistis in aut.principales.§.prior. Circa hoc op.& videtur iniquum q3 forte vellet a lite desistere,& l.postquam liti.§. de pac.Sol. Non potest desistere actor,vt in auth.qui semel.§. quo modo & quando iud. ¶ Oppo.§.de iudi.l.properandũ.§.sinautem ex gestis.Sol. Ibi loquitur de absente,hic de presente,& iurare no

2 lente. ¶ Quero.an iste qui habetur pro confesso,possit appellare. Sol.tua dicit.q3 sic,vt l.creditor.§.iussus.ff.de appel. ¶ Item quærit gl.† vtrum ista sententia feratur lite non contestata. Certe non, quia iuramentum calumnie post litem cõtestatam debet prestari.

3 ¶ Quero,vtrum reus semper debeat condemnari. Dicit gl.& bene,quod non,per istum text.qui dicit quod prout rei qualitas suggesserit.forte posito quod habeatur pro confesso,nõ erit efficax ad condemnandum,& libellus stabat,ita quod debeat sequi absoluto

b ria. Quero,vtrum quis possit petere tempus ad deliberandum.[b]

4 Hic vt etiam dixi in §.quod obseruari. ¶ Quero † vtrum ille,qui

c non vult respondere positioni,habeatur per confesso.[c] de hoc fuit magna contentio olim vt refert Lyn.hic,& gl.dicit quod sic in l.certum.in princ.ff.de confess.& per Azonem in summa eo.tit.C. hodie est facta de hoc decre.extra de confessis,c.ij.lib.vj. que dicit, quod

b duo vel tria sunt necessaria,[b] vt quis pro cõfesso habeatur. Primo quod post litem contest.secundo quod fuerit iussus a iudice.Tertio quod sit presens,& interrogetur,quodque absque rationabili causa recusет respondere,& tunc potest haberi pro cõfesso. ¶ Sed

c aduerte,[c] verum eo ipso quod recusat respondere habeatur pro

5 confesso,† an sit necesse quod hoc pronuncietur? Respon.necesse est quod iudex pronunciet eum haberi pro confesso, vel pronunciet eum contumacem in respondendo,vel pronunciet eum sine rationabili causa recusare,vnde oportet iudicem parefacere eius delictum,antequam habeatur pro confesso.Casus est in l.eius qui delatorem.in princ.de iure fisci. Item dico, † quod si iste talis contumax in non respondendo vel non iurando decedit ante istam pro-

f nunciationem, ad eius heredes [f] non transit ista pena,vt habeantur pro confessis.*Casus est in l.eius qui delatorem.in princip.

§. Sienim Hic est quidam versic. qui non eget summario,imo est quedam ratio precedentis. ideo debet legi cum precedenti.

ADDITIONES.

d P.PAV.P. ¶ Calumnia.Circa hoc vide quod singulariter ponit Jas.in repetitione legis admonẽdi.ff.de iur.dicens allegãdo Bal. quod si postquam quis plene probauit suam intentionem exigere tur iuramentum calumnie,& ille recusaret.quod per hoc non haberetur pro confesso,licet tale iuramentum peti possit in quacunque parte iudicij c.j.de iura.calum.in vj. Rationem vide per eum,Super quo ipse dubitat in l.iusiurandum & ad pecunias.eod.titu.vbi etiam ponit aliam limitationem,quod quando est petitum solum a parte,si non prestetur.per hoc processus redditur nullus, secundum Bal.per eum relatum licet alleget alios tenere oppositũ. Et idem Jas.in l.videamus.§.differri.in j.not abil.ad fi.de in lite iuran, refert se tenuisse contra Bald.in dicto §.si alieno.de dam.infect.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Actione. Limitat singulariter Bal.in c.ij.de probat.nih petat iuramentũ,qñ est plene pbatũ per illũ text.

b ALEX. ¶ Ad deliberandum. Adde tamen quod contumax in non respondendo potest purgare contumaciam, licet iste actor sit grauatus in probando,vt dicit Bal.in c.j.de imitte vasal, qui contumax est,alleg. Jac. de Ere.in hac l.& adde quod respondens positionibus.licet non congrue,non debet reputari contumax, secundum Bald.§.ea.l.§.quod obseruari.& vide que ibi dixi. dicit etiam Bal.in d.§.q obseruari.quod contumax in non respondendo positioni nõ admittende nõ habetur pro cõfesso.hic adde Bar.in l.de etate.§.qui tacuit.de interrogato.actio.& dñ dixi q põt contumax purgare moꝛa,vide hic p Bu.de Suza,& do.Ant.in c.pe.extra eo.

c ALEX. ¶ Pro confesso. Sed nõ ipso iure,& hoc etiam tenet Jo. Mo.in d.c.ij post prestitum.de confes.in vj.& hoc sequitur Bal.in c.si vasallus feudum.ij de feu.fuc.contro.q computabitur alia ratione,vt q3 committitur motui iudicantis in d.c.si post prestitum. dum dicit,absq3 rationabili causa,ergo requiritur iudicis declaratio.& ideo sis cautus,q3 si tu es aduocatus eius,qui non respõdet, & causa committatur consulenda,facias q committatur sola diffinitiua,& non interlocutoria,q3 cum sit interlocutum diffinitiue, id posset fundari ratione contumacie.sed altera pars sit cauta, quod faciat committi que sunt partes iudicis. quod tene menti,& sunt verba Bald.in l.constitut.de pen.iud,qui mia.iud.& in l.j.de confes.

d P. PAV. P. ¶ Necessaria. Vide etiam in materia iuramenti de calumnia quod satis sit ipsum prestari quandocunq3 ante cõclusionem in causa.Et quid si reus in ratione libelli petat ne postea detur & instet,an processus sit nullus. Alexand.in l.qui bona.§.si alie. no.de dam.infecto.

e AND. BARB. ¶ Sed aduerte. An autem requiratur citatio in ista sententia declaratoria? Speci. dicit quod non, in titu. de dep̃os.§.viij.ad fin. Sed pro hoc vide Jo.An.in no.vbi de hoc tãgit.

f ¶ Ad eius heredes. Et sic habes hic,quod ficta confessio non nocet heredi. Adde tu ad idem Laufran.de Ozi.in repet.c.quoniam contra falsam.de prob.in versi.responsiones. Philip.de Beru.in c. cum speciali.§.porro,de appel.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Pro confessis In vno tamen habetur pro negante, scilicet vt ex dicta positione negata non posset se iuuare,vt per Bald.& Alex.in l.iij.j.de repud.hered. Aliter etiam limitat & singulariter supradicta in l.sicuti.eod.titu.

2 ☞ Constitutiõ edita ad litis ordinationem, porrigitur ad lites futuras,super factis etiam preteritis pendentibus.

§. Antiqua. Hic §.habet locum in litibus inchoandis post hanc legem,& in pendentibus si partes sunt presentes,alias secus.h.d. Dicunt quidam super verbo.

1 compendiosa. Ro.arg.† pro aduocato,qui dicit se brevia verba dicturum.postea vtitur magna prolixitate verborum.sic j.de usufru

2 l.antiquitas. ¶ Ro.ex isto §.& tene menti† quod constitutio.que respicit litis ordinationem, porrigitur ad lites futuras super factis etiam preteritis pẽdentibus,vt hic vides,&c. ¶ Oppo.de l.leges. §.de legibus vbi lex ad preterita non trahitur. Solu. Ibi loquitur de legibus,que respiciunt litis decisionem,& sic institiam, vel institiam partis,hic de his que respiciunt litis ordinationẽ, seu processum? Nam processus etiam de futuro tenet super causa preterita. Ita dico multum plene in repetitione.l.omnes populi.de iustitia & iur.& perpetuo tene menti,quia quotidie accidit.

Explicit Lib. II.

BARTOLVS
Ad Tertium Lib. Cod.

De iudiciis. Rub. I.

¶ Visis preparatoriis iudiciorum, sequitur videre de iudiciis,& hanc continuationem vidistis §.de pact.super rub.

LEX I.

1 ☞ Conditio actoris quãdo fiat deterior per litis cõtestationem.

2 Stipulatio vsurarum,quando tollatur per nouationem,& num.8.

3 Vsure que currunt post litis contestationem, quomodo petantur in actione,vel officio iudicis.& num.6.

4 Officium iudicis ordinarium concurrit cum actione ordinaria.

5 Reivendicatio,licet sit iudicium stricti iuris,tamen est arbitraria.

a **Iudicio.** gatio vsurarũ cõmissa vel cõmittẽda.h.d. Primo premittit vnã ancedẽs,ex qua sequitur declaratio qõnis. ¶ Secõ ponit ipsam determinationẽ qõnis. Sedã ibi. supest. Quã ponã casum in terminis, primo debetis scire q hec lex variatur duo.mo.principl. Primo,q loquat in stipulatione vsurarũ cõmittẽda. Secõ,vt loquat in stipulatione tã commissa vsurarũ,& iste lec.tãguntr in ij.gl.hui† l. Ite prima subdiuidit in duas. Una q vsure q̃currũt pẽdẽte iudicio, pnt peti vigore eiusdẽ instãte: Alia q noua instãtia opus l.t. Ista tãguntr in gl.super verbo deducti.

b Pone ergo casum fm primã lec. Secz in stipulatione vsurarũ cõmittẽda,que est magis rationabilis. ¶ Ro.per lit.cont.non sit deterior conditio actoris,q apparet, q3 non permittit stipulatio vsurarũ.

1 ¶ Not.q vsure que currunt pendẽte iudicio possunt peti. ¶ Op.

2 quod per litis contesta. fit nouatio, vt ff. de noua. l. alia.sed † per nouationem stipulatio vsurarũ extinguitur. vt ff.de noua. l. nouatione.& l. Paulus,ergo,&c. Vnius tamen oꝛe hec lex legitur duobus modis. Primo q illud quod dicitur in l.contraria, scilicet q tollitur si stipulatio vsurarum,loquitur in stipulatione committẽda. sed in stipulatione cõmissa,& hec est ij.lec.que tangitur in secunda gl. Declara,vt in gl.& in ea non insisto,q3 non habet dubium, vide gl. Alia lec.est quod loquatur de stipulatione vsurarum committenda, tunc ad contrariũ respondeo quod stipulatio vsurarũ tollitur per nouationem voluntariam,sed per litis contesta. nã nouatio necessaria,que non habet nocere actori,vt dicta l.aliam,& de regu.iur.l. non solet,& loquitur hic ita. ¶ Modo ad tertã lec.op.text. immit q

3 iste vsure que currunt post litis contestationẽ debẽt peti nouo iudicio

dicio.contra.qz imo hoc venit in eodem iudicio,vt l.edilles,§.item sciendū.de edi.edi.Huius timoze,sunt hic due lec.Una est qs contrarium fatemur,quod hic pōt conuenīri,scilicet per officium iudicis,vel etiam actione principali quomodo vult.Alij dicunt qs hic debet conueniri,scilicet per officium,vel etiam actione principali,sez in noua instantia,z ista fuit opi.Jo.z ad §.item sciendū.respondet.qs ibi loquitur in iudicijs bone fidei.Vide gl.Cōtra istā relponsionem Jo.videtur casus.ff.de rei ven.l.nō solum.videlicet quod etiam in actionibus stricti iuris,ea que post litem contestatam emergunt,spectant ad officium iudicis.Propter q̄ glo.videtur recedere ab opinione Jo.tenendo q̄ hic pōt peti etiā iudicis
* officio.¶Opp.extraordinarium non concurrit cū ordinario,*vt l.in prouinciali.ff.de no.ope.nū.z l.in causse,la §.ff.de minō.ergo nō debet concurrere iudicis officium cū actione ordinaria.So.Dico qs actio ordinaria non concurrit cum officio iudicis,quod primi
4 paliter intentatur loco actionis,sed cū officio iudicis mercenario sic.Ita loquitur hic,z in d.l.non solū.ff.de rei ven.Ita defendit gl. istam lec.Nos quid dicimus?Breuiter dicamus qs opi.Jo.est verus,quod ite vsure non veniant officio iudicis,sed alia interpellatione opus est,vt ter.hic expresse dicit.§.item sciendum,respondeo modo sin opi.eiusdem Jo.qs ibi loquitur in bone fidei iudicijs,hic in stricti iuris.Nec ob.l.non solū.de rei ven.q̄ licet rei vendicatio sit iudicium stricti iuris,tamen est arbitraria,vt l.in actionibus.ff.de in litem iur.z ideo equiparatur actioni bone fidei.Vel
6 aliter,z melius,z ista est est veritas,sicut Deus est Deus.Quedam occurrunt pendēte iudicio que possunt peti ex natura actionis proposite,tunc possunt ista expediri per officiū iudicis deserentis illi actioni,vt d.§.ite scieudum,z l.non solum.Quedā emergunt pēdēte iudicio,que in natura actionis proposite nō veniūt, vt in casu legis nostre,nam vsure hic debent ex stipulatione vsurarum,non ex natura actionis proposite ad sortem merito p officiū iudicis expediri non poterūt.Casus est hic,z l.Ethems.§.in.cū l. seq.ff.de aqua plu.ar.z l.si qs mussum,§.si.ff.de dā.inf.Ideo opus est alia interpellatione.Casus est hic.Modo habes intellectu huius legis.Nunc veniamus ad gl.mag.¶Opp.quod per litē contestatā fit nouatio,vt dixi,sz per nouationē tollit omnis obligatio, vt l.ff.de noua.Inst.qui.mo.tol.ob.§.preterea,ergo vsurarum stipulatio est perempta.Huius timoze debetis scire q̄ tripler est
7 species nouationis,Una est nouatio que est vnius obligatiōis in aliā trāsusio.atq; trāslatio,z ista fit duob⁹ modis,p stipulationē z per litis contestati,factam cum alio animo nouandi.Secunda nouatio est,ad obligationē noue qualitatis adiectio z ista fit per lit.contest.contra debitorem,z appellatur hec nouatio necessaria, de hac loquitur ista l.Tertia nouatio est prime actionis ad veterem adiectio,z ista fit per sententiam,nam prime actioni adijcitur actio in factum ex sententia.Videamus ergo de effectu istarum nouationum.De qualibet ponit glosſ.per ordinem,ideo vide glo.
in eo quod dicit,per nouationem voluntariam decedit ab obligatione.Sic plene,vt dixi in d.l.aliam.ff.de noua.¶In eo quod dicit, quod per secundā speciem nouationis interrumpitur prescriptio: dicplene vt dixi tibi in l.ff.§.h.pro emp.Dicam in l.cum nouissimi. in princ.§.de prescrip.xxx.ann.z l.nioze.§.de rei ven.In eo quod dicit de actione rescissoria,que perpetuatur,dic verum est in rescissoria,secus in officio iudicis rescindente,vt dixi plene ō.ex quibus
can.mal.fin. Circa tertiam speciem nouationis,in eo quod dicit, quod lata sententia super reali parit vtilem in rem,non est verum, nisi in sententia arbitri,vt l.ne arbitris.ō.de arbi.secus in sententia iudicis,vt l.miles.§.iudicati.ff.de re iud.z tbi dixi,z gl.tangit,z dicam in l.actori.§.de iureiuran. Item in eo quod dicit quod prime
actioni decedit per sententiā,non est verum in vsuris.Nam si quis vellet prima actione agere,posset agere insolidum,sicut prius habuitis no.in l.j.si plur.vna sententia fuer.cond.

ADDITIONES.

a P.PAV.P. ¶Iudicio.Quod sententia lata super principali non tollat,quo minus pena committatur suo tempore,vide Comen. cons.xiij.circa medium.

b ALEX.¶Secundum primam lect.Vide de materia Angel.de Aret.Inst.de act.in §.actionum.

* CLAV.DE SEISS.¶Concurrit cū ordinario. Adde pro hac distinctione,z limitatione Barto.in l.in prouinciali.§.j.ff.de oper. noui nunciat.

LEX II.

Licet iudice. Quando est petitio generalis, prosecutio specialis, z sententia generalis, contra exceptionem rei iudicate, replicatio doli obijcitur,hoc dicit.¶Oppon.de l.cum
querit[a]. z l.z an eadem.de excepti.rei iud.Solu.Hic considerata actione generali proposita,z sententia generali, obstat exceptio rei iudicate,quia agitur de eodem,sed considerata prosecutione, non agitur de eodem,ideo replicatio obijcitur.¶Oppo.de l.sub pretextu.§.de transact.Solue vt tibi dixi.sz l.age.eo.tit.¶Oppon.eodem.l.si cum tibi.Solue vt tibi.z illa est notabilis determinatio ad hanc legem.¶Quero, quid si scienter quis omisit prosequi vnum articulum? Respondeo idem, quia perinde obstat exceptio rei iudicate, ac si esset prosecutus. Casus est in l.de reb.ff.de arbit.qui casus est singularis quo ad hoc,ita quod non est alibi,z ibi plene tractatur ista materia.

ADDITIO.

a ALEX.¶Cum queritur. Quid si pater dedit tutorem filio suo titium debitorem suum:postea conuenitur Titius de male gestis, z fit compromissum de causa,codemnatur Titius in xxx.pro male gestis,z omissis,an si agit ad debitum patris sui, obstet exceptio? vide Specu.tit.de arb.§.excipitur.ver.sed pone.

LEX III.

* **Quoties.** *a Judex † incidēter potest cogno-
a sscere, quod alias principaliter non
1 potest,hoc dicit. Hoc est verum simpliciter,secundum iura nostra,sed de iure canonico hoc est limitatū.quod hoc intelligatur, quando incidit questio, que non sit spiritualis.
b Nam de questione spirituali non potest etiā incidenter cognosci[b], vt extra qui fil.sint legi.c.latores.de ordi.cog.ca.tuam. Et possumus dicere etiam, quod hec limitatio est vera de iure ciuili, vt ō.de sacrosanc.eccle.l.omni innouatione,vbi feci tibi notare quod quandoque emergit aliqua questio in spiritualibus. non debet terminari sine consensu episcopi, quia in talibus ad eum debet recurri, z ideo vos videtis, quando opponitur exceptio vsuraria,semper remittitur probatio ad episcopum.idem in exceptione excommunicationis. Item quando emergit contentio matrimonij,vt in ca. pzealleg.z extra de senten,excommunic.cap.si iudex laicus.lib.vj. Tamen ego consueui vobis dicere, quod potest esse contentio de matrimonio taliter, quod potest expediri per iudicē laicum, quia ego dico, quod ille non desponsauit talem per verba de presenti, de hoc autem an desponsauit eam vel ne? hoc est facti, nec est ibi
c aliquid spiritualitatis[c]. Sed si esset contentio an inter eos potuerit esse matrimonium vel an sint aliqua verba que habeant inducere matrimonium, tunc istud est spirituale. Ita loquimur,z dicta cap.Idem dico de vsuris. Nam si est contentio inter te.z me,quia dico instrumentum factum de duplo in fraudem vsurarum,aduersarius dicit contra. Ita questio est super facto,z nihil est hic spiritualitatis. Sed si esset contentio super aliquo contractu certo, vtrū esset vsura,vel nō,vt puta in istis emptionibus frumenti, que fiunt ante tempus, in istis, z in alijs similibus tunc ad episcopum debemus recurrere,z ita loquitur rectan d.l.omni innouatione.ō. alleg.z dixi tibi in l.Titia.ff.sol.matr.

ADDITIONES.

a ¶Quoties.Pro concordia.Aduerte quod Barro.in hac l.quoties allegatur contrariari per do.Alex.in l.Titia.ff.solu.matr. vbi dicit Bart.tenere cōtrarium eius quod hic dicit z in l.omni innouatione.C.de sacrosanc.eccles.Solutionem vnam dat do.Alexan. quod aut loquimur in his que sunt mere ecclesiastica, z que nullo modo actiue spectant ad laicos,vt quia agitur de punendo clericum,vel hereticum z similia.Et tunc siue incidat questio facti,siue iuris nunquam cognoscit iudex secularis,z ita loquitur c.ii iudex. de senten,excommun.in vj.z procedat secunda opin.scilicet quod incidenter nō potest cognoscere,si autem actiue caderet in laicum tunc procedat alia opi.Bart.in d.l.Titia.cum distinctione predicta, que fiunt ex glosſis Dauli de Neaza.in clem.j.de vsuris.Adde predicta ad Bald.in l.filium.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.

* CLAV.DE SEISS.¶Quoties. Adde q̄ ad limitationē huius dicit Salic.in l.quam z postea.§.si minor.ff.de iureiuran.

b P.PAV.P. ¶Cognosci. Idem Bart.in tract.differentiarum inter. vbi notabiliter tenet quod possessorium cause spirituallis non est spirituale,secundum Bald.in c.j.quib.mod.feu.amit.tit.ij.

c ¶Spiritualitatis. Adde que ponn in l.Titia.ff.sol.matr.

LEX IIII.

Si cum tibi. Sententia generalis parit exceptionem in non prosecutis, si tamen sunt de appendatis prosecutorum.h.d. Hic est singularis casus,quem ita clare nescio alibi.¶Opp. ō.eo.l.licet.Sol.vt in viti.solutio.glosſque concordat cum summario quod tibi dedi,z tene menti,quia nescio alibi ita clare.

LEX V.

a **Judice.** a Delegatus non subdelegat, nisi sit delegatus a principe.h.d. ¶Opp.ff. de offi.procon.l.legatus.Sol.Hec regula fallit in legato proconsi. Ratio,quia delegatus est de cōsensu legis. ¶Op.ff.quis,z a quo ap.l.j.§.i.Sol. Ibi loquitur in delegato ad vniuersitatem causarum qui potest vnam subdelegare. ¶Op.de auth.ad hec j.posita.Sol.vt tibi videbitis incontinenti. ¶Quero, vtrū iudex delegatus post lit.conte.possit subdelegare. Bl.in qui-

busdam locis videtur dicere quod sic,ad similitudinē procuratoris,vt ff.de procu.l.neque. Doc.nostri dicunt contra,q; differentia est inter procuratorem,z iudicem. Nam per lit.contest.potestas iudicis non plus firmatur,quod apparet,q; potest revocari etiam post lit.contest.vt l.iudicium soluitur.ff.de iudi.quod in procuratore non est. Non sunt hic alia.

ADDITIO.

a ALEX. ¶A iudice. Quis possit delegare,z subdelegare: vide late Spe.in ti.de iud.deleg.§.iam nunc dicendum.vsq; ad §.seq. Ex opposito,an delegatus a principe,z an delegatus inuitis partib⁹, z etiam de legatus Pape,z quid sit officium delegati,vide Spec. in tit.de offi.deleg.§.sequitur.z quid possit facere z an coercere.vide late in d.§.sequitur.z quid si est delegata cā pluribus,an vnus possit consocio committere vices suas.z consensum,z vide ibi late formam commissionum.P.PAV.P. ¶A iudice. Istam legē inquantum loquitur de delegato principis,limita vt solū procedat in delegato supremi principis. Secus in delegato ducis.vel marchionis. Ita pōderat Bar.in l.iij.§.j.in fi.ff.de dam.infe. Not.tamē quod delegatus inferioris a principe potest subdelegare actū nō iurisdictionalem,licet non possit iurisdictionalem secundū Pan. consi.lxj. Vide de materia Feli.in c.cum Bertoldus,de re iud.z in c.pro debilitate.de offi.deleg.z ibi,tangit si delegatus haberet necessaria requisita a iure an posset subdelegare alteri.etiam nō habenti,vide etiam ibi late Decium in materia. An autē possit subdelegare vnum articulum ponit etiam Fel.in c.super questionum. in prin.ad fi.z prin.seq.de offic.delega.z in §.illud ponit late an,z quando delegatus inferioris possit subdelegare.

AVTHENT.

1 ☞Delegatus ad vnam causam,an possit vnum articulum illius cause delegare.

AD hec si administrator. Pone casum secundū gl. ¶Op.de l.a iudice. Soluit glo.q8 hic loquitur quando iudex vult delegare reseruata sibi sententia,z ita cōmuniter obseruat consuetudo,dicit gl. ¶Ultramō. intelligunt aliter,z melius,quod hic non loquitur de iudice delegato,sed de assessoribus,z sic intelligitur ista authen.vt iudex qui habet suos assessores,possit expedire per suos assessores omnia acta.dumtamen ipse etiam interfit. Ita loquitur hic. Judex vero appellationis,z iudex delegatus,debent omnia acta per se expedire non per suos assessores. Sed circa hoc sunt † varie consuetudines locorum, tamen de iure canonico ista auth.non procedit,q; iudex potest delegare omnia,reseruata sola sibi sententia,vt in ca. super questionum,extra de offic.z pote.iud.deleg. Item † an iudex delegatus ad vnam causam possit vnum articulum illius cause committere? Dic vt extra de offic.deleg.c.j.in clem.

LEX VI.

SErvus. Seruus non habet legitimam personam standi in iudicio,hoc dicit. Et fallit in casibus hic positis in gl. In persona monachi dic,vt in aut. causa que fit cum monacho.§.de epi.z cler.in persona filij dic,vt in l.j.ff.de bon.mater.

LEX VII.

CUm debitoris. Contra seruum ex persona defuncti domini, agi non potest,sed si nō defendatur per officium iudicis,actor in possessionem mittetur,hoc dicit.

LEX VIII.

PLacuit. *a Aequitas scripta prefertur rigori, hoc dicit. Istam materiam explicaui tibi plene in l.j.§.de leg.dic vt ibi.

ADDITIONES.

a P.PAV.P. ¶Placuit. Vide de materia Fel.in c.ij.in princ.extra de re iudic. Et intellige quando equitas est scripta post rigorem, secus si eque,vide Soc.in l.si tibi.in viij.notab.ff.si cer.pet.

* CLA. DE SEISS. ¶Placuit. Adde ad materiam gl.in c.vt constituere tur.l.distinc. Quid autem sit rigor,z quid equitas. Vide Bald.in l.j.ff.de iustit.z iur.

LEX IX.

1 ☞Plena cause cognitio in quibus causis adhiberi debeat,z de summaria.nume.1.

3 Semiplena probatio sufficit in causis,que non parant plenum iudicium.

4 Plures dilationes dantur ad allegandum.

5 Judex an possit limitare terminum ad probandum.

TAdices. In causis,in quibus sententia lata plenum preiudicium parit, debet adhiberi plena cause cognitio.h.d.in summa. ¶Oppo. de l.sciant.j.de proba. Solu. †Breuiter quedam est criminalis causa,z in illa exigitur plenissima cause cognitio,vt dicta l.sciant.quedam est causa ciuilis,z in ista quandoque sentētia que super ea fertur plenum preiudicium parit, tunc debet adhiberi
2 plena cause cognitio,vt hic. Et vbicunque †reperies quod in istis causis plenum preiudicium parientibus cognoscatur summarie, intelligitur summarie quo ad solennitatem iudiciorum.probationes tamen requiruntur plene,vt extra de verb.sign.c.sepe.in fi.
3 z j.de naufrag.libr.xj.l.de submersis. Si vero sunt cause † que non pariunt plenum preiudicium, tunc requiruntur probationes semiplene.ff.ad exhiben.l.iij.§.ibidem.z l.si quis a liberis.§.si vel parens.de lib.agno.ff.ad exhiben.l.thesaurus.cum si. ¶Opp.quod
4 non detur nisi vna dilatio,vt l.fi.ff.de fer.Sol. Hic † loquitur in vna dilationibus que dantur ad allegandū,ibi in his que dantur ad probandum. ¶Quero,an iudex possit limitare terminū † ad probandum,seu proponendū exceptiones peremptorias? Ly.tractat hic. Dy.in c.indultū.de reg.iur.li.vj.dixi vobis plene in l.ij.ff.de re iudi.

AVTHENT.

1 ☞Productioni testium, vel instrumentorum,an renunciari possit,z valeat renunciatio.

2 Pactum quod contra instrumentum non possit probari, nisi per instrumentum,non valet.

3 Allegationibus iuris,quando quis possit renunciare.

HAbemus. in dilationibus que dantur ad sentiendum,ibi presenti,z petenti. Truffa est. Tu dic quod loquitur in dilationibus, que dantur ad allegandum hic in his que dantur ad probandum. Item scias quod vsus non approbauit quod dentur tot dilationes ad probandum, seu allegandum. Et,vt dixi vobis,non ponitur ista solennitas in numero solennitatis substantialis, ita quod eius omissio vitiaret sententiam,vt dixi vobis in l.prolatam.j.de sen. ¶†Quero.si aliquis renunciauit [a] productioni testium, vel instrumentorum, an hec renunciatio valeat.in ista. aut,videtur quod sic, ibi allegationibus [b] renunciauit. Bl.determinat contrariū,videlicet quod non valeat renunciatio.z hec auth.loquitur in allegationibus iuris. Vide gl. que est vna noua gl.Contrarium huius videtur notari in corpore vnde hec sumitur.z Jac.de Aret.tenet contrarium,z etiam Lano. vt extra de testibus.ca.de testibus.z istud quotidie obseruatur in iudicio,ergo quis potest renunciare suis probationibus.sed extra
1 iudicium talis renunciatio non valet,vt not.in auth.vt sine prejudi-
a ma.de.z cre.§.quia vero. † Et ideo illa pacta que quotidie apponuntur instrumētis,que dicunt promittentes,quod contra instrumentum non possit probari, nisi per aliud instrumentum,non valent,vt no.in d.§.quia vero. ¶Item illud quod gl.dicit,† quod allegationibus iuris potest renunciari, intellige quātum ad hoc,vt sibi viterius non statuatur terminus ad allegandum,z nō sit qui
3 imputetur iudici,tamen renunciatio non impedit quin lex semper possit allegari, quia illi nō potest renunciari, vt l.omnamentorū.de au.z arg.leg.de interrog.actio.l.cōfessionib.de leg.j.l.nemo potest.

ADDITIONES.

a ¶Renunciauit. De hac materia an partes per pactum possint sibi restringere facultatem, vide Alexand.in consi.cccj.ad fin. Et autem tunc sit succursum aliquo remedio, vide Roma.singulari. cclj.incj.dubium est an valeat contractus. Vide etiam de materia Cepo.cautela cclxij.z duabus sequentibus. Vide in Bertachino in verbo.pacta inter debitorem,vide omnino Feli.in ca.ij.extra de proba.vbi etiam ponit quid in statuto,z quod terminus datus ad probandum z probatū habendum non trahatur ad allegationes iuris,vide Alex.consil.cj.incip. viso processu cause,in ij.vol. Vide etiam Jas.hic,z Fel.vbi §. In contrarium vide Barb.in rub.extra de proba. Pro prima opinione vide Alex.consi.cij.in v.vol.

b ¶Allegationibus. Sed quid si simpliciter renūciauit allegationibus an videatur renunciatum allegationibus iuris,vel facti,vide Joan.Andr.in addi.ad Spec.in tit.de renuncia.§.j.z Paul.de Cast.hic.

c POMA. ¶Que sepe. In contrarium videtur facere text.in l.testium.C.de testibus.z ibi Bald.iuncta regula, quod que possunt fieri per legem possunt fieri per pactum.gloss.in l.non impossibile. ff.de pactis. Solut.patet ex dictis per Bartol.in l.omnes populi. ff.de iustitia z iur.z vide Alexand.consi.l.vol.ij.Feli.in c.ij.de proba. P.PAV.P. ¶Vide Angel.consi.cccxviij.incip.ex themate quatuor dubia oriuntur.in secundo dubio.

LEX X.

1 ☞Cause continentes que dicuntur, ad hoc vt non possint separari coram diuersis iudicibus.

2 Ratio conuentionis, z reconuentionis, impedit causas agitari coram diuersis iudicibus.

a **NIsi.** [a] Hec lex legitur duob.mod.principaliter. dicit breuiter. Cause cōtinentes non debent
1 coram diuersis iudicib.diuidi.h.d. ¶†Ad euidentiam debes scire q; cause dicūtur inuicē cōtinentes quādo quis

quia sub vna actione generaliter plures species,z plura capitula continentur. Hoc modo,hic intelligitur hec lex in secunda gl.huius l. Alio modo dicuntur cause cõtinentes, quia super eadem re, licet diuersis actionibus agatur,vt petitorium,z possessoriũ.z isto modo loquitur j.glos.magna. Et ista diuiditur in quatuor.vt in ea patet. Redeo ad primam gl.z prout hec lex loquitur in petitorio, z possessorio.Hec lex legitur quatuor modis. Primo modo ponitur hic casus, quod hic vnus impetrauit vnum iudicẽ super petitorio,alius autẽ aliũ super possessorio.Certe hec lectura nõ potest esse vera in se,propter duas rationes,Primo ne cause continentia diuidatur,vt hic.Secundo propter naturã conuentionis z reconuentionis, que vult quod fiat coram eodẽ iudice, vt l.cum Papinianus,z in aut.z cõsequenter.j.de sen.tamẽ hec lect.non congruit litere propter ter.in fi.qui loquitur de eodem impetrante,vide ter. Secunda lect.est quod vnus z idem impetrauit diuersos iudices in causa possessorij z proprietatis z dicit, quod hoc facere nõ possit. ¶Sed contra hoc op.q causa possessionis.z proprietatis,non
b potest simul examinari[b],vt l.incerti.j.de interdi.Sol.Intellige hic de possessorio recuperande,vel adipiscende possessionis,vel etiam retinende,in casu quo potest concurrere cũ petitorio,vt dixi in d.l. incerti,z ista lect.est bona. Alij dicunt,q lex incerti.precipit causam possessionis prius examinari vel terminari,sed tamen non impedit quin cognoscatur simul. Ista non est vera eo casu quo esset contrarietas inter possessorij z petitorij, vt ibi dixi. Alij dicunt,z ista est quarta lect.q finito iudicio super causa proprietatis,voleham impetrare aliũ iudicẽ super causa possessionis,vel econuerso, q non possum. ¶Sed contra hoc op,q hoc possim finito iudicio,
a vt j.de sent.auth.z consequenter.Sol. †Ratio conuentionis,z reconuentionis impedit causas agitari coram diuersis iudicib.prima
* pendente,vt in contrario,Sed ratio cõtinentie cause *impedit eas agitari coram diuersis iudicib.etiã prima finita. Ita loquitur hic,z ff.de quibus rebus,ad eundẽ iudicẽ eatur.l.j.hic non habetis alia.

ADDITIONES.

a POMA. ¶Nulli.Limita istam l.vt per Old.cons.xvij.z no.quod qui est iudex preparatorij est iudex cause preparate.z vide Bart. in ij.de offic.deleg.z Alexand.consil.cxcvj.vol.ij.z consi.lxiij.vol.iij.
P. PAV. P. ¶Nulli. Ad materiam vide Bartol.in l.j.ff.de offic. consult.vbi ponit multas questiones. Et ad materiam vide quod dicit Bald.in l.casus.ff.de senato.quod licentiatus in studio Papiensi non potuit doctorari in studio Bononiensi. Et ad intelligentiam huius materie quod cõtinentia cause diuidi non debeat, vide multa per do.Franc.consi.xxix.

b ALEX. ¶Examineri. Licet continentia cause non debeat diuidi,tamen intelligitur semper nisi diuisio esset necessaria, vt est casus no.in l.naui.z in fin.ff.si cert.pet,vt puta,si pecunia quam dedi mutuo in parte sit consumpta,quoniã tunc ante partem consumptã,&c. Secundo limita istam regulam non habere locum,si reus non opponat,quia ad hoc vt procedat iste tex.requiritur quod pars opponat. Istud fuit singulare dictum Imo.c.cum M.Ferrar.de consti. adde Bal.in terminis in auth.sed nouo iure.C.de ser.fugi.z Bal. in c.j.de contr.feu.inter pa. Et ad limitationem vide Bald.in ca.j. de mulctatura in mari.facta. Tertio fallit, quando petitur coram iudice, qui non habet iurisdictionem vltra partem petitam. Ita singulariter dixit Bart.in l.in commodi.in §.duabus.ff.commod.z vide que dixi in margine mei codicis in hac l.

* CLAV. DE SEISS. ¶Continentie cause. Adde ad materiam Matthesill.no.cxv.z cxlviij.z ibi addit.z Are.cons.xxix.in vltim. dubio vbi limitat id quod hic dicit Bar.in fi.z totum titu.de quibus rebus,ad eund.iudic,eat.j.c.j.de rescript.

LEX XI.

2 Tempus instantie an possit de consensu partium prorogari.
3 Tẽpus instantie cause appellationis, prorogãt per cõpromissum.
4 Pactũ,per quod instantia prorogatur,nõ firmatur etiã iuramẽto.
5 Sententia lata extra instantiam quãdo,z quibus casibus tenet.

a PRoperandum. [a]Hec est notabilis decisio.Primo ponit statutum suum, in quo limitat tempus instãtie. Secundo ponit actorem contumacem.Tertio reum contumacẽ. Quarto iudicem negligentem. Quinto aduocatos negligentes. Sexto tutores z curatores. Secunda ibi,in §.z si quidem.Tertia ibi,sinautem reus. Quarta ibi,in §.sinautem alterutra.Quinta in §.illo proculdubio.Sexta in §.sivero cause. ¶Demo ad primam, que videtur dicere,Instantia cause ciuilis durat triennio,exceptis
b causis fiscalibus.z publicarum functionum[b], hoc dicit.Et diuiditur istud principium. Et primo ponit proemium. Secundo ponit statutum. Tertio exceptionem. Quarto repilogat precedentia. Quinto respondet cuidam tacite obiectioni. Secunda ibi,censemus.Tertia ibi,exceptis.Quarta ibi,sed omnes.Quinta ibi,hoc enim. ¶Oppo.j.ea.l.§.sinautem in medio. Sol.quod hic dicitur, fallit ibi. ¶Opp.j.vt infra cer.temp.questio cri.ter.l.fi.Sol.quod dicit hic,fallit ibi.z in alijs legib[9] enumeratis in gl.quas vide per temetipsum. ¶Opp.z videtur,quod minus tempus statuitur,vt j.quomodo z quando iud.aut.qui semel. Sol,videtur hic velle,z j. priori.§.quod per illam auth.hec lex in aliquo mutetur,quod non est verum,vt dicam j.priori.§.z ideo quandam distinctionẽ, quam gl.hic ponit,omitto,quia cadit melius.j.priori.§. ¶Item oppo.j. de temp.app.aut.ei qui appell.Solu.Hic loquitur in tẽpore cause principalis,ibi in tempore cause appellationis. ¶Op.extra eo.c.
1 significantibus.Sol. † De iure Cano.ista lex est correcta,quia instantia litis non perit triennio,ideo illa obseruatur in terris ecclesie, hec vero obseruatur in terris Imperij. ¶Circa hanc l.quero
2 de duobus. Primo † an istud tempus instantie possit de consensu partium prorogari. Sol,dicit quod nõ,quia istud est introductum propter publicam vtilitatẽ, ex rationibus positis hic in principio legis z iuis publicum pactis primatorum,&c. Ita dicit glo.Contra hoc videtur tex.j.de temp.app.aut.si tamen. Dicunt quidã quod istud tẽpus instantie non potest prorogari paciscendo simpliciter, vt hic,sed cõpromittendo sic [c], vt l.contraria. Alij dicunt tempus instantie cause principalis, non potest prorogari cõpromittendo.
3 secus † in instãtia cause appellationis, vt l.contraria.z istud videtur hodie canonizatum extra de app.c.quandiu.in cle. ¶Ex predictis apparet, † quod istud pactum de prorogando termino in
4 d stantie,cum sit contra publicam vtilitatem[d] non posset iuramẽto
* firmari *, vt extra de foro compet.c.si diligenti. ¶Sed vidi adhi-
5 beri † talem fraudẽ,quod vna pars promitteret alteri hoc nõ allegare, scilicet quod tẽpus instantie sit peremptum,tamẽ istud non releuaret,quia iudex ipse videns instãtiam peremptam,non debet dare sententiam,quia non valeret,ex quo instantia tam est perempta.argu.eorum que dicta sunt ſ.vt que desunt aduo.par.l.j.quis ergo esset modus? Cogito quod vnus modus sit tantum, scilicet
e quod de nouo renouetur instantia vno ictu[e],omnia repetendo,secundum quod not.in simili.in l.mutari.ff.de proc.Predicta intelligo,nisi aliud obstaret, vt quando est talis causa,in qua peremptio instantia esset peremptum ius, vt in actione de dolo,z similibus, quia tunc non esset faciendũ. Quero,quid si sententia sit lata post
6 triennium,†an teneat? Sol,dicit quod non [f], vide istam gl. Contra istam determinationẽ opp.§.vt omnes iudices tam ciuiles quam militares.l.j.in fi. ¶Pro huius declaratione debes scire quedam que hic tanguntur per Ly.licet non perfecte tamen perfectius per do.Old.in quadam sua disputatione,quandoq; tempus statuitur parti,quandoque iudici, quandoque instantie,quandoq; actioni, Primo casu quando tempus statuitur parti, pars non audiatur post tempus, vt l.peremptorias.j.sen.rescindi non posse.Quandoq; g tempus statuitur iudici[g] tunc aut statuitur iudici tempus,z iurisdictionem,z tunc finito tẽpore iudex non potest aliquid facere,vt l.ij. §.si iudex.ff.eo.j.quomodo,z quando iud.l.si vt proponis,la ij. Si vero tempus statuitur iudici tantum, tunc quod iudex facit post tempus valet sed ipse punietur,vt d.l.j.in fi.§.vt omnes iudic.tam ciuil.quã mi.z ideo aduertas ad verba statuti,q; vt vides, differt
h multum.Quandoq; tempus statuitur instantie [h] tunc,illud quod
i iudex facit finita instantia non valet [i],vt hic cum glo.Ratio,quia sententia non valet nisi precedant acta solenna ad sententiam,vt l.prolatam.j.de sen.sed perẽpta instantia pereunt omnia acta pertinẽtia ad ordinationẽ,vt l.cum lite.ff.iudi.sol.vt videbitis,j.priori. §.Ergo apparet quod sententia lata finito tempore,fertur sine libello,z litis contestatione ergo non valet.Facit ad hoc ff.de excus. tu.l.scire oportet.§.cõsequens,z q ibi no.per doc. Quãdoq; tempus statuitur actioni,tunc non est dubiũ quod finito tẽpore finitur actio.vt l.fi.§.de dolo.z l.superuacuã.§.de tempor.app.cum si.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Properandum. An in executionibus sit dare instantiam, vide Bartol.z Paul.in l.litibus.de agrico.z cens.lib.xj. P. PAV. P. ¶Properandum.Circa materiam istam habes tractatum per Soc.Item ista lex aliter limitata per statutũ Papiensi, vide in primo statuto causarum ciuilium,in j.c. ¶Pro concordia aduerte quod instantia cause principalis pacto non prorogatur, secundum Bar.in hac l.properandum in prin.Contrarium tenere allegatur in auth.si tamen.C.de tempor.appel.de quo per Imol.z Barb.in c.de causis,de offic.deleg.qui Barb.reprehendit Imol.z concordat.z melius vide in suo consi.lx vn. vbi plene loquitur. Et posset capi talis concord.per eundem in d.c.de causis,vt j.opi.loquatur in j.instantia, in qua non est tantum periculum.in d.auth. loquatur in causa appellationis. Et istã videtur sentire ipse Bar. in auth.ei qui.C.de appel.adde ad not.in l.Seius z Augerius.ff. ad leg.Falcid.post Bart.z alios do.Ale.consil.xxiij.in iij.vol.
b P. PAV. P. ¶Functionum. Vide ad hoc Com.consi.lxxj.in prin. vbi vult idẽ esse in camera fiscali dñi marchionis, de quo ibi quid in fisco principis.item circa istam materiã ad faciendum quod instantia non labatur triennio,vide Cepol.cautela xlix.Item limita quod instantia non potest transcendere terminũ nisi esset appella-

tum ab interlocutoria, que causam distulisset, vide Paul. de Castr. cons. cxxix. ad fi. Item limita istud non procedere in instantia cause emergentis, quia non finitur triennio, sed est perpetua secundum Ro. singulari. cclxxix. incip. nunquid instantia. Cur. hic post prin. z Bret. z Jas. hic post Aler. Itē nunquid valeat sententia lata post terminū prefixum iudici per statutum ad cause expeditionē. Item an valeat post terminū prefixum non iudici, sed cause. Item si stet per iudicē an currat tempus, vide Pau. cons. cccxxviij. z j. ff. finautem vtraqz. Nunquid autem lapso triennio instantia finiatur ipso iure in totū, adeo vt ius partis tollatur, vide Bal. in c. j. ti de inuest. inter do. z vasal. lis oritur. Quid autē si ꝑpter subterfugia partis instantia labatur, an detur restitutio, vide j. in ff. finautem vtraqz.

c ALEX. Compromittendo sic. Et vide Spe. in ti. de offi. deleg. ff. restat. ver. sed nunquid de tempore triennij.

b POMA. Utilitatem. Prefixio ergo instantie est de iure public. z vide qd Aler. inferat ex hoc, cōl. l. vol. ij. z vide etiā Soc. cōl. xviij. alias xiij. vbi ponit, an per procuratorem possit fieri prorogatio.

* CLAVD. DESEISS. Juramento firmari. Vide plura ad corroborationem per Felyn. in c. fi quando. de rescrip.

k Uno ictu. Adde quod Bret. in c. causam que. de iud. alleg. z sequitur dicta Bart. hic.

f P. PAV. P. Quod non. Ad idem vide Comen. consi. xvij. incip. Hieronymus de Bischeriis. Vide Fel. in c. pe. de iud. in c. de causis de offic. deleg. Item adde quod licet tempus instantie principalis non possit prorogari, si tamē iudex pronunciauit de volūtate partium tēpus non currere, interim non valere laberetur instantia, vide do. Ant. cons. xliij. per totū z loquitur etiā si defensor cause fuit ille qui consensit, ne tēpus laberetur. In contrariū vide quod dicit Jal. in ista lege in prin. Itē quomodo sententia lata post instantiā possit valere, vide Fel. in c. de causis. de quo. ß. z Barb. ibi z Dec. ibi. Item quod non possit ferri sententia perempta instantia super meritis cause, etiam si lapsis instantie non opponatur, vide Aler. cons. xxxix. vol. v. in prin. Et quando statutum imponit penam, an possit iudicari post instantiam, vide in d. c. de causis. per Dec.

g P. PAV. P. Judici. Vide etiam Fel. in c. plene. de iudic. Vide etiam Fel. in c. pen. const. in c. de causis, de offic. deleg. vbi limitat, nisi esset imposita pena iudici permittenti labi instātiam. De quo etiam vide Alex. and. in ista l. in prin.

h ALEX. Statuitur instantie. Vide Spec. in tit. de offic. deleg. ff. restat. versi. Item si instantia. z versi. quid si statuto. Adde Pau. de Cast. consil. cccxxviij. Abb. consi. xvj. ij. lib. Et in materia adde, z vide Bret. in c. venerabilis. de iudi. aliter distinguentem.

i POMA. Non valet. Vide Pau. consi. l. z Aler. cxxxvj. volū. ij. z seq. z vide etiam Aler. consi. lxxxiij. vol. iij. vbi dicit quod sententia lata perempta instantia est nulla etiam si iudex pronunciasset de instantia superesse cum nō supereesset, z ciij. in primo dubio vol. v. z Pau. de Cast. cccxxviij. Abb. consi. xvj. ij. lib. Et in materia adde, z vide Bret. in c. venerabilis. de iudi. aliter distinguentem.

l Tempus instantie cursus quis.

3 Pupillus dicitur proximus pubertati, qñ est prope ser menses.

4 In causa semper proceditur ad instantiam petentis, etiam altera parte absente.

5 Eremodicium actore absente contrahitur.

6 Judex sententiam debet dicere, visis actis.

7 Legitime expense dicuntur, que consueto modo fiunt.

9 De causa quando dici possit non liquere.

10 Absens quod non damnetur, nisi sit contumax.

11 Ad sententiam ab obseruatione iudicij ante triennium actore absente, quando perueniri possit.

12 Sententia ab obseruatione iudicij, an sit diffinitiua remissiue.

13 Si sententia est lata ab obseruatione iudicij, an actio remaneat in primo statu, vel si nouata.

14 Instantia perempta, que acta pereant.

15 Hodie actore absente, z reo presente, z instante negotium liquidari potest.

ß. Et si quidem.

a Actor absens legitime citat⁹, si de causa non liquet, condemnatur in expen. si de causa liquet, diffinitiua profertur sententia pro habente iustitiā etiam si fuerit absens, sine spe retractationis.

1 h. d. Hot. quod † tēpus b instantie incipit currere post lit. conte.

b in casibus ergo in quibus lis non contestatur puto quod incipit currere tēpus ab ea die, qua cepit tractari de meritis cause, vt no. doc. ß. de procu. l. nihil. z habuistis ter. in l. nulla. eod. tit. quod tene

2 nenti. Hot. secundo, quod † prope finem triennij dicitur illud

c quod est prope per ser menses c. Et sic facit † quod pupillus dica-

3 tur proximus pubertati, quando est prope per ser menses. Ad idē facit. ff. de excu. tut. l. non tantum. Dixi plene. ff. de noua. l. j. vbi glo.

4 tangit. Hot. tertio, quod semper † quando vna pars est absens, debet procedi ad petitionem, z ad instantiam partis petentis, vt hic, z l. ad peremptorium. ff. eo. z j. quomodo, z quando iud. auth.

5 qui semel. z ibi tetigi. Hot. etiam quōd absentē actore contrahitur eremodicium, ita quod potest perueniri ad diffinitiuam sen-

6 tentiam. Not. aliud, quod † hic dicitur iudicem acta apud se confecta debere inspicere, vt sis cautus in pronunciatiōnibus dicere visis actis, z agitatis in causa, tc. non enim sufficit hoc esse agitatum, si iudex ignoret, vt l. hec autem, ß. j. ex quib. caus. in poss. eatur. Dixi plene in l. multū. de cond. z demon. Ro. etiam duo que dicuntur hic circa expensas. Primo dicit, quod debet cōdemnari in expensas que consueto modo circa lites expenduntur. Secundo in versic. finautem ex gestis. dicit in expensis quas reus si legitime

7 expendisse iurauerit. Ex quo no. † quod legitime expense dicuntur ille, que cōsueto modo fiūt, z sic iudex taxare debet. Tetigi vobis in l. nō ignoret. de fruc. z lit. expen. Ro. casum in quo ille qui vincit, condēnatur in expensis. Ultimo no. q verus cōmax non appellat. de hoc dicā j. proximo. ß. Veniamus ad apparatū op. z

8 videt q maior † dilatio debeat dari actori absenti, vt j. quomodo, z quādo iud. aut. qui semel. Gl. super verbo, decē. cōfitetur contrariū, z dicit q hodie ista dilatio est aucta. Vide gl. Videte nō puto hoc verū, nam aut. qui semel. loquitur quādo contra actorē absentem quis vult procedere ad liquidationē negotij, z diffinitiua sententiā, ideo ibi maiores dilationes statuunt, hic vero loquit quando cōtra actorē absentē proceditur ad solutionē, ab obseruatione iudicij, si negotiū non est liquidū, vel si est liquidū ad diffinitiuam, vnde hoc additur huic l. per aut. qui semel. q? per hanc l. non potest negotium liquidari absente actore, licet per illam aut. sic. Offi. que sen. sine app. rescin. l. j. ß. itē cum ex edicto. Bl. ꝓ sol. huius cōtrarij hic diuinat. Tu dicas quod fuit hic legitime citatus, in

9 contraria secus. Op. tertio, z videtur q † non potest esse casus in quo de causa nō liqueat. Nā aut probatū est per actorē, z debet vincere. Aut nō est probatū, z actore nō probāte reus absoluitur, vt ß. de edē. l. qui accusare. Bl. nō bene soluit, dicit enim quod illud quod actore nō probāte reus absolvitur. In dubio est verū actore

b presente. Istud nihil est dicere. Tu dic⁹. quod lex cōtraria loquit quādo nō apparet actorē non probasse, datis legitimis dilationibus

c bus⁹, vt l. fi. ff. de fer. z j. de dilat. l. j. Sed si ponimus actorē se absentasse, nō datis legitimis dilationibus, tunc de causa nō liquet. Ita loquitur hic. Op. quod nō debet recurri ad iuramentum partis, nisi in subsidium, vt l. admonendi. ff. de iureiur. z l. in bonę fidei. ff. de iureiu. Sol. speciale est hic in expensis. Op. z videtur q communiter debet perdere litem, vt l. contumacia. ff. de re iu. Sol. Eryone, vt ibi vt eessent cōtraria. Ultimo op. de l. certum. ß. si quis. ff. de

10 confes. vbi presens non damnatur absenti. Solu. Sed verum † est, quod non dānatur absenti, nisi sit cōtumax, q? tunc eius absentia Dei repletur presentia, vt j. proximo ß. Uenio ad questiones.

11 quero † vtrum ante finē triennij possit perueniri ad illud, quod hic dicitur. In hoc sunt tres opi. in gl. Bul. quod sic. Placen. q non. Jo. distinguit. Sed opi. Placen. videtur verior, q? ad hoc non potest perueniri, nisi prope finē triēnij, sine sit absens actor, sive reus vt j. ea. l. ß. huiusmodi autē sententia, hodie autē videtur secus, q non sit necesse tantum expectare, actore absente, imo potest citius

12 perueniri ad istā absolutionē, que fit ab obseruatione iudicij, vel

f de dila. aut. quod fieri. Quero † secundo, vtrū ista absoluto ab obseruatione iudicij sit diffinitiua sententia, vel interlocutoria, de

plene, vt l. Titia. ff. de accu. vbi gl. tangit, z ibi tractant plenissime.

13 Quero, vtrū ista absolutione † secuta actio remaneat in primo statu, vel sit in aliquo innouata. Glo. dicit hic q in primo statu remaneat, innouatur tamē in aliquib. Primo in eo q est perpetua rei. ann. propter lit. conte. vt l. fi. j. de presen. xxx. an. vel xl. In hoc vide

cit verū, licet quedā gl. videatur velle dicere aliter in l. ij. de fruc. lit. expen. z ibi dixi. Item innouatur in eo, q? adhuc durat vitiū iurgiosi, licet instātia sit perempta. Hoc tāgitur per Jun. de test. in c. causam que Bl. tamē videtur dicere cōtra. j. de presen. long. temp. l. j. secundum primam lect. dic vt dixi in d. l. ij. j. de fruc. z lit. expen.

14 Quero, vtrū acta facta in prima † causa durent in secunda, perempta instantia. Breuiter ea, que pertinent ad litis ordinationē, pereunt, vt hic in text. in eo quod dicit cautiones expirare, z l. fi. iud. solu. In actis vero que pertinēt ad litis decisionē gl. remittit ad notata in l. is apud quem. ß. de edendo, tangam j. ea. l. ß. penul.

15 Querit glo. † quid si reus presens vult assumere in se onus probandi, vt diffinitiue absoluat, an potest. Certe non potest fieri, per istam l. sed hodie absente actore potest negotiū liquidari, vt in

16 qui semel. Querit gl. † in quo innouetur ista lex per aut. qui semel. dicit gl. primo in numero dierū. Secundo, quia abbreuiatur in triennij. Hoc non placet, quia ibi loquitur quando procedit ad liquidationem absente actore, hic vero secus. Tertio innouatur, quia hodie potest absente actore procedi ad liquidationem, quod non poterat per legem istam, hoc est verum. Quarto dicit gl. quod hodie cadit actor ab actione ipso iure per d. aut. quod non est verum, vt ibi videtis. Qualiter debeat concipi ista citatio, quādo citatur absens, videtis j. quomodo, z quādo iud. in l. consentaneum.

ADDI

ADDITIONES.

P.PAV.P. ¶Et ſi quidem. Vide circa iſtam ſententiam ab obſeruatione iudicij. Comen. conſi. xcij. in ij. dubio. vbi ponit quid ſi iudex. qui debuit pronunciare inſtantiam peremptam ſolum diffinitiue. z in meritis condemnauit reū qđ iudex appellationis poteſt etiam re formare. z pronunciare bene appellatū. z male iudicatū. z poſtea reformare eam. z pronũciare inſtantiā eſſe lapſam. Et circa illud qđ dicit Barto. quod in cauſis. in quibus lis non contestatur inſtātia currere incipit. argumento huius legis. que loquitur etiam vbi executiue proceditur ſuper aliquo inſtrumento. qđ habeat executionem paratā ex forma ſtatutorū. Super quo vide etiam omnino Ro. cōſ. clxxxiij. inci. ampliſſime domine. De quo vide Soc. in tractatu inſtantiarū. in vj. q. principali in vlti. fallentia. vbi videtur aliter diſtinguendo concludere. Et vide in l. mulcta. ff. de proc. z quod ibi addidi. z Jaſ. in hac lege in princ. Vide Cur. omnino in l. j. C. de iura. calum. Item de iſta ſententia ab obſeruatione iudicij. an per eam dicatur cā terminata. adeo. vt ſit ſatiſſactum ſtatuto precipienti cauſam terminari debere intra certū tēpus. vide Bar. in l. generaliter. C. de cur. lib. xj. Et dicatur diffinitiua. vide Bolog. ad conſi. ix. Jo. de Ana. Pōdera omnino Ang. in l. ſi quis libertate. in fi. principij. de peti. her. vide Jaſo. de quo ſ. Item vide ad ea que ſ. dicta ſunt do. Anto. conſi. xliij. in prin. dicē tem in cauſis in quib. leges vel ſtatuta volūt procedi ſecundū puram facti puritatem. z velo leuato non attenditur inſtātia limitata ex forma ſtatutorum. Item an cauſe executiue habeāt inſtātiā. vide Pau. qđ ſic. conſi. cxcij. alias cxcij. ad fin. Alexā. conſi. cxcij. ponit de cauſis. ſummarijs. z Cur. hic. qđ iſta differunt ab executiuis. z Alex. in d. conſi. cxcij. quod eſt hodie in ij. vo. dicit qđ etiam in executiuis habet locum talis inſtantia. z qđ in ſummarijs. z executiuis habeat locum inſtantia triēnij firmat late Beor. Nata in re. pe. cle. ſepe. de ver. ſigni. do. Benedictus de Barzijs. qui dicit iſtā eſſe communem opi. in tractatu de executione inſtrumenti in v. q. ij. partis principalis. Item ſequitur Pau. de caſt. conſ. cxcij. inci. viſo puncto. ad ſi. Sequitur Fel. in c. pe. extra de iudic. qđ loquitur de ſummarijs. prout ibi loquitur Abb. z etiam de executione. Et idem ſequitur Barb. ibi. Contrariū tamen tenet Are. in d. c. pe. dū loquit de cauſis executiuis. z do. Ant. de Lana. in tractatu inſtrumenti guarentigiati in xxxiij. q. z multis alijs quos reperies allegatos per doc. prallegatos. Item an abſoluens ab obſeruatione iudicij dicatur procedere in cauſa. vide Semi. in c. ſtatutū. ſ. cum vero. ad fin. de reſcrip. in vj. Item de multis que ſunt interlocutorie. vide Bologn. in additionibus conſi. xciij. Joan. de Ana. Item an abſolutoria ab obſeruatione iudicij ſit diffinitiua vel interlocutoria. vide Felin. in c. examinata. de iudi. z ibi Aret. An autem in ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij requiratur citatio peremptoria. vide Jaſ. in iſto ſ. z ſi quidem. in vij. notab. z ibidem ponit quod aliquando eſt interlocutoria. aliquando eſt diffinitiua. vide Abb. in c. ad diſſoluendum. de deſpon. impub. Item quod in cauſa dotis non pereat inſtantia triennio. vide Jaſ. in l. j. ff. ſol. mat. Vide Bal. notab. in tract. dotis. in xiij. priuilegio.

b POMA. ¶Hoc. quod tempus. Sentit ergo Bart. quod diſpoſitio huius legis habet locum etiam in cauſis ſummarijs. z executiuis. z vide Aler. conſil. x. vol. ij. z Rico. omnino in tracta. concord. contractuum Bart. in vlti. concor. vide etiam Soc. conſi. xcv.

P.PAV.P. ¶Hoc. quod tempus. Ex forma autem ſtatuti Papien. incipit currere a tempore porrecte petitionis. z in actis diſmiſſe atque intimate parti. licet nondum eſſet reſponſum per eum vide in primo ſtatuto ciuilium in ij. c.

c ALEX. ¶Per menſes. Vide Bal. in l. excipiuntur ad Syllania.

d IOAN. FRANC. RVER. ¶Tu dic. Vide Alexand. z Jaſ. hic. z Pau. de Caſt. qui bene diſtinguit. in l. oratione. ff. de ſerijs.

e ALEX. ¶Dilationibus. Vide Bald. in l. ſancimus. ſ. quomodo z quando iud. z vide Bar. in l. admonendi. de iureiur. fuerunt verba Innocen. c. ſuper eo. el ij. de appel. Spec. in titu. de ſent. prola. ſ. nunc videndum. verſic. iſtud.

f ¶Interlocutoria. Adde tu. z vide Fran. de Aret. in c. examinata. de iu. do. Maria. Soc. in ca. dilecti. de libelli obla. arg. xxiij. q. v. vbi dicit quod eſt interlocutoria habens vim diffinitiue. z quod ſit interlocutoria ita decidendo conſuluit dominus meus. dom. Franc. Pepius in eius conſi. quod incip. in cauſa ad me tranſmiſſa.

1 ☞ Contumar quis poſſit appellari.
2 Contra reum abſentem poſt litem cōteſtatam, peruenitur ad primum decretum.
3 Miſſio in poſſeſſionē. quomodo fiat. quando ſit executio ſentētie.
4 Sententia diffinitiua. an feratur pro actore abſente non contumace. reo preſente. vbi quod non.

§. Sinautem. [a] Reus.

Hic incipit tertia pars. in qua loquitur de reo abſente. Et breuiter dicit. Reo abſente legitime citato. ſi de cauſa liquet ad diffinitiuam ſententiam peruenitur. que executioni mandabitur. ſine ſpe recuperande poſſeſſionis. vel appellationis. z hoc prope finem triennij debet fieri. h. d. ¶Opp. quod reus audiatur volens recuperare poſſeſſionem. vt ff. de bon. author. iudi. poſſ. aut. ei qui. Sol. quod ibi fuit facta miſſio ante lit. conteſtat. hic poſtea. quod dic vt habuiſtis in l. conſentaneum. ſ. quomodo z quando iud. l. ij. ſ. vbi in
1 rem actio. ¶Opp. ſecundo. z videtur † quod contumar appellat. vnde videtur obſtare. ff. de app. l. creditor. ſ. iuſſus. Sol. hic loquitur de eo. qui eſt contumar in non veniendo: ibi de eo qui eſt contumar in non exhibendo. ¶Opp. ff. de in integ. reſti. l. diuus. Sol.
2 Ibi venit iudice ſedente pro tribunali. ¶Quero primo. † an contra reum abſentem poſt lit. conteſt. poſſit peruenire ad miſſionem ex primo decreto. cum hec lex dicat quod ad diffinitiuam deberet peruenire? Reſpond. quod ſic vt ſ. quomodo z quando iud. l. conſentaneum. z ita dicit hic gl. ¶Quero dicitur quod ſententia de-
3 bet mandari † executioni per miſſionem in poſſeſſionem. in qua re debet fieri miſſio. Glo. diſtinguit. Aut agitur reali. z fit miſſio in re petita. Aut agitur perſonali. z olim fiebat miſſio in omnibus bonis. hodie pro menſura declarati. vt in auth. ei qui. de bonis author. iud. poſſidend. Vide glo. Hoc non eſt verum in caſu huius l. quia quando ſit miſſio. pro executione ſentētie. ſemper debet fieri pro menſura debiti. non omnium bonorum. Et ideo dicit text. primo mobilium. ſecundo immobilium. tertio nominum. in l. a diuo Pio. ſ. in venditione. ff. de re iudi. Item ſubdit hic gl. quod quando ſit miſſio ex perſonali actione. ſemper audiatur de poſſeſſione. Hoc non poteſt eſſe verū. quando mandatur ſententia executioni. Nam tunc ideo fit miſſio. quia non ſoluit. non ideo quia non venit. z ideo poſſeſſionem non recuperat. niſi ſoluat. vt l. ſi pecunie. in fi.
4 ff. vt in poſſ. leg. ¶Ultimo quero † an reo preſente. actore abſente non per contumaciam. poſſit ferri diffinitiua pro actore. Gloſſ. dicit quod ſic arg. ſ. de adul. l. quamuis indubitati. Iſtud non eſt verum. qđ pro abſente. non contumace. non poteſt ſententiari. vt habuiſtis notan. l. ea. que. ſ. quomodo z quando iud. ff. de re. iu. l. queſitum. eſt text. in l. furto ſo. co. rit. Hic pro nunc non ſunt alia.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶Sinautem reus. Vide Bart. conſi. c. incip. a do. Cyn. vbi conſulnit quod poteſt ferri ſententia in abſentem.

P. PAV. P. ¶Sinautem reus. Alia autem forma datur procedendi contra reum abſentem contumacem per ſtatutum Papi. z ſecundū illud etiam lite non conteſtata poteſt peruenire ad ſententiam diffinitiuam. vide in ij. rubr. de ordine mittendi in poſſeſ. in ſtatutis ciuilium cauſarum. z iſta ſententia lata per contumaciam habetur pro iuſta z veritate ſicut ſi eſſet lata contra reum ſe defendentem. vide Pau. conſ. cccxxvij. circa ſi. licet quo ad alios vel quo ad alia negotia ſecus eſſet. quia preſumitur lata potius. quia ſe nō defendit. quam quod iuſtam cauſam foueat. vide etiam que ſcripſi in l. eius qui delatorem. ad Bart. in fi. ff. de iure fiſci. indiſtincte tamen quod non preſumatur lata potius propter contumaciā. vide Bart. in l. Papinianus. ſ. meminiſſe. de inoffi. teſt. in ij. notab. z ibi longam apoſtillam Alex. vide omnino ſuper omnes Fel. in c. cum Ber. de re iud. vide iij. q. Bart. incip. Peruſine ciuitatis ſtatuto.

b ALEX. ¶Item ſubdit hic gloſſ. De quo not. vide que diximus poſt Bartol. in l. ſi finita. ſ. Julianus. ff. de dam. infect. z vide etiam ibi Bart. ¶Adde an inſtantia iudicij coram arbitro duret triennio. Abb. conſi. xxxix. ij. lib. z Pau. de Caſt. ſ. ſequen.

1 ☞ Juramentum calumnie. z quando excuſet quem ab expenſis.
2 Temeritas litigatoris quomodo cognoſcatur. vt condemnetur litigans in expenſis.
3 Si cauſa appellationis agitur. ex primis actis indiſtincte. victus victori condemnatur in expenſis.
4 Judex poteſt condemnare (etiam ſi non ſit petitum) victum victori. in expenſis.

§. Sive autem. [a] Victus victori debet condēnari in expenſis.

h. d. z iſte ſ. eſt de precedenti parte legis. no. tex. ibi. pro ſolitis expēſis. ꝛc. ¶Opp. ſ. ea. l. ſi. finautē ex geſtis. Sol. Ibi eſt caſus ſpecialis. vt victus condemnetur in expenſis. ¶Opp. ff. de leg. ij. l. qui ſolidū. ſ. etiam. Sol. Dicit gl. quod a regula hic poſita facit exceptionē contumacia. vt d. ſ. finautē ex geſtis. Itē iuſta ignorātia. vt d. l. qui ſolidū. ſ. etiam. Ille ergo qui habet iuſtā cauſam litigandi. excuſatur ab expenſis.

1 ¶Quero † ergo vtrū iuramentū calūnie excuſet quē ab expenſis doct. tangunt in aut. generaliter. ſ. de epiſ. z cle. z ibi tetigi tibi. z gl. in aut. de iud. ſ. oportet. Bul. in l. ij. circa prin. ff. de iureiu. Et dicit ipſe ſic. Juramentū cal. excuſat a cal. non a temeritate. vt d. l. ij. ſ. j. ff. de iureiur. z l. j. in prin. ff. ſi mulier ven. not. in poſſ. aut. ſed expenſe veniāt reficiēde. etiā propter temeritatē. vt l. cū quē temere. ff. eo. z iuſti. de pe. te. li. ergo iuramentū calūnie nō excuſat ab expen. n. Ja. But. nitebat oſtēdere. qđ iuramentū calūnie excuſet etiā a temeritate. Hā iuramētū iſtud cōtinet qđ quis credat ſe habere iuſtā cauſam. vt l. ij. ſ. qđ obſeruari. ſ. tit. j. Et debet intelligi. qđ credit iuſtis rationibus. non temerarijs. ideo illud iuramentum non preſtatur.

nisi ab hoie legitimo, z habēte etatē legitimā, vt ibi vidistis, ergo apparet q̄ nec in calūnia, nec in temeritate est. Credo d. Hu. habuisse bonū intellectū. z etiā do. Ja. bu. Nā iuramentum excusat a presumpta calūnia. Ité a presumpta temeritate secundū Jac. sed pro tanto d. Hul. distinxit inter calumniam z temeritatē, q̄ calumnia consistit in animo, ideo non pōt probari directo. Temeritas
1 †autem pōt ex actis faciliter colligi. quid enim si errauerit in iure, q̄ est lata culpa. z sic temeritas, vt l. leges. §. de le. z no. in l. libellorum. §. notatur. ff. de his qui notan. infa. ¶ Item pōt apparere ex actis. q̄ actor non inuestiganit omnia que debuit, antequā perueniret ad iudiciū, vt l. qui in alterius. ff. de re. iud. q̄ aūt hoc dolose fecerit, non pōt ex actis perpendi. Et ideo placet mihi vna practica quam ego induxi, q̄ si apparet alterā partiū certo tēpore litis temerarie, litigasse, certo tēpore non, v.g. post productionē vnius instrumenti. post publicationē testium, fuit certa vna pars, q̄ nō habebat iustam cām, vel iustitiā, iudex debebit eam condēnare in expensis factis a die productionis talis instrumēti citra, vel ab aptura testiū citra, in antea factis nō. Ar. p̄o hoc imo tex. ff. de posti. l. si quis inficiatus. pōt etiam apparere ab ipso initio temerarie litigasse. z sic condēnabit in oēs expen. ¶ †Et ista optime dicūt do. Inn. z etiam do. Jo. and. qui dicunt, q̄ quando causa app. agitatur ex primis actis indistincte, victus victori cōdemnabitur in expensis. Ratio. q̄ errauit in iure victus, qui videns omnia acta hic debuit cognoscere vtrum habeat iustitiam, vel nō, vt nō. per Inn. extra de do. z contu. c. finem litibus. z per Jo. and. in c. ignorantia.
4 de reg. iur. lib. vj. ¶ Quero vtrū iudex possit †condemnare victum victori in expensis, si non fit petitum? Respon. quod iudex si non fit petitum, potest condemnare in expen. q̄ istud emergit in lite, z pertinet ad officium eius, vt hic, z l. ediles. §. item sciendum. ff. de edil. edic. z l. non ignoret. de fruc. z lit. expen. tamen si iudex cōdemnationem omittit, non punitur ex hoc, si non erat petitum, vt l. iij. §. Hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. z ibi hoc tangitur per Dy.
5 z ibi dixi. ¶ Et propter hoc sitis cauti, † quod ex parte actoris, semper ponatis in libello petit rēum condemnari ad predicta, cum dāmnis. z expensis factis, z faciendis, ꝛc. similiter ex parte rei hoc petatis. Hon sunt alia.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Siue autem. Vide aliquid per Bal. in c. ex parte B. de reser. z Alex. cons. cxxv. vbi ponit an ille, qui succubuit propter iuramentū delatum aduersario in supplementū sit in expensis condemnandus. z cxxiij. vol. iij. vbi loquitur quando adesset statutum, quod victus victori, ꝛc. quando esset facta promissio per instrumentum de expensis. z vide etiam Jas. in l. admonendi. in repetit. ff. de iureiuran. vbi inquit incidenter. z lxxix. quod vir approbat, licet litigans, z succumbens non debet in expensis condemnari.
P. PAV. P. ¶ Sine autem. Limita nisi sit articulus iuris multum dubius. vide do. Ant. de But. cons. lxvij. ad fi. Item circa materiam expensarum habes tractatum per Jac. de Aret. Item alias differentias inter expensas que debentur ratione contumacie, z illas que debentur ratione victorie, vide per Jas. in l. j. §. fi. ff. si quis ius dic. non obtempe. ponit vbi etiam aliquas differentias an debeantur iure actionis vel officio iudicis. Item quod vbi ambe partes sunt diligentes, quod neutra debeat in expensis condemnari quando perit instantia, vt habes. j. in §. illo proculdubio. Quid autem si in causa criminali, vide ad Barto. in l. j. ff. ad Turpillia. Item quod succumbens in causa appellationis ex eisdem actis, sit condemnandus etiam in expensis prime instantie, vide Anch. consil. cccclxv. ad fin.

1 ☞ Magnus, quando magis puniatur, quam paruus.

§. Sinautem vtraque.

a Hic incipit quarta pars. in qua punitur negligens iudex. breuiter dicit. Iudex negligens causam intra terminum triennij terminare, penis legitimis punietur, z si iudex fuerit mutatus, z ad litem terminandam, minus anno superer-
1 rit, annus supplebitur. h. d. Vides hic † quod magis punitur maius quam paruus, contra in l. Pedius. ff. de incen. rui. nāu. Sol. Ibi in pena corporali. hic in pecuniaria. ¶ Opp. ff. de iudi. l. proponebatur. Solu. Ibi non finitur iudicium, ita nec hic, tamen mutatur iudex. ¶ Op. de l. si iudex. ff. eo. Sol. vt ibi. ¶ Quero vtrum
2 hec lex habeat †locum in iudicibus annalibus, z semestribus. Dicunt quidam quod non, quod gl. non placet, z merito, nam cum sit iudex per annum, apparet quod potest habere annum quem vult ista lex. In iudicib. autem semestribus videtur quod non possit perire instātia authoritate huius l. Nam cum debeat habere annum integrum, z in omni capite ser mensium muretur, nunquam finietur instantia. Ita dicit gl. quam vide. Doct. nostri dicunt contrarium. Nam hec lex loquitur quando iudex mutatur ex casu, ita q̄ pars nō potuit prouidere. Secus si potuit prouidere. arg. ff. quib. ex caus. maio. l. sed z si per pretorem. §. si ferie. Sed certe, licet ista ratio concludat in partibus, non tamen concludit in iudice surrogato, cui non est quid imputetur. Dicas ergo quod ratio est, quia
3 †tempus semel suppletum, iterum non suppletur, vt l. fideicommiss. §. si quis decem. de leg. iij. z l. j. §. si cui ita. vt leg. no. ca. ¶ Item
4 ad hoc facit † ratio vitande infinitatis. Querit gloss. vtrum hoc casu finiatur iustantia. Et dicit quod finitur sed partes reitituun-
b tur b. De quo dic vt in gloss.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Sinautem vtraque. Alia pena imponitur per statutum Papien. quia punitur pena centum fiorenorum auri. z in expensis z dāmnis vtriusque partis. Habes in primo statuto civilium statutorum. Idem etiam ibi in quolibet delegato z cōsultore illius. z intellige si requiratur, vide Jas. hic. Quomodo autem consuli possit iudici si sit clarus in fine instantie, vide Feli. in ca. per. de iudic. Vide Alexand. in l. ait pretor. §. si iudex. de re iud. post Bar. z alios. An autem possit pronunciare iudex non liquere de causa, quando non est clarus, z an tūc fiat preiudicium parti per lapsum instantie, vide Feli. in c. causa matrimonij. ad finem. de offic. deleg. Alexand. in l. si vni. in princ. ff. de re iudic.
b P. PAV. P. ¶ Restituuntur. De hac restitutione in integrum, vide Alex. cons. cccclx. Et quid si propter subterfugia partis erat lapsa instantia, an possit iudex restituere, vide late Rom. cōs. cccv.

1 ☞ Causa in sententia hodie non inseritur.
2 Clientulus causa pendente potest cogi soluere salarium aduocato, officio iudicis mercenario.
3 Causa in quibus sententijs inseri debeat.
4 Instantia licet sit perempta, officium tamen iudicis durat, vt possit hoc declarare, z partem in expensis condemnare.

§. Illo proculdubio.

a Hic incipit qnta pars. in qua puniuntur aduocati. breuiter dicit. Si per negligentiam aduocati causa differtur, legitime pumetur, z si propter salarium non solutum retardetur lis. pars soluere compelletur. h. d. Nota hoc ibi. ipso videlicet iudice. ꝛc. Ho. quod in sententia debet inseri causa. Circa quod vide
1 quod not. per Dy. in l. qui Rome. §. duo fratres. de verb. oblig. Et
1 hoc refert Lyn. ad literam. Sed † hodie non est necesse quod inse-
2 ratur causa. vt in ca. sicut. extra de re iudi. ¶ Not. quod per † officium iudicis mercenarium deseruiens cause, causa pendente potest clientulus cogi soluere salariū aduocato. Videbitis. j. de suffr.
3 l. j. ¶ Quero circa hanc legem que † est ista sententia, in qua iudex debet istam causam inserere. In gloss. ponuntur tres opi. Una est, quod loquitur de sententia, in qua aduocatus cōdemnatur. z ista est clara. Alia in qua iudex absoluit ab obseruatione iudicij. Alia in qua declarat partes absoluendas ab obseruatione iudicij. quilibet est vera, vt puto, nam iudex absoluit ab obseruatione iudicij propē finem triennij, ante tamen elapsum triennium. vt supra eodem. l. j. §. z si quidem. sed si triēnium est elapsum, tunc partes sunt absolute ab obseruatione iudicij ipso iure, vt d. l. j. in principio habuistis no. in dicto §. z si quidem. in eo quod dicit. quod sententia non valet post triennium. licet Petr. z Ly. aliter dicant z male.
b ¶ Ex quo not. quod licet b instantia sit † perempta, tamē officium
4 iudic. durat, vt possit hoc declarare c, z vt possit partem propter
c quam hoc contingit, in expensis condemnare. Hoc probatur in l. i. preses. j. quomodo z quando iudex. z l. fi. j. vt intra certum tempus crim. questio ter. Cetera dic vt in gloss.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Illo proculdubio. Ho. quod in sentētia requiritur expressio cause, de quo per Jaco. But. in l. ij. §. ignominie. de his qui no. infa. vbi tradit hanc doctrinā, dicens quod aut iudex vult grauare condemnatū vltra quam constet effectus sentētie simpliciter late, z debet causam exprimere, vt in d. §. ignominie. z in l. fi. cum ibi no. j. de suspe. tut. z l. si legatario. §. fi. de fideic. liber. Aut vult reseruare ius, z exonerare eum cōtra quem fertur sententia. z tunc debet causam exprimere, que tali effectui cōueniat. Alleg. istū ter. z §. fi. natus. hic alleg. in gl. Aut neutrū facere, z tūc est consilū. quod iudex exprimat causam, z sic sententia lata ex vna causa pariet exceptionē rei iudicate in alia l. si mater. §. eadem. cum fi. ff. de excep. rei iud. De substantia autē sententie, ad eius validitatē non est quod requiratur expressio cause. c. sicut. de re iud. Et ab hac doctrina nō discrepat etiam Bar. in d. §. ignominie. Spe. in tit. de sent. prola. qualiter. ver. verū. vbi ponit multos casus, in quibus in sententia requiritur expressio cause, z inter ceteros dicit, q̄ quādo quis absolutur ab instātia, z per patronos cause, vel alios steterit quo minus potuerit intra instantiā causa diffiniri, debet exprimi causa, cuius culpa steterit, vt hic. Et idē dicit vbicunq; iudex a iure cōcedit. l. sciendū. ff. de app. recī. z ideo infert, quod vbi victus nō condemnatur in expensis, iuxta regulam positam. §. ead. l. §. finantem vtraque, debet exprimi causa, vt in §. oportet. in auth. de iudic. z in c. calumpniam. de pens. z idem dixit Joan. And. z alij in cap. finem

litibus.de dō.z contu.z Bart.in auth.generaliter.ſ.de epiſc.z cle. z Spec.in tit.de expen.ſ.poſtremo.arguit in contrarium,z Bald. in l.preſes.C.quomodo z quando iud.z in authen.ſed nouo iure.ſ. do.z dicit quod de hoc eſt text.z not. Joan. Andr.in d.ca.ſicut.vbi etiam ſequitur dicta per Spec.in d.ver.verum in omnibus fallen tijs ibi poſitis.Plures etiam caſus,in quibus requiritur cauſe expreſſio in ſententia.ponit Bal.in l.preſes.z aliam fallentiam ponit etiam gloſſ.in d.ca.ſicut.z Bald.in l.generaliter.ſ.j.de rebus cred. ¶Adde an in ſententia ſit inſerenda cauſa.Per.de Anch.conſil. cxix.vbi dicit quod fatuus eſt iudex qui cauſam in ſententia expri mit.

P. PAV. P. ¶Illo proculdubio. Circa iſtum ſ.quando declaratur inſtantia peremptoria, quod ſit ſententia interlocutoria, vide Joann.de Anna. conſil.xcvij.ponit Bologn.ibi multa ſimilia. Et vide etiam Perufinum in capit.cum ceſſante.extra de appellatio. Felin.in rubrica.extra de re iudic. Et dum dicitur quod remanet iudex finita inſtantia in pronunciando inſtantiam peremptam, an hoc poſſit facere vel arbitrator. vide in Repertorio in verbo inſtantia.

b POMA. ¶Not.quod licet. Vide Aler.conſil.cxxxvij.in princ.in ſ. vol.z conſil.in fin.vol.iij.z Anna.xcvij.z Aler.xxix.vol.v.z lxvj. co.vol.vbi dicit partem cuius negligentia lapſa eſt inſtantia,in expenſis condemnari debere.

c P. PAV. P. ¶Declarare. Vide concord.per Felin.in c.venerabilis.de iudic. Si autem neutra pars fuiſſet negligens, neutra condemnatur.vide Joan.de Ann.conſi.xcj.in ij.dub.z ibi etiam quod vbi non obſtante negligentia iudex poteſt ferre ſententiam, z non imputatur parti.

a **ſ. Sin vero cauſe** [a]. Hic incipit vj.pars.in qua punitur tur adminiſtratores.breuiter dicit.Si tutor.vel curat.negligentes extiterint,quo minus cauſa intra trienium terminetur perit inſtantia iure remanente minoribus ſaluo,z damnum, quod inde contingit, adminiſtratores reſpicit.h.d. Ex iſto ſ.habes colligere [b] vnum ex text.z vnum ex gloſ.primo minoribus detur regreſſus contra actorem, vel procuratorem cōſtitutum a tutore,z hic text. poteſt induci pro z contra. Videbitis text.z tenemenn.Item tene menti gloſ.que videtur velle quod l.vltima.infra de teſtib.habeat locum etiam in teſtibus examinatis coram iudice,quod an ſit verum dicemus ibi ꝛc.

ADDITIONES.

a ¶Sin vero cauſe. Circa iſtum ſ.inquantum videtur velle quod bona heredum tutoris vel curatoris ſint obligata pupillo, adde quod eſt caſus hic ſpecialis, vide Lomen.conſil.lix.incip.queritur ad fin. De quo vide Pal.hic qui legit iſtum ſ.cum precedenti. Et idem eſt in dote.vide Bart.poſt gloſſ.in l.ij.j.que res pig.obli.poſ. Bart.Sal.z alij in l.Paulus.in princ.ff.de pigno. An eccleſie detur reſtitutio aduerſus lapſum inſtantie,vide Aler.conſil.cccxc.Iuxta iſtum text.dum dicit quod prius eſt agendum contra adminiſtratores,vt per Paul.de Caſt.conſil.cccxvij.in iij.dubio, Item quod ex reſtitutione ex clauſula generali,an peti poſſit antequam agatur contra adminiſtratores.etiā extra caſus huius legis,vide Biret.conſi.clxj.Et rationem deciſionis huius ſ.vide per Bart.in l.in pronunciati.ſ.j.ff.de ope.no.nun.vide ad regulā huius ſ.Soci. conſi.cccxix.Et quod iſte ſ.procedat ſolū in iudicio,vide per Bar. in lenam.ſ.ſi tutor.vel curat.vide Abb.conſi.lxxvij.vol.ij.

b POMA. ¶Colligere. Vide Alexand.conſil.xxix.in ij.dubio.vbi dicit poſt iſtum text.quod minori aduerſus lapſum inſtantie non datur reſtitutio, ita nec pie cauſe.tene menti.vide Paul.de Caſtr. conſil.xxxvij.in iij.dub.vbi declarat.

LEX XII.

a **Rem non nouam** [a]. Judices z aduocati debent iurare ſolenniter, vt hac lex.pronuntur.h.d. ¶Not.text.ibi, vel qui ex iuriſdictione ſua iudicandi habeat facultatem. Vide gl.hic poſitam,que facit mentionem de iſtis iudicib.chartularijs.z in l.ſi.ſ.vbi z apud quem.not.z perpetuo tene menti.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶Rem non nouam. In quantum glo.hic dicit.in aduocatis,l.cauetur,ſed conſuetudo non ſeruatur, etiam doct.communiter tranſeunt quod conſuetudo non poſſet hoc tollere.vide Rom.ſing.cccxxxix.incip.tu habes.

LEX XIII.

a ¶Succumbens in interlocutoria,in expenſis retardati proceſſus condemnatur.

Si aliquis debebat citari tribus edictis,z citatus nō cōparuit in primo.nec in ſecundo,ſed in tertio,debet in expenſis condemnari. Contumax duobus remedijs cogitur expenſas reficere. Delegati ab inferiore quod poſſint citare. Arbitri poſſint citare.

a **Sancimus** [a]. Contumax non auditur, niſi refectis expenſis.h.d. ¶Opp. z videtur, quod iſta lex ſit ſuperflua.per l.properandum.ſ.ſiue autem alterutra.ſ.eod. Solut. In multis
1 † differt,ibi loquitur de expenſis,que reficiuntur ratione victorie [b] hic de his, que reficiuntur ratione contumacie. Item hec lex habet locum ſecundum gloſſ.poſt litem conteſtat.z ante,illa poſt lit. conteſtat.tantum loquitur. Vide gloſſ.innuit hec gloſſ.ſi aliquis ſuccumbat in aliqua interlocutoria ante litis conteſtat.vel etiam
c poſt,quod non debet fieri condemnatio expenſarum [c] per d.ſ.ſiue autem.Nam ille habet locum poſt lit.conteſta.Item in diffinitiua ſententia. Ita videtur velle iſta gl.que ſatis poteſt ſuſtineri, quod
2 vigore huius l.non fiat † condemnatio expēſarum.Non ergo contumacie, nec ratione victorie condemnabitur in expenſis ille, qui ſuccumbit in interlocutoria.ſed condemnabitur ratione retardati proceſſus, vt l.non ignoret, ſ.de fruct.z lit.expen.z ibi diri. Quid enim ſi diu fuit litigatum ſuper iura emergentia, z proceſſus diu fuit retardatus, vt l.intra vtile.ff.de min.quod videbitis.ſ.de ord.
b iudi.l.j.Certe equum eſt ſuccumbentem condemnari in expenſis [b], vt d.l.non ignoret,facit quod not.per cano.extra de dolo z contu.
3 c.finem litibus.Differt † etiam, dicit gloſſ.hec l.ad properandum, quia hic loquitur de omni damno, ibi de expenſis tantum. vt d.l. non ignoret. ¶Opp.z videtur quod non fiat taratio, vt l.qui reſtituere.ſ.j.ff.de rei vendic.Solut.vt in gloſſ. ¶Oppo.de authen. nouo iure.alias, poſt iuſiurandum.hic poſita.Solut.Illa corrigi-
4 tur.vt ſtatim videbitis. ¶Quero primo, aliquis debet † citari edictis.fuit contumax in ſ.z ij.comparet in iij.an debet reficere ex-
e penſas [c], Doct. dicunt quod ſic.Idem not.extra de procur.cap.ij. Dixi vobis quod eſt tex.in authen.qui ſemel.ſ.quomodo z quan-
ſ do iudex. ¶† Quero quibus remedijs contumax cogatur expenſas reficere. Reſpond. Duobus modis,vel per oficium iudicis denegantis ei audientiam. vt hic, vel per act.in factum ex illo titu.ſi quis ius dicen.non obtemp.l.i. ¶Quero. quid vult hic dicere in fi.licet non citati ſed requiſiti.Dicunt quidam quod delegati non poſſunt citare per edicta.neque per nuncium.ſed per ſeipſos.Hoc vult dicere,non citati.ſed requiſiti.Et referunt doct.quod iſta fuit opi.do.Loth.cum eſſet commiſſa quedam queſtio ſibi z do.Azo. z vna partium erat pulchra domina.vnde do.Loth.dicebat quod non poterat citare per nuncium, ſed per ſe. vt irent ad videndum
f illam pulchram dominam. Sed veritas eſt. quod poſſunt citare [f]
6 per nuncium ſicut arbitri, † vt l.ſed interpellatur.ſ.j.de arbi.Nam iudices delegati habent iuriſdictionem maiorem quam arbitri.vt l.ait pretor.ſ.j.ff.de re iudic.z text.hic debet exponi, non citati ſcilicet per edicta in albo proposita. cum delegatus non habeat album,ſed requiſiti per nuncium,vel per ſeipſum.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Sancimus. De materia huius legis vide que dixi in l.ſi finita.ſ.Julianus.ff.de damno infecto.

P. PAV. P. ¶Sancimus. Adde etiam quod idem eſſet.ſi nō fuit contumax,ſed proceſſus fuit nullus. Com.conſi.lviij.z generaliter quandocunque aliquis indebite aliium in ius trahit, debet in expenſis condemnari.l.cum quem temere.de iudic. Spec.in titu.de expenſis. Et circa rem contumacem datur alia forma per ſtatutum huius ciuitatis.habes ſub.n.rub.de ordi.mit.in poſ. Item an requiratur citatio in cōdemnatione iſtarum expenſarum propter inſtantiam,vide Felin.in cap.j.de iud.Item quod iſta regula procedat etiam in actore cōtumace.qui permiſit labi inſtantiam, vide Deci.conſil.xxxiij.ad fin.

b ALEX. ¶Reficiuntur ratione victorie. Quid ſi quis fuerit excommunicatus ex contumacia, an prius debeat reficere expenſas antequam abſoluatur, z quibus cauſis qui teneatur reficere expenſas, antequam audiatur in iudicio.vide Spec.in tit.de contu. ſ.nunc dicamus.verſic.imo excommunicatus. Et an ſi reus comparens petat ſe abſolui a contumacia debeat in abſolutione citari actor, z quid ſi abſoluitur ſine citatione actoris. an valeat ſententia,z ab ea poſſit appellari.vide late ſpe.vbi ſ.in verſi.ſed pone excommunicatus.cum ſimilib.

c ALEX. ¶Condemnatio expenſarū. Sed an ad iſtam contumaciam requiratur quod offerātur primo expenſe, vide Bal.in auth. qui ſemel.ſ. quomodo z quādo in.z ibi an ſufficiat ỽbalis oblatio, z vide Imo.in d.ſ.Julianus. Numquid vna ex trib.citationib.debeat eſſe gratuita,vide Jo.And.in c.ij.de procur.hic alleg.circa fi.

d P. PAV. P. ¶In expenſis. Vide d.l.nō ignoret.z talis condēnatio debet fieri ſtatim nō expectata ſententia diffinitiua.vt vult Bar. in d.l.non ignoret.Et vide omnino Fel.in c.ad audientiā.el ij.extra de reſcri.vt ſcripſi ad Bar.in d.l.non ignoret.Et circa iſtā oblationem expenſarū vide Aler.in l.ſi finita.ſ.Julianus.ff.de dam.infec. Item q̄ iuſta cauſa litigandi non excuſat ab expēſis ratione contumacie.Ita do.Ant.ponderat glo.in c.fuem litibus.extra de do. z contu, Aduerte tamen q̄ in reuocatione tenute propter contu-

maciam requiritur quod satisdetur de iudicio sisti, etiã si quis possideat immobilia. Bl. in §. administratores, in verbo fideiussorem. in auth. de exhi. & introd. reis, in auth. ei qui iurat. C. de bo. authent. iudi. possid. Item ad limitationem huius l. vide Panor. in c. fi. de rescri. circa fi. An autem ista lex procedat in minore, vide Alex. in apostil. in l. minor etiam. ff. de minor. vide de materia Feli. in c. quoniam contra falsam. §. de proba.

e ALEX. ¶ Debet reficere expensas. De hoc est casus in c. quèrelam. de proc. & extrũ. diff. c. honoratus. not. Barto. & doc. in l. contumacia. §. contumax. de re iudi. & l. j. ff. si quis ius dic. non obtem. & §. pen. in titu. de expen. §. si autem aler. ver. sed querit. licet Jacob. de Are. hic tenuit contrarium. Vide Jmo. in l. qui autem. ad fi. & ibi Barto. de verbo. obligat.

f ALEX. ¶ Possunt citare. Vide Bar. in l. ij. de iurisdi. iudi. & in auth. qui semel. C. quomodo & quando iud. & Bal. in l. ij. e. ti. Ter. est in §. eo. in auc. de liti. ¶ Adde tu & vide d. Mar. Soc. idẽ tenentem in rub. de dila. arti. iiij. in iiij. illatione. De arbitris & arbitratoribus. intellige etiam quando sunt electi ex necessitate inducta per statutum. per no. in l. arbitrio, & in l. ab arbitrio. ff. qui satisdare cog. in l. fi. ff. a quib. app. non licet. in c. cum speciali. de arbi. & in c. ab arbitris. de offi. dele. li. vj. & idem dicit in arbitris compromissariis. per l. sed si interpellant. in §. j. ff. de arb. qui redacta sunt ad instar iudicioꝝ. l. j. ff. de arb. & adde quod licet arbitri possint citare per nunciũ, non tamen poterunt citare testes, sed debent citari per iudicem, vt cõpareant coram arbitris. Ita Bald. in l. sed si interpellantur. §. j. ff. de arbi. & dicit do. Maria. Soc. vbi. §.

AVTHENT.

i ¶ Juramentum quando debeat precedere taxationẽ expensarũ.

k Prioter iustam causam litigandi expense possunt adinuicem compensari.

q **Quo iure.** [a] Alias. post iusiurandum. Ista autem. then. corrigit. l. Codicis. Dicitur quod primus iurabatur a parte, postea taxabatur a iudice, hodie contra. ¶ Oppo. ff. de in lit. iur. l. videamus. §. pen. vbi primo iuratur. & postea taxatur. Dicunt quidam quod illa corrigitur per

b hanc, gloss. tenet contrarium, & ista est veritas[b]. Quandoque iura

k tur de veritate. tunc debet precedere taxatio. Postquam enim est iuratum, non potest taxari. vt hac auth. Ratio, quia taxatio veniret contra iuramentum. Quandoq; iuratur de affectione, & tunc post iuramentum potest taxari, vt l. contraria, potest enim iudex affectionem partis inordinatam refrenare, sed non veritatem.

k ¶ Quero quid velit dicere text. hic, neuter debet condemnari in expensis, propter negotij veritatem. Respond. potest esse, quod vtraq; pars obtinuit in dimidia eius quod petebatur, vnde compensantur expense inuicem, &c.

ADDITIONES.

q ALEX. ¶ Quo iure. Adde quod Bald. in l. sancimus. in princ. C. eod. dicit quod nunquam habet locum taxatio, vbi quantitas expensarum potest probari aliter, quam per iuramẽtum ex oppositio. Sed vtrum deferendo sacramentum, de quo hic, sit necessaria citatio partis. Bald. dicit quod non, in ca. j. in princ. si de inuesti. lis ordi. inter do. & vasal. quia in odium precedentis cõtumacie, vt ibi not. per Bart. adde not. per Bart. in l. iij. §. fi. ad diem. de re mili. & in ista auth. vide not. per Bald. in l. iij. de fru. & lit. expen.

b ALEX. ¶ Est veritas. De materia huius auth. vide Alexand. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de damn. infect.

LEX XIIII.

i ¶ Ordinarius non recusatur, vt remoueatur, sed vt ei detur adiunctus.

2 Iudex delegatus iure ciuili, sine causa recusatur, secus de iure canonico.

a **Apertissimi.** [a] Iste leges que sequuntur non sunt in vsu. Breuiter dicit. Iudices delegati possunt ex causa suspicionis recusari, sed partes cogentur ad eligẽdos arbitros qui vice delegati fungentur. h. d. primo ponit dicendum. Secundo ponit, & extendit illud ad delegatos a principe. Tertio ponit rationem. Quarto ponit aliud dicendum in delegato a principe. Quinto illud extendit ad delegatos ab alijs. Secunda ibi, licet enim. Tertia ibi. cum post lit. contest. Quarta ibi, eo. Quinta ibi. quod & si.

b ¶ Quero primo, an iudex ordinarius [b] possit recusari vt suspectus. In hoc fuerunt opi. inter nostros glossatores, vt hic dicitur in j. gl. mag. veritas est quod nõ potest recusari vt remoueatur, sed

1 vt ¶ ibi aliquis adiungatur, vt in auth. si vero contigerit. quã statim videbitis. De iure cano. ¶ videtur secus, vt extra de ap. c. cum

c speciali. Quero, vtrum iudex delegatus[c] possit recusari sine causa, opiniones fuerunt inter nostros doct. Finaliter nostri doct. & glos. tenent quod sine causa possit recusari, vt sufficit solum quod partes putent sibi suspectos [d], vt dum dicit, suspectum iudicem pu-

c tat. arg. ad Trebel. l. quia poterat [e]. de iure Canonico est secus, vt

* extra de appel. c. secundo requiris *. §. j. ¶ Quero, qualiter formetur libellus recusationis. Dic vt in gloss.

ADDITIONES.

a ¶ Apertissimi. Licet regulariter delegatus possit ante litis contestationem recusari, secundum Jnnoc. in c. cum speciali. de appel. nisi recusaretur cum circuitu, & propter subterfugia, quia tunc nõ posset aliquo casu recusari, pro quo allegatur casus in ca. propositum. de appell. & satis hic sentit text. Secundo limita per authen. offeratur. j. de lit. contest. de quo ibi scripsi.

P. PAV. P. ¶ Apertissimi. Adde circa istam materiam suspicionis quod iusta causa suspicionis est, quando daretur iudex. qui esset aduersarius meus in alia causa. vide Panor. in c. j. extra de iud. Et ibi an possit ordinarius recusari, si assessor sit suspectus. Item est iusta causa recusandi si fuit testis in causa. vide d. Fran. cons. xxv. Item quedam alia in materia vide per eundem in cons. xxix. Item not. quod quando iudex recusatur suspectus cautela est quòd de leget causam non suspecto. ita Cepola cautela. cv. Item est iusta causa suspicionis, si consuluit in causa. vide Cepo. cau. clxvij. Item nunquid comminatio sit iusta causa suspicionis. vide Paul. cons. xxij. circa medium. Item vide quinq; casus suspicionis per Pan. in c. accedens. el ij. extra vt lite non contest. vide omnino Perusinum post alios in c. postremo. extra de appel. etiam super gl. & ibi etiã ponit quadraginta casus, er quibus potest recusari vt suspectus. Nunquid autem princeps possit committere causam alicui recusatione remota, vide late Fel. in c. cum inter prioꝛem. extra de exce. Perusinum in d. c. postremo. de appel. Item quod iudex possit recusari tanquam indiscretus. vide Fel. in c. ad nostrã. extra de prob. Perusinum in d. c. postremo. ad fin. vide etiam de materia No. fin. eclx. incip. nunquid si aduersarius loquatur ad aures iudicis, an possit vt suspectus recusari, & quomodo iudex propter grauamen illatum possit recusari, vide Aret. in c. qualiter. el j. in iij. not. ext. de accus. Quid autem in paribus curie. an possint recusari, vide Bal. c. j. §. fin. de prohib. feud. alien. per Feder. & quod ille qui fuit actuoscatus contra me possit vt suspectus recusari, vide Jaso. in l. oleer. ff. de iurisdic. omn. iudic. & ibi habes duas limitationes ad hoc. ibi ponit etiam quod non est iusta causa recusationis, si aduocatus partis aduerse sit familiaris & domesticus iudicis quem vult propter hoc aduersarius recusare. Item quasdam causas recusandi iudicem, & quod etiam tertius recusare possit post litem contesta. vide per Fel. in c. cum super. de offic. deleg. Item an vicarius possit recusari propter suspicionem iudicis, & econtra, & an prelatus in causa ecclesie. & quedam alia, vide per Feli. in c. insinuante. de offic. deleg. Item quod ille qui litigauit mecũ possit recusari. vide Jo. in c. j. extra de iudi. Item an sententia lata a iudice recusato vel iuspecto sit nulla, vide Cur. & Moder. hic. Adde Alex. cons. cccxxv. circa medium vbi retenta opinione quod etiam processus sit nullus, limitat nisi pars postea coꝛa tali iudice litigasset, vide omnino consi. ciij. vbi dicit quod quando suspicio est notoria processus est nullus sine recusatione. Vide late Rom. consil. ccxx. vide Paul. de Cast. cons. xxij. Bal. cons. ccccxxviij. in ij. parte, inci. Statuto communis Papie, late Perusi. & Prepositi. in c. cum in speciali. in prin. in vlti. q. de appel. Et qui possint recusari tanquam suspecti. vide late Perusi. in d. c. cum speciali. Et an doct. possit recusari. fit sit suspectus doctorando, & an totum collegium. vide Feli. in c. causam que. de offic. deleg. Et de notario vt possit recusari suspectus solo instrumento, licet secus in iudicio, vide Alexand. consil. ciij. vol. v. in ij. dubio.

b POMA. ¶ Ordinarius. Vide de ista materia & sequen. Panor. in c. si quis contra clericum. de foro compet. Et an iste. qui adiungitur ordinario, debeat ire pro decidenda causa ad dominum ordinarij, vel econtra, vide Panor. in c. ad hec. de appel.

c ALEX. ¶ Delegatus possit recusari. Vide late Spec. in tit. de iud. deleg. §. sed superest videre ex opposito. Et quid si aduersarius meus est mihi datus iudex delegatus. Dicitur autem aduersarius ille qui mecum litigat, vt in c. j. extra de iudi. Ad idem text. in c. in. extra de eo qui mit. in pos. cau. rei ser. & in l. si aduersarius. C. de fide instrum. an possit tunc recusari vt suspectus. Dicas quod sic, non solum si litigat nomine suo, verũ etiam si nomine ecclesie sue, tanquam prelatus, seu vt rector. Ita dicit gloss. not. in c. cum super. & offic. deleg. & ita tenent do. Anto. & Mod. in c. j. extra de iudi. sunquo vide Joan. And. in c. legitima. in verbo. omnia. de appell. & de his etiam j. eadem apostil. Et an litigans mecum possit recusari in testem. sicut in iudicem, vide do. Anto. & Abb. in c. j. de iudi. Et finaliter concludunt, quod aut loquimur in eo. qui habuit testem, & potest esse testis. Ita intelligunt notabilem doctr. Jo. And. in add. Spec. in rub. de iudic. deleg. & in vers. est sciendum. in ver. aut in eo qui habet litem de presenti, tunc distingunt. aut habet criminalem aut ciuilem omnium bonorum, vel maioris partis bonorum, & tunc repellitur totaliter a testimonio, per tex. in auth. de test. §. j.

testi.§.si vero quis dicat odiosum.in princ.& per ea que not.gloss.& docan c.cum oporteat.de accu.& in c.pen.eod.tit.& per ea que habentur in c.frequens.de testi.spol.& in l.propter litem.de excus.tut. Aut habet litem cuiusdam rei mecum, & non repellit testem omnino.sed est in arbitrio iudicis quanta fides sit sibi adhibenda, vt videtur probari in d.§.si vero quis dicat odiosum.in versic.seu alias.§.si vero aliter odiosus.in princ.Sed tu in ista materia considera duo, que ponuntur hic. Et adde quo ad primam conclusionem, quando prelatus agit nomine ecclesie, bene potest recusari vt suspectus quia participat commodum.cum sit vsuarius vsque ad mortem iuxta ea que habentur in c.presenti.de offi.ordi.lib.vj. Pro qua conclusione facit tex.in c.insinuante.extra de offic.deleg. & ita per illum text.determinat Joan. And.in simili q.in c.postremo.de appell.reprehendens Spec.in tit.de iudic.deleg.§.superest. versic.quid si impetrauit. Sed vbi economus,vel procurator agebat nomine ecclesie,ad quos nullum commodum pertinet beneficij,tunc oppositum esset dicendum.primo per text.quem Abbas.& Moder.not.ad hoc in c.postremo.in versic.eod.negotio.de appel. vbi dicunt doct.quod licet aliquis non possit esse iudex in causa, in qua semel fuit aduocatus, in alia tamen potest esse, eadem ratione procuratore, qui in eadem causa propter affectionem existimaretur.ca.Rom.de testibus.lib.vj. Secundo,quia aduocatus contra me in vna causa, non mihi dicitur inimicus. l.qui cum maiori.§.fi.de bon.liber.& tradit Bart.in l.iij.§.fi.de adi.leg. Istud dictum Barto,non reperio,imo contrarium ponit gloss.in l.si pecuniam.§.proculdubio.in versic.vel hic repelle suam,& ibi ponderat Bald.ergo non repellitur, vt suspectus.Pro hoc facit tex.in c.super eo.& quod ibi not.de appel. Forte tamen posset dici, quod non haberet locum in eo qui fuisset procurator contra me, vel esset in causa capitali.vel actione famosa,per ea que habentur in l.pen.in princ.ff.de mollic.testa.& que ponit Bart.in l.post legatum.§.sunt qui putant.ff.de his quibus vt indignis. Hoc tamen non affirmo pro nunc.Verum autem iudex possit recusari,qui habuit litē cum parte.licet nunc sit finita.in dicta rubrica non declarauit,sed satis videtur sentire quod non possit recusari.ar.eorum que dicuntur in teste. Sed tu aduerte, quia aut iudex habuit litem mecum, & succubuit,& tunc videtur posse recusari, quia presumitur durare inimicitia aliqualiter contracta per litem adhuc ex culpa sua. Aut obtinuit & tunc dicit glo.singulariter,quam tene menti in c.vt de litibus.de appe.quod iudex non possit recusari,vt suspectus,quando suspicio surgit ex culpa recusantis. Sed quia communiter ibi impugnatur illa glos.ideo simpliciter esset tenendum quod possit recusari. Adde quod circa dicta do. Ant.& Abb.declarantium dicta Joan.And.vt supra videlicet quod aliquis habuit litem mecum tunc,& modo non habet,non potest repelli a testificando.hoc videtur esse falsum, imo videtur distinguendum sicut distinguitur pendente lite.per doc.in d.c.j.extra de proba.vt §.quod probo.idcirco repellitur testis mouens litem criminalem, quia ex tali lite presumitur inimicus. vt in c.cum ex.& in c.cum oporteat.extra de accusat.& probatur clare in d.§.si vero quis dicat odiosum.& etiam in d.ver.seu.§.si vero aliter odiosus. Sed ista ratio habet etiam locum finita lite.quia qui semel fuit inimicus.presumitur durare inimicus,nisi probetur reconciliatio,secundum Inn.in c.cum oporteat.prealleg.& Bald.in auth.si dicatur.C.de test.& est casus quem ibi ponderat Bal.ad hoc in l.in ipsius.C.famil.ercisc.ergo pari ratione repelletur nunc sicut tunc. Amplius dicit Spec.in tit.de iudic.deleg.§.superest.versicu.item quod quondam. quod inimicus etiam reconciliatus potest repelli vt suspectus. Alleg.tex.cum gl. iij.q.vj.accusatores. quod intellige si sit reconciliatus de recenti, alias non procederet dictum suum.vt ibi not.Joan.And.Presumitur enim adhuc durare sua causa inimicitie precedentis,ex quibus repellitur adhuc vt inimicus. Facit ad id quod not.tradit Baldin l.§.idem Cornelio.ff.de quest. Sed tamen quia licet ista ratio fortissime adstringat,tamen videntur posse seruari dicta doctorum.quādo ille qui habebat litem mecum non succubuit.quo niam tunc licet presumatur durare inimicitia.quia tamen videtur contracta culpa mea. ideo testis ipse non videtur esse repellēdus. Ita not.dicit Bald.secutus dictum Nicol.de Mar.in auth.si dicatur.C.de test.tenuit Bart.per illum tex.in l.j.§.cum quis.ff.de q. Pro quo facit text.not.quem ipse non allegat in d.§.si vero quis dicat odiosum.vbi ille.qui mouit litem criminalem,repellitur a testimonio totaliter, donec lis fuerit finita. Igitur lite finita secus. Sed contra istam doctrinā est singularis doctrina Jmol.in c.cum Jo.& Am.ti.de re iudic.dicens quod ad repellendum quem a testimonio non distinguitur. cuius culpa inimicitia fuerit contracta, sed satis est quod ille testis habeat me odio, & illud dictū sequuntur moderni. quia habet maximam equitatem,sed posset forte dici.quod in tali casu non repellitur a testimonio, sed nō adhibetur tanta fides,sicut dicit text.in d.§.cum quis.tenet Bart.ibi,quamuis ille text.non probet dictum Bart.si recte consideretur.

b ALEX. ¶Suspectos.Et an possim recusare illum quem habui aduocatum contra me in iudicium. Vbi vide text.& gloss.& d.cap. delicto.de testi.

e POMA. ¶L. quia poterat. Vbi vide Alex.& Barba.in c.suspectus.de offic.deleg.& Alex.consi.cxiij.in ij.dubio.vol.v.vbi loquitur in notario actorum recusato suspecto.&c.

* CLAV. DE SEISS. ¶Secundo requiris.Vnum no.q̄ exceptio suspicionis est grauis preiudicij,que per procuratorē remoueri non pōt:vt singulariter dicit Jmo.in c.olim.ī.de of.dele.sequitur Alex.in l.pactum curatoris.§.de pac.Ītē q̄ gl.magna hic in prin.vult q̄ hec exceptio recusationis pōt per iudicem tolli.Vide Prepos.plene in c.postremo.de ap.& ibi ponit lxxviij.causas propter quas pōt iudex vt suspectus recusari. Runquid autē delegatus sine inquisitione possit ex causa remoueri.per Are.in c.qualiter & quando.ī.de accu. Quid in notario actorū.vide Bal.in c.super questionum.de off.dele.& ibi Pān.declarat quid in executore.

AVTHENT.

1 ¶Iudex potest esse arbitrator inter partes,vt eas componat.

2 Arbitramentum non dicitur sententia,sed magis quidam contractus transactionis.

3 Arbitrator semper sumitur in contractu,& non lite.

a **Si vero contigerit.** [a] Videtur ergo hic,quod iudex
1 † possit esse arbitrator inter partes,quia dicit amicabilē compositionē.contra.ff.de arbi.l.sed si seruum.§.ij. Sol. Non potest esse arbiter,vt in cōtrario,sed arbitrator.vt hic. ¶Et
2 vt dicit gloss.in corpore vnde sumitur, hoc † arbitramentum non
b dicitur sententia, sed magis quidam contractus transactionis [b], quia partes recedunt a lite, pro eo quod nos diximus ad idem ff. de arb.l.Pōponius scribit,si de meis.§.recepisse. ¶Et sic,si bene
3 † aduertis, arbitrator semper assumitur in contractu,& nunquam in lite. Nam precedit inter nos iste contractus transactionis,vel pacti simplicis, secundum quod arbitrator ille declarabit. Tangunt doc.in l.si qui ex cōsensu.§.de episc.aud. Plenissime tam dixi in l.societatem.§.arbitrorum.ff.pro socio.Hic non sunt alia.

ADDITIONES.

a POMA. ¶Si vero contigerit. Ad istam aut.inquantum loquitur de episcopo.vide Alex.consi.cxxxiij.vol.ij.vbi ponit quod loco episcopi possit alius dari.quoties episcopus,vel eius vicarius essent remoti.Ad istam authen. vide Pan.in c.licet ex suscepto.ver. septimus casus.& que ibi posui de foro compe.& Oldr.consi.cxlvij. & not.quod arbitramētum non solum dicatur quedam transactio, quando in forma dictum est, quod amicabiliter de iure,& de facto procedatur, sed etiam si tantūmodo dictū est quod de iure procedatur,& videtur sentire Jmo.in l.si ex duob.in vj.q.Bar.dū alle.l.si duo.ff.de arb.& ibi sequitur Be su.ff.de duob.reis.qō no.perpetuo. P.P.A.V.P. ¶Si vero contigerit. Circa istam associationem episcopi.vide omnino Alex.cōs.cccxvj.vbi inter cetera ponit quod si episcopus sit absens,quis debeat associari.

b ALEX. ¶Trāsactionis. Qualiter istud intelligatur, vide Bar. in l.quod si Epheſi.§.j.ff.de eo quod certo loco.& in d.§.arbitrorū. in j.q.x in l.si de meis.§.ex cōpromiss.de arbi.quod & ibi dixi in prin. & id quod hic d.Bar.sequitur Ang.hic. CADDE tu.& limita dispositionem huius auth.singulariter secundum Host,non procedere quādo in prouincia esset alius iudex secularis qui esset superior iudicis recusati,quia tunc ipse esset adeundus. Ita not.Host. in c.nouit.de iud.& refert & sequitur Ant.de But.& alij de fo.cōpe. & ibi etiam do.Maria. Sozi.qui ex hoc infert,quod quando in ciuitate datur superior,si recusatur ordinarius inferior, tunc superior debet adiri.quod dicit no.Secūdo limitat hanc aut.prætatus do.Maria,in d.c.licet ex suscepto. quod habeat locū in iudicibus secularibus subiectis Imperio, secus in subiectis ecclesie.allegat quod habetur in d.c.si duobus.in gl.fi.extra de appel.J.C.S.

LEX XV.

Certi iuris. Magistratus militares,& homines illiterati,possunt esse iudices.h.o.Sed quomodo iudicabunt in scriptis,qui literas nescient? Dic vt l.si.ī.de sen.ex breuic.reci.

LEX XVI.

1 ¶Delegatus principis,& subdelegatus ab eo exequitur eius sententiam.

2 A sententia arbitrorum iuris,& sic electorum vigore statutorum appellatur.

3 Quando appellatur a sententia, sententia mandatur executioni per iudicem appellationis.

Cum specialis. Libellus recusationis debet offerri coram iudice recusato, si est presens, alias cōram iudice eius loci vbi est pars, qui debebit partes cogere ad arbitros
a eligendos [a], quorum sententia per primum delegatum executioni

mandabitur, sed ad delegantem appellabitur, hoc dicit. ¶ Ex isto
f fine habes notare primo quod † iudex delegatus mandat suam
b sententiam [b] & eorum qui vice eius cognoscunt, executioni. Quod
intelige in delegato a principe. ℙlene dixi, & ibi gloss. tangit in l. a
2 divo ℙio. in princip. de re iudic. ¶ Nota secundo, † quod ab arbi-
tris, qui eliguntur ex potestate legis, potest appellari, & ideo isti
c arbitri, qui eliguntur ex forma statuti [c] de necessitate, magis ha-
bent vim iudicum delegatorum quam arbitrorum, quod multies
* allegani *. & tene menti, & hoc vtile est propter multas differen-
3 tias, que sunt inter arbitros, & iudices delegat. ¶ Vltimo nota
que non sunt mandate nō possunt exerceri post mortem mandantis.nā ante poterat exercere directas, z habebat vtiles,post mortem vtiles tantum. Ista est lect. Azo.ista lect.est vera in se,tamen iudicio meo non bene congruit litere, quia hic non dicit quod ex causa emptionis fuerunt mandate actiones, nec pecunia fuerit data ex causa pretij, sed in vicem pretij debiti. Unde puto quod casus debeat aliter poni,z secundum hanc lect.quam pono.breuiter dicit. Quando creditor mandat soluenti debitum actionis cedi,tale mandatum morte finitur, sed subsidium vtilis dabitur,si non est qui cedat,hoc dicit. ¶Est ergo ponendus casus,quando creditor cedit actiones fideiussori soluenti vel mandatori, vel correo, vel pignorum possessori, vel etiam in similibus casib. ¶Sed contra hoc oppo.quod soluenti debitum non possunt cedi actiones vel mandari, quia solutione tollitur obligatio,vt l. Modestinus.ff.de sol. Sol. Intellige hic quod fuit actum tempore solutionis quod actio cederetur,vt d.l. Modestinus.z ita dicit gl.in prin. z bene. ¶Op.secundo quod competat vtilis non expectata morte cedentis,vt j.l.prori.cum similib. Solu. Illud est verum in contractu emptionis z venditionis, z similium, vt statim dicam, sed hic non fuit ille contractus, sed fuerunt mandate actiones in vicem debiti, vt dicit text. ¶Sed contra hoc oppo.quia isto casu, quando fideiussor soluit pro reo, z similibus videtur fieri emptio nominis,vt l.si dubitatur.ff.de fideiusso.ergo competeret vtilis sine cessione. Respon.dico quod est emptio propie,sed emptio largo modo assumendo, prout continet omnem alienationem, vt ff. de statuli.l.statuliberi a ceteris.§.fin.vbi dicitur quod creditor recipit pro debito suo, z soluens soluit de necessitate, z sic propie non fuit emptio. Item contra istam lec.opp.er datione in solutum transeunt vtiles sine cessione, vt j.quando fisc.vel priua.l.fin.in fin. Sed in casibus predictis creditor tenebatur cedere fideiussori z similibus,ergo cedendo soluit quod debebat, merito vtiles transeunt sine cessione. Sol.illud quod dicitur † quod er datione in solutum transit vtilis sine cessione, est verum quando datur in solutum nomen pro pecunia debita. tunc enim videtur emptio, sed quando nomen ipsum principaliter debetur ex alia causa vel ex alia equitate, non transeunt vtiles sine cessione, nisi subsidium, vt hic.z d.l.j.in fi.cum l.se.ff.de instito.z quod no.in d.l.damm.§.fin.de dam.infec.Et ista videtur verior lect. ¶Contra omnes istas lect. op.mandatum procuratoris in rem suam non finitur morte mandantis,vt j.de dona.l.illam, sed in omnibus predictis casibus fuit mandatum in rem suam, ergo ꝛc. Solu.dicunt quidam quod hec lex hodie corrigitur per illam. Alij dicunt quod ibi fuit cessa, hic mandata. Alij dicunt quod speciale est in donatione. Mihi videtur quod debemus sic dicere, † quod aut ille qui fecit aliquē procuratorem in rem suam, decessit cum herede, z tunc mandatum directarum actionum non extinguitur.cum enim ille qui intentat directas,intentat eas nomine cedentis,seu mandantis,vt ff.famil. ercisc.l.plane.Dixi vobis in l.qui stipendia.§.de procur.sicut viuo * mandante poterat agere nomine eius,ita tunc nomine heredis *, sed quando decessit sine herede, tunc extinguitur mandatum, vt hic. Ratio,quia non est cuius nomine agatur,ideo datur vtilis in subsidium. ¶Circa legem nostram †quero vtrum[b] vtilis transeat fine cessione? Breuiter respondeo. Aut ille qui debet cedere non reperitur,quia est mortuus vel absens,z tunc si transeunt sine cessione, vt hic cum concord.alleg.§.quod est multum notandum,z habuisti pridie ad Trebel.l.pen.§.fin. Si vero reperitur,tunc aut loquimur in contractu innominato, z non trāseunt vtiles sine cessione, vt secundum lect.antiquorum.aut ex contractu nominato,z tunc regula est quod vtilis sine cessione non transibit, vt probat.ff. pro so.l.j.in fi.z l.ij.z ij.z de pecu.l.quis ergo.fallit ergo in emptione,vt j.l.prori.z l.empto.de here.ven.fallit in dote,vt j.l.prox.fallit in datione in solutum,vt l.fin.j.quando fis.vel pri.quod intellige quando datio in solutum facit emptionem,vt dixi.§.fallit in legato nominis, vt j.de leg.l.ex legato nominis.sed istud fallit, non cadit propie hic, quoniam regulam posui §.in contractibus nominatis, sed legatum non est contractus, vnde magis cadet.j.vt videbitis. Item fallit in donatione,vt j.de dona.l.illam.sed certe hoc non placebat do.Jaco.But.z bene,nam ibi non fuerunt actiones mandate,sed fuerunt cesse,vt ibi patet.Quandoq; non est contractus innominatus,neque nominatus,sed est alia equitas propter quam debet fieri cessio actionum,vel alia obligatio.tunc nō transeunt vtiles sine cessione,vt hic, secundum tertiam lect. quam dedi vobis,fallit in legato nominis,vt d.l.ex legato.Et secundum hanc tertiam lect.not.†ex hac l.vnum quod licet titulus contractus debeat apponi in initio cessionis secundum glo.nostram,vt l.per diuersas,z l.ab Anastasio.j.man.z habuistis not.§.ne li.poten.l.j.z depos.l.j.j.de litig.l.ij.tamen quando creditor cedit fideiussori vel correo z similibus,sufficit quod causa cessionis inseratur,quia soluisti tale debitum ꝛc,nec est necesse quod dicatur titulo venditionis,vel donationis,vel alio simili. Hoc probatur ex hac lege,suffi-

7 cit quod in vicem debiti cessio sit facta. ¶† Quero que differentia est inter cedere actionem z mandare, z hoc tractat hic glo. ¶Tu dicas breuiter quod respectu cedentis inter cedere z mandare non videtur differentia: nam semper directe remanent penes cedentem,que non possunt ab eius ossibus separari,vt l.quas res.ff.de pec.z pro socio.l.ij,sed respectu eius cui fit cessio bo est differentia.Nam quando mandantur actiones,transfertur exercitium directarum quas debet exercere nomine mādantis, quando ceduntur, transfertur vtilis quam exercebit nomine

8 illud † enim quod operatur traditio in rebus corporalib,vt l. ditionibus.§.de pac.illud operatur cessio in istis iuribus incorporalibus,vt no.in l.fi.quando fis.vel priua.ff.de don.l.fi.in prin.

9 †autem differentia sit inter cedere z concedere, dic vt dixi m

10 de do.vbi gl.ponit, z sic † notarij in instrumento cessionum apponant omnia ista verba,dedit,cessit,z concessit,transtulit,atq;

11 dauit,vt ex hoc competant vtiles z directe. ¶† Quero vtrū

c tur actio[c] vtilis.Sl. videtur velle quod actio vtilis sit data a lege nec nascatur ex matre obligatione. Ita sentit hic gl.in fi.z ff.eo. in princ.in gl.mag.j.de leg.l.ex legato nominis.quod est verum dubitanter in vtili que cōpetit ex cessione. Nam inter eum qui ditur, z debitorē, nullum negotium est gestum ex quo actio poterit oriri,merito dicitur datiua, non natiua, quia nō habet precedentem materiam ex qua oriatur,vt l.iuris gentium.§.j.z ibi notant pact.Alie vero vtiles secundū quod dicit Pet.z bene possunt datiue habito respectu ad edictum pretoris.de neg.gest.quo quitur in eo qui sponte gerit, sed habito respectu ad extensi Jurisconsulti,tunc dicitur natiua, habet enim precedentem teriam ex qua oritur,scilicet neg.gest.producens obligationem extensione Jurisconsultorum. Idem in l.pe.si quadru.pau. Nam habito respectu ad leg.rū.tab.que loquitur de damno da a quadrupede, non potest oriri actio pro damno dato a bipede, sed ex identitate rationis Jurisconsulti extenderunt ad bipedem, z illo respectu dicitur natiua, habet enim precedentem materiam, ex qua oritur. Idem in actione vtili ex l. Aquil. Idem in vtili petitione her.seu in bonorū possessore hereditatis petitione. ¶† Hoc

12 premisso querit gl.vtrum ille qui intentat vtiles debeat dicere aduersarium sibi obligatum. Sl. dicit quod non. Non enim ista actio vtilis competit sibi ex obligatione,sed datur a lege.vide gl.que loquitur notabiliter. Tu dicas breuiter,quod si quidem intentatur vtilis ex cessione, nō possum eum dicere fuisse obligatum mihi,sed habeo eum dicere fuisse obligatum cedenti:quare debet condemnari mihi,vt vidistis in l.qui stipendia.§.de procur. Sed si intento alias vtiles de quibus feci mentionem §.recte cum potero mihi dicere obligatum, vt §.patet. Et sic vides quod illa difficultas vtrum vtilis sit datiua vel natiua, reducitur ad hoc,vtrum possim

13 dicere eum mihi obligatum vel non. ¶† Ultimo quero quando ille cui sunt cesse actiones agit.vtrum ante lit.conte.debeat ve

d ti de sua cessione? Spe.[d] ponit istam q.nescio in quo ti.do. Jaspautauit,z finaliter determinauit,aut intentat directas,z tunc mine alieno agit,vt l.plane.famil.ercisc.z debet eius persona

e omnia legitimari.sed si intentat vtiles suo nomine,tunc secus[e].

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Sine cessione. Ex cōtractu innominato non trāseunt actiones sine mandato,vide plene hic per Bal. Vide etiam L. in l.mortis causa.§.Titia.de do.caus.mor.qui alle.stā.pro fin. in materia cessionis dic quod offic.iudi.cedi potest l.si innotuit de admini.tut.z ibi est text.not.idem in instantia.l.in cause.§. procu.z ibi gl.si volens cessionem fieri posse absente cessionario forte verum est, in mādato, sed in cessione que est quedā quasi traditio, forte non est verū, nisi interueniat nūtius, vel epistola. Ita potest cedi ius sententie, vel in iudicio famil.ercisc.z hoc casu iudens habet ius executionis parate.habebit eodē modo cessionarius z idē in legatario.q; no.perpetuo.pro quib.omnib.vide Bal. in l.ex legato.j.de leg.in materia vide que dixi post Bart.in l.fi. pulatus fuerim illud aut illud.de ver.obl.latius probā in l. Modestinus.de sol.saltē circa fi.z quod dixi post Bart.in l.pe.dum sas.j.mand.z latissime de hac materia in l.j.ff.eod.z adde in Spec. de cess.act.P. PAV. P. ¶Sine cessione. Circa hanc materiam cessionis actionis vide Rom.late consil.lxxvj. Item circa materiam huius l.quod clausula guarentigie instrumento apposita vtrum mētum operatur vt acquiratur actio sine cessione, vide Ro.lxxv.

* CLAVD. DE SEISS. ¶Nomine heredis. Vide in terminis Aret.consi.cxxv.in j.dubio vbi plene ponit an per solutum tum exercitij directarum quis cōstituatur procurator in rem, maxime quando non dat in solutum.

b ALEX. ¶Quero vtrū. Adde Bart.in l.si vxbana.in fi.de cond. indeb. Et adde quod vbi dominus conuenitur in iudicio ex contractu procuratoris potest ex eo.contractu versa vice petere cessione.quia aliter nō esset sibi saluum interesse propter naturam relationis. Ita not.volunt Bart.in l.pe.j.de exer.z adde quod

dicit lex ex cautione, vel ex contractu talis alius agere possit propter dictionem ex. nunquam requiritur cessio, & ita dicit Bal. in l. fi. in princip. de testa. manu.

a ALEX. ¶ Oriatur actio. Bene facit quod no. Bar. in l. j. de condi. inde. & in l. cum quis. de iur. & fa. ign. & adde Bar. & doc. in l. cura tores. de neg. gest. & in l. ij. ff. eo. POMA. ¶ Vide ad hec Bre. cons. ij. extiij. alias extij. & seq. & ibi dicit hic velle qđ ille cui sunt mandate directe fine cessione vtilium dicitur procurator in rem suã.

b ALEX. LOS. ¶ Spe. credo quod dictum Spec. de cuius loco non meminit Bar. sit in titu. de proc. §. sequitur videre. in princip.

c ALEX. ¶ Tunc secus. Et ideo caute facias semper vtiles tuo nomine intentari. plene per Bar. in d. l. qui stipendia. & cum Bar. hic transit Bal. in iij. q. quam vide. Vtile tamen est in casu agere directa, qz tunc non requiritur cessio bonorum: secus si ageretur vtili. vt no. Bald. in l. ij. C. quando fisc. vel prima. & in l. hereditatis actio. & quod not. Bar. in l. nomen. C. que res pign. obli. pos. ad fin. vbicunque agitur de priuilegijs. melius est agere directa vt not. Barto. in l. C. de priui. fis. ¶ Adde Specu. in titu. de act. & pet. §. iurta. verſi. ante pe. vbi ponit de his vltimis verbis.

ALIA LECTVRA.

a Vta. a Hec lex legitur quinqz modis, quorũ duo sunt in glo. alij extra gl. secundum primum. hoc dicit. Ex contractu innominato non transeunt actiones vtiles sine cessione, nisi in subsidium. ¶ Nota quod dicit in summario. ¶ Op. q ante quam creditor decedat sine herede, ex solo contractu competant actiones vtiles, vt l. priori. & de per. vel act. ven. l. empto. Sol. Dicit glo. secundum hanc lectu. Contrarium loquitur quando fuit contractus emptionis & vendi tionis, in quo statim transit vtilis sine cessione, hic vero fuit contractus innominatus. Ad hoc opp. qz videtur q̃ hic fuit emptio, ex quo interuenit pretium. Dicit enim data certa quantitate pecunie, ecce pretium. Huius timore dicit glo. quod hec quantitas fuit data vt species. Hec obstat tex. qui dicit quantitate. nam appellatione quantitatis, continetur species, vt l. quisquis. ff. de legat. iij.

14 Ista est prima lectu. vera in ff, vt j. dicam. ¶ † Ex qua habes notare primo quod ex contractu innominato non transeunt vtiles sine cessione. ¶ Secundo q̃ mãdatum licet in rẽ suam, expirat morte mandatis sine herede. ¶ Tertio no. qs in subsidium, vbi non suppleuit qui cedat, qui cedere tenetur, datur vtilis a lege. Casus est hic, & j. ad Treb. l. pe. §. fi. que lex loquitur quando defunt esse propter mortem. hoc etiam est dicendum. si aliquo modo reperiri non possit. vt ff. de minor. l. j. & seq. & damni. §. fin. vt ibi not. ff. de damn. infect. ¶ Sed quia ista lect. videtur facere aliquam violentiam illatere. ideo alij Ultramontani recedunt ab ista lec. non quod eam reprobent, sed aliter legunt literam, & secundum Bar. breuiter. h. d. ¶ Etiam venditore nominis mortuo sine herede, vtiles competunt emptori. Ista etiam lect. Bar. vera est in se, tamen non bene congruit litere, nam Imperator. respon. si ita sunt, quam dicat si ita non sunt. non competunt vtiles, vt l. fi. §. de diuer. reseri. & l. cum ad presens. ff. iij. cert. pet. Preterea ista lect. nullum habet notabile, nec aliquid singulare. Ideo lect. Azo. assumam. & huius timore legitur tertio modo. Et secundum istam breuiter hoc intendit Mandatum exercẽdarum directarum. ex causa emptionis, morte etiam mandantis extinguntur, vtilis, sola remanet. hoc dicit. & differt lec. Azo. a precedẽ. qua loquitur in contractu innominato, sed ista in contractu emptionis, secundum primam datur in subsidium vtilis, secundum istam datur vtilis ex priuilegio contractus emptionis, vt j. patebit. differt a lect. Bar. quia Bar. nullam ponebat differentiam ante mortem, & post mortem. ideo subaudiebat quẽdam Bar. Sillima. & Jac. de Ra. ¶ Opp. quod soluta pecunia non potest fieri cessio. l. Modestinus. & l. seq. ff. de sol. Sol. Dic quod hic fuit actum de cedendo ante solutionem, vt d. l. Modestinus. vt hic in prin. ¶ Secundo op. mandatum in rem suam non finitur morte. vt l. illam. de don. Sol. Si. ponit hic tres solutiones. Prima quod hec lex in hoc corrigat. Alij quod ibi actio fuit cessa, hic mandata. Alij quod speciale est in cõtractu donationis. Mihi videtur sic dicẽdum. Quandoqz mandans decedit sine herede, & tunc mandatum extinguitur: nam cum habet intentare directas nomine alieno: modo non reperitur cuius nomine agat. casus est hic. Quandoqz mandans decedit cum herede, & tunc mandatum in rem suam non extinguitur, vt d. l. illam. quia adhuc successit heres, cuius nomine potest mandatarius agere, vt l. plane. ff. famil. ercisc. ¶ Secundum omnes lect. presupponitur quod ex contractu emptionis transeunt vtiles sine cessione, & hoc etiam in aliis quibusdam casibus de quibus j. dicam. Hoc Petro non placet, imo dicit quod nec ex contractu emptionis transeunt vtiles sine confessione, nam illud quod operatur traditio in rebus corporalibus illud operatur cessio in iuribus incorporalibus, vt l. fin. j. quando fiscus vel prima. vt ibi not. sed ex contractu emptionis non transfertur dominium sine traditione, vt §. de pact. l. traditionibus. & l. fi ager. ff. de rei ven. ergo nec vtilis. Pro hoc adducit j. de here. vel ac. ven. l. qui tibi. & l. ex nominis. in quibus dicit expressum esse, & leges que dicunt quod competit vtilis specie, intelligebant facta cessione, & sic istam legem legit plane, & secundum eum hoc intendit. Ex contractu emptionis non transeunt vtiles sine cessione, nisi in subsidium. Ista opin. non placet mihi. nam text. loquitur directe quod competit vtilis ex contractu emptionis, sine traditione aliqua, & vt ostendat hoc aliquantulum deuiare a regula iuris communis, assignatur ratio quare sic receptum est vel quia sic placuit, vt l. priori. & d. l. empto. & l. postquam. de her. vel ac. ven. Si enim intellexisset Imperator facta cessione, tunc non diceret. quia sic placuit. sed quia facta est cessio que operatur idem quod traditio in rebus corporalib. per quam traditionem dominium transfertur de iure gentium. vt Instit. de re. diui. §. per traditionem. non quia sic placuit principi. Quid ergo dicemus? puto quod licet alie lec. sint vere in se, preter illam Pet. tamen hec litera non potest loqui in contractu innominato, nec in cõtractu emptionis proprie, sed vbi aliquis adducitur ad cedendũ ex aliqua equitate que non cadit in formam alicuius contractus nominati, vel innominati, & secundum hanc lect. hoc breuiter dicit. Mandatum directarum expirat morte mandantis, & soluenti debitum alienum, licet actiones debeant cedi, non tamen cõpetit vtilis sine cessione, nisi in subsidium. hoc dicit. Differt hec lectura a prima, & quia hic non ponitur quod fuerit contractus innominatus, nec aliquis contractus, sed solutio debiti pro alio, vt in fideiussore pro reo, & similib. & probatur in gl. parua, super verbo, debitor. Differt ab aliis, quia ille presupponebant contractum emptionis, hic non. ¶ Ad istam lec. op. ei qui soluit pro alio non possunt cedi actiones, vt d. l. Modestinus. ff. de sol. & l. cum his. de fideiuss. Sol. Dicas quod hic precessit pactum de cedendo, vt in gl. vel dic quod soluit pro obligatione sua, non eius pro quo fideiussit. l. Papinianus. ff. mand. & quod ibi not. Contra hoc facit text. qui dicit pro quo soluisti. Sol. expone pro quo, id est cuius occasione, quia ad istum principaliter spectabat debitum. ¶ Secundo oppo. quod hoc casu soluens videtur emere, vt ff. de fideiuss. l. si dubitetur, ergo tanquam ex contractu emptionis transeunt vtiles, sine cessione. Solu. Ibi nomen emptionis ponitur improprie. nam vere solunt. quia debet, non vt actiones emat. Vel ibi non loquitur in emptione quadam necessaria, sed solum in voluntaria, ideo placuit vt omnes actiones deniur sine cessione, ergo non obstat. & hic est casus no. in hac lege.

15 Istis † lecturis sic explicatis quero vtrum actiones vtiles competãt sine cessione. Respon. Aut aliquis tenetur cedere ex victima volũtate, si quidem ex titulo singulari, & ex causa legati, & transeunt vtiles sine cessione, vt l. ex legato. j. de leg. Ratio quia etiam in reb. corporalib. transit dominium sine traditione. l. a Titio. ff. de usur. Aut titulo generali, & non transeunt nisi facta restitutione. vt l. facta. & l. restituta. ff. ad Treb. Fallit quãdo non reperitur quis cedat, vt l. pe. §. fi. j. ad Treb. Si ex contractu, aut ex contractu innominato. & non transeunt sine cessione, vt hic secundum lec. Bar. Aut ex contractu nominato. & regula est quod nõ transeunt sine cessione. l. j. & ij. ff. pro soc. Fallit dicta gl. in contractu emptionis. vt infra. l. priori. & de her. vel act. ven. l. empto. Ratio, quia sic placuit quod intellige in actione voluntaria, vt §. dixi. Secundo fallit in dote, vt l. prior. hec potest esse ratio fauore doris. & l. j. ff. sol. mat. Tertio fallit in nomine dato in solutum, vt j. quando fis. vel prima. l. ij. quod intellige quando datum in solutum facit emptionem, alias secus. Ita loquuntur dicte leges. Fallit quarto in nomine dato pignori, vt ff. de pign. actio. l. si conuenerit. vt infra. de

b here. vel act. ven. l. postquam. ¶ Quinto fallit b in donatione, vt l. illam. j. de don. Hec non placet Dom. Jac. Bur. nam ibi actiones fuerunt cesse, alias non copetierent secundum regulam predictam, facit. ff. de do. l. ad eum. in prin. & quod ibi no. ¶ Tertio casu quando actio debet cedi ex aliqua equitate, nunquam transit vtilis, nisi in subditum, quando cedens non reperitur, vt hic, & d. l. j. in fin. & l. sequen. ff. de institutio. & l. damni. §. fin. ff. de damn. infect. Ad idem. ff. de eui. l. in creditore. Est & alius casus quando transit vtilis sine cessione, vt ff. de admit. tut. l. quoties. in prin. secundum Dom. Jac.

16 & Byn. ¶ † Quero vnde oritur ista vtilis actio? Si. remittit se ad notata infra, de leg. l. ex legato nominis, vbi no. quod iste actiones vtiles sunt datiue, non natiue. Ita no. ff. eo. l. j. in prin. in gloss. mag. & l. ex maleficijs. §. heres. ff. eod. sed in l. pater. j. de pactis conuen. dicitur quod quandoque nascitur, quandoque datur. ¶ Ad de-

c claronem c huius primo videamus quid sit dicere natiua & datiua. Pro inuembus pono exemplum in hominib. possumus dicere, quod quidam est homo datiuus, non natiuus, sed a Deo immediate factus, vt Adam. Alij dicũtur natiui, nascuntur enim ex patre & matre secundum quod communiter videmus, sic quedam est actio que habet patrem & matrẽ, & hec dicitur natiua. sed quando non habet matrem, sed immediate a lege procedit, dicitur datiua.

Text. est quem Ultramon. non allegant, sed do. Jac. But. allegat in l. iuris gentiū. §. j. ff. de pac. Dicit enim quod tunc dicitur natiua quando habet p̄existentem materiam sufficientem, ex qua oriatur, alias dicitur datiua. Hoc p̄emisso sciendum est, quod duplex
b est materia. Quedam est materia remota, quedā p̄xima. Eremplū in personalib. cōtractus est materia remota, obligatio est materia p̄xima ex qua oritur actio que dicitur natiua in realib. possessio z eius traditio est causa remota, dominiū possessionis seu detentio aduersarij est causa p̄xima, que parit actionem in rem, vt §. de alie. iudi. mu. cau. fac. l. j. z ff. de rei vend. l. in rem. z l. officium. z ideo dicit ipse aut tu queris vtrum actio vtilis dicatur respectu cause p̄xime, z tunc si quidem inspicias principia l. rij. tabul. que istam vtilem non introducebāt, dicetur datiua, vt in vtili poss. bonorum. que datur cognatis, vt in casu l. pe. ff. si quad. pau. fe. dic. Si vero inspicis leges que illas vtiles introduxerunt, dicetur actio natiua. q̄ lex introduxit obligationem, ex qua hec actio oritur, vn de obligatio bene posset dici datiua, sed actio non. Si vero inspicis causam remotam, tunc fateor dictum gl. quod est datiua, cum p̄cesserit contractus ex quo oriatur, z quod in istis vtilibus sit obligatio, p̄obat ipse, obligatio est iuris vinculum. quo quis adstringitur &c. vt instit. de obliga. in princip. sed iste cui dantur iste
17 vtiles adstringitur secundū nostre ciuitatis iura, ergo &c. ¶ Ad eraminandam istam questionem oportet me primo premittere quod actio vtilis dicitur quadrupliciter. primo vtilis respectu directe competentis ad idem, vt in casu l. nostre cum similibus. nam directa competit cedenti, vtilis cessionario. Secundo dicit respectu directe que iam competijt, ad idem nunc nō cōpetit, vt in vtili que restituitur minori, vel absenti post peremptam directā, vt ff. de act. z obll. in honorarijs. ver. sed cum rescissa. z §. si aduer. transact. l. j. z ij. Tertio dicitur vtilis respectu directe que nunquā competijt, nec competit ad idem, sed est possibile competere, vt l. quocies. j. de dona. que sub modo. z ad exhibendū. l. fi res. Quarto dicitur vtilis respectu directe que competit ad aliud, vt in l. pen. ff. si quad. pau. fe. di. z l. curatoris. §. de nego. gesto. z de bono. possessio. heredi. pe. l. j. ¶ Secundo est videndū, an per cessionem transferatur obligatio vtilis, sicut vtilis actio. Et videtur quod non. Glpe
18 nul. hic dicit † quod habens vtiles, non potest dicere illū sibi obligatum. In contrarium videtur tex. j. eod. l. si insolutū. p̄out est in litera, habes p̄o hoc, q̄ video quod quando alicui restituitur hereditas, non solum transeunt vtiles actiones, sed etiam vtiliter dicitur heres, vt ff. quod cum eo. l. si filius. z l. si postulante. ff. ad Trebellia. Preterea, ego video quod spes obligationis potest trāsferri per cessionem, vt j. de donatio. l. spem. eadem ratione ipsa obligatio. Preterea obligatio que non parit actionem, potest cedi, vt l. si eius. ff. ad Trebellianum. eadem ratione etiam que actionē parit. Preterea, instantia iudicij que non est actio, sed per eam obstatur instantie, potest cedi. l. prima. in princip. infra ad Trebellianū. z l. cum hereditas. eodem titulo. Facit l. tam ex contractibus. ff. de iudicijs. sic puto quod competat vtilis obligatio. Tertio est videndum quando actio oritur ex obligatione, vtrum semel nascatur an ab initio tantum. Sunt enim quedam que nascuntur ex aliqua re indefinenter, vt lumen a sole, z similia, quedam que oriuntur in puncto, vt filius a matre. Respondeo, semel tantum ab initio oritur actio, nec vlterius postea. Ad idem l. si quis stipuletur, z l. si sic. ff. de verborum obligatio. lege, cum querebatur. ff. iudicatum solui. ¶ His premissis venio ad questionē, vtrum actio vti19 lis dicatur datiua. Iurisconsulti appellauerunt eam datiuam, que non habet p̄existentem materiam sufficientem remotam hoc est contractum ex quo oriatur, vt d. l. iurisgentium. §. j. ff. de pac. Strictius videamus z dicamus eam esse datiuam, que non habet obligationem aliquam, nec natiuam, nec datiuam ex contractu. Assumo actionem vtilem, p̄out primo modo dicitur respectu directe competentis ad idem, vt in cedente z cessionario. Diceret aliquis, natiua est. quia §. tenuisti quod cessionario competit obligatio vtilis, ergo habet vtiles ex qua oritur actio. Contrarium dico in cessionarium confertur vtilis obligatio, que apud cedentem erat directa, sed apud cedentem erat obligatio tūc que vlterius non pareret actionē, iam enim parturierat illam, vt §. dixi. Jam enim ergo hec vtilis non parit actionē vtilem mere, ergo ista vtilis est datiua, Et hoc modo verum dicit gl. Sed si poneres quod obligatio vtilis trāsferretur in aliquem, antequam actionem pareret, vt in hoc casu, z l. specie. j. de do. tunc puto veram opin. Pet. quod illa actio vtilis oriatur ab obligatione vtili, que est datiua, z non natiua. Si vero capias vtilem actionem secundo modo, p̄out directe respectu directe, que iam competijt ad idem, nunc non competit, z tunc idem, quia est datiua nō natiua. iam enim euacuata erat potestas generandi in obligatione illa directa, eo quod iam actionem pepererat. Si vero accipis actionem vtilem tertio casu, scilicet que nunquam competijt nec competit ad idem, sed possibile est competere, vt in casu l. quocies. j. de don. que sub modo. z l. pe. ad exhi. tunc fateor q̄ lex ab initio producit obligationem vtilem. z actionem que oritur ex ea, z tunc dicetur actio natiua. non autem obligatio datiua, nec obstat tex. in d. l. pe. ad exhi. qui dicit, vtilis datur. Et sic innuit quod est datiua, quia illud dicit, ideo quia obligatio non datur, nisi habeat cōtractum p̄cedentem, ex quo oritur. Et sic Jurisconsul. appellat illam datiuam, vt dixi, sed ego strictius accipio. Si vero accipis actionem vtilem quarto modo scilicet, quando respectu directe que competit ad aliud, tunc fateor opi. Petri veram. Aut respicis principalia legis rij. tabul. alterius iuris introducentis directam in alio casu, tūc non potest dici datiua, quia illa vtilem non inducit, nec ex ea habet oriri. Aut respicis alia iura introducentia directam vtilem, z tunc fateor quod illa vtilis non est natiua respectu obligationis, z respectu alterius materie, scilicet, contractus vel delicti vel quasi, vt curatoris. §. de neg. gest. l. hec actio. si qua. pau. fe. di. z in multis
20 gibus in tit. ad l. Aquil. Et predicta vera in personalib. ¶ Dicemus in realibus, vtrum vtilis sit natiua, vel datiua. Bal. in princ. ff. eo. in gl. magna dicit quod reales actiones nunquā oriuntur ex obligatione, vt Instit. de actio. in princ. z dicit verum. Sed dixi vobis quod materia ex qua oritur actio in rem est dominium z possessio aduersarij. Videndū est ergo vtrum vtilis in rem oriatur vel detur. Et est hic aduertendū, quia vtilis in rem quando dicitur vtilis respectu directe que competebat ad idem, que competere aduersario desinenti dolo possidere, tunc puto hec actio non sit natiua, non enim habet sufficiētem materiā qua oriatur, quia deficit possessio aduersarij, vt d. j. §. de alimu. causa. z no. §. de rei vend. in ru. Quandoq; dicitur vtilis respectu directe competentis ad diuersa, vt vtilis in rem, que competit emphyteute, feudatario, z similibus. Ista est natiua, oritur ex vtili dominio quod habet emphyteuta, z feudatarius, z ex possessione aduersarij. Sic loquitur tit. ff. si ager vect. vel emphyt. Quandoque datur vtilis respectu directe, cui contrariatur, vt vtili que competit p̄scribenti que vtilis venit ad perimēdum directam ei contra quem p̄scribit, secundum opin. glosim auth. triennale. §. de bo. ma. z ista similiter est natiua, oritur enim ex dominio vtili quesito per p̄scri. z pos. aduersarij. facit l. jan. z. quod not. per Dy. ff. de aqua plu. arcen. vbi dicitur quod ex p̄scriptione oritur vtile ius. Quandoq; datur vtilis respectu directe competentis ad idem voluntate eius cui cōpetit directa vera, vel p̄sumpta, vt quando dominus qui habet directam rei vendicationem mihi cedit illam, vel vendit, vel recepit estimationem res, tunc enim competit vtilis in rem, que est datiua, non natiua, non enim habeo dominium, quia non fuit mihi res tradita, nec directa, vtilis secūdum Dy. in c. p̄o possessore. de reg. iur. in vj. gl. in l. j. pa. de rei vend. licet Petr. dicat quod tunc competat vtilis. sed
21 est falsum, vt l. hoc si res. ff. de rei vend. z hec sunt multum ut ria p̄opter formationem libelli, vt dixi in d. l. si culpa. ¶ gl. vtrum in vtili possum dicere debitorem mihi obligatum. dicit quod non. Tu dic, vt patet ex his que iam dixi. nam in bus, in quibus personalis vtilis est natiua, tunc possum dicere bitorem mihi obligatum, licet contractus sit celebratus cum ro, vt §. de procura. l. qui stipendia. Sed quando actio sit datiua tunc idem, quia possum dicere debitorem mihi obligatum. ctum est, non tamen possum dicere, vel cōcludere, vt virtute obligationis condēnetur, quia illa obligatio non potest actio p̄oducere, vt §. late dictum est, z hoc voluit dicere glo. ¶ e que est differentia inter cedere, z mandare. Bl. ij. recitat opi.
22 quidam dicunt, † quod quando actio ceditur, nil remanet cedentem, quando mandatur, tunc remanet penes eum Ista est falsa, quia per cessionem quis nō admittit directam, ab ossibus separari non potest, vt l. quid ergo. ff. de peculio. socio. Liij. Unde alij, vt Jo. dicunt quod qui cedit, retinet sed vtilem transfert, sed qui mandat, tātum committit z non transfert nisi in casibus, vt in glo. Illud quod dicit quod cedit, retinet directam, est verū, sed quod postea dicit vtilem ferri, non est verum recte loquendo, quia vtilem non habet. lege conceditur p̄opter illam cessionem sed impropria locutio sed quod postea subdit, qui mandat solum committit istud est verum, vt hic, z d. l. plane. quod postea subdit, nisi in bus hic notatis, est falsum. nunquam enim per mandatum vtilis actio, vt l. fi. j. quando fis. vel prima. z hac lege, que loquitur p̄ocuratore in rem suam, vt videtis. quia vtilis competit dium ex illa equitate, quia non est qui cedat, non p̄opter tum, vt hic in text. Item cōpetit vtilis sine cessione in casibus dictis, p̄opter ipsum contractum. non p̄opter mandatum cendarum actionum. Unde Uzo z Bug. dicunt, si tu loquerispectu cedentis, z vt quod inter cedere z mandare. nulla est rentia, quia semper apud cedentem, vel mandantem, remanet recta, sed respectu eius, cui ceditur, bene est differentia, mandatum non transeunt vtiles, sed per cessionē sic, z hoc est

verum. Sed dubito, an per cessionem actionis finiri videatur mãdatum, videtur quod non. vt l. fi. ff. quando ius, vel prima. Sed certe ibi non fuit facta cessio, licet vtilis competeret sine cessione. Jn cõtrarium videtur l. j. in fi. ff. de ope. noui nun. vbi eo ipso quod testa cio fructuarium, videor te facere procuratorem in rem tuam, vt sic in illam rem procuratorio nomine possis experiri. Ald idem vsufr. quẽadmo. caue. l. iij. in fi. cum. l. seq. & hoc puto verũ. Bl. in proxima tenet quod videatur mandatum directarũ, & ita facta cessione actionum. ¶ Scidimus differentiã inter cedere & mandare, sed quero, que est differẽtia inter cedere & concedere. Bl. in l. pe. in prin. ff. de dona. dicit quod qui concedit, nõ cedit, & sic per concessionẽ nõ transeunt vtiles, qõ est verũ vt ibi patet, sed ibi hoc videndũ. Respon. verbum concedo, est significatiuũ actus contrahẽdi, sed per contractũ nõ transfertur vtilis nisi in casibus vt dictũ est, ergo cũ dico concedo. non transfero vtilẽ, nisi concederẽ ex aliqua causa, que caderet in aliquem contractũ, ex quo transferretur vtilis sine cessione, sed verbum cedo nõ est significatiuũ actus cõtrahẽdi, sed executionis contractus, vel obligationis precedẽtis. vnde cedere est idem qõ abdicare a se. vt in ti. de ced. bo. ff. & j. e. ti. vnde postquã precessit contractus vel oblig. istud cedere tibi actionem, est abdicare a me, in quantum possum, & habet vim cuiusdam traditionis, & transfertur vtilis, seu a l. conceditur. & ideo lex, que dicit q̃ cessio non valet nisi appareat titulus contractus in cessione, vt l. per diuersas. & l. ab Anastasio. j. man. & l. j. in fi. mag. gl. ã. ne lice. poten. secundum punctum rationis procedit. nam sicut in rebus corporalibus da traditio nunquam transfert dominium, vt l. nũquam nuda. ti. de acqui. rer. do. Jta nunquã nuda cessio transfert vtilem in cessionario. num. d. l. per diuersas. ¶ Et aduertendum est ad id, quod dicit, q̃ titulus contractus debet inseri, verum est quando cauta cessionis cadit in aliquem contractum, tũc enim potest exprimi titulus, q̃ quando non est nominatus, tunc sufficit dicere titulum ex causa infra scripta, vt hic est casus. non enim hic expressit vtrũ ex causa emp. vel alia, sed dixit, in vicẽ debiti, & tamen sufficit, quod est notandũ. Et ideo propter tollendas istas dubitationes notarij apponunt in instrumento omnia ista verba, dedit, cessit, concessit, trãstulit, atque mandauit. ¶ Sed de significatione verbi transtulit: quid importet, dubitatur an sit idem q̃ cessit vel concessit. Tex. in l. j. de donatio. dicit quod importat idem q̃ mãdauit. non enim potest importare idem q̃ cedit: nam per cessionem non transfertur propriẽ vtilis, sed post cessionem a l. conceditur. Sumus expediti de glossis omnibus, quedam alia dicam in materia, in l. proxi.

ADDITIONES.

a ¶ Data. Adde quod hanc repetitionem asserit esse Bart. d. Jas. Way. nostra tempestate doctor excellentissimus, in §. j. versic. ij. limita. Justit. de act. & in §. rursus, versi. nunquid. Justit. eo. tit.

b ¶ Minuto fallit. Adde quod hanc fallentiam tenet Joan. Fab. hic, & adde alium casum in quo vtilis sine cessione transit, scilicet quando notarius stipulatur super restitutione vsurarũ. Jta Bal. in l. executorem. versic. modo ego quero. de exe. rei iudic. Item alio casu acquiritur sine cessione scilicet vbicunque notarius, vel alia publica persona stipulatur. ita Bar. & ibi Alex. in apo. in l. ij. ff. rem pu. saluam fore. & de quo in l. Caius. ff. de vsu. in l. causa. ff. de vul. & pup. & in l. ij. & ibi Bald. j. de adop. & quod notarius acquirat sine cessione, tenet Bal. in cons. ccxxviij. in v. vol. & adde quod vbicunq; est apposita stipulatio super numeratione nomine absentis, dum modo ratificet numerationem eius nomine factam, acquiritur sibi actio vtilis sine cessione. Jta Bald. in l. certi condictio. j. fi. numos. ff. si cert. pet. Et etiam adde quod Angel. in consil. cxxxvij. incip. premitto ad euidentiam. verfic. super hoc. dicit quod actio vtilis transfertur in ecclesiam sine cessione, si ex solo tit. in eam transfertur dominium. Et in proposito facit que ponit Bart. in rep. l. j. de sac. sanct. eccles. versic. in contrarium. & refert Alex. de Jmo. in cons. xii. versi. vnde est. in ij. vol.

c ¶ Ad declarationem. Adde tu, & vide eundem Bar. in l. j. ff. eo. ti. vbi etiam predicta ponit, & quasi de verbo ad verbum.

d ALEX. LOS. ¶ Materia. De hac duplici materia vide clarius per Paul. in c. dilecti. de iudi. & per Jas. in §. j. versi. vnum etiam perpetuo not. Justit. de actio.

e ¶ Quero que est. Adde ad istam differentiam gloss. & ibi Bart. & Alex. in apoc. in fin. in princ. ff. de don. & eundem Bart. in l. per diuersas. j. man. & in d. l. fi. de sequenti differentia.

f ¶ Et ideo. Adde Bart. met. in l. fin. ff. de don. in princ. vide ã.

LEX II.

Nominibus. Ex contractu dotis, & emptionis, transeunt vtiles sine cessione, hoc dicit, &c.

ALIA LECTVRA.

1 ACtio vtilis, & directa an sint eedem in substantia.

2 Actio directa, & vtilis an possint cõpetere eidem ad idem. & nu. 4.

3 Habens vtilem ex instrumento habente executionem paratam, ex forma statutorum, an poterit petere executionem talis instrumẽti.

Nominibus Ex contractu dotis & emptio. trãseunt vtiles sine cessione. hic videtur casus contra opin. Pet. qui dicit, quod nunquam transit vtilis sine cessione. Sed ipse respon. intelligo hoc facta cessione. & ita lex voluit concludere quod delegatio facta per stipulationem. vel lit. contest. non est necessaria. voluit tamen concludere per cessionem. Sed nostri doc. cõmuniter intelligunt sine cessione, & videtur de mente huius l. in co q̃ dicit. ad similitudinẽ eius qui nomen emerit. Si enim id esset in omni contractu, ista exceptio in emp. & do. fuisset superflua. fruſtra enim a principe impetrat, quod a de iure cõmuni conceditur. l. j. ad muni. ¶ Quero, vtrũ a actio vtilis, & directa sint eedem substantia. Joan. Andr. dicit quod sic. Bl. 1 signat † arg. contra. & sic limitit, & quod sint eedem sic probatur. Contra gerentem ex necessitate datur vtilis, contra gerentẽ ex voluntate datur directa, vt l. curatoris. ã. de nego. gest. sed iste due dicuntur eedẽ. q̃ dicit lex. hec actio &c. vt l. iij. §. hac act. ff. de neg. gest. Videtur casus in l. act. ff. eo. tit. secundũ vnam lect. ¶ Preterea tutor tenetur directa tute. magistratus vtili. vt l. j. ff. de mag. cõue. sed iste due dicuntur eedem, vt l. fi. ff. de mag. conue. ergo &c. Jn cõtrarium quod sint due, probatur. Jn actione directa quis fundat intentionem suam ex persona sua, in actione vtili ex persona alterius. vt l. qui stipendia. ã. de procur. quod intellige quantum ad facti narrationem. ergo sunt diuersa. ¶ Preterea, videmus quod quandoq; directa est ciuilis, vtilis est pretoria, vt ff. de bo. poss. her. pet. l. j. sed pretorie, & ciuiles sunt differentes specie, ergo nõ sunt eedem. Breuiter ¶ Pet. dicit, quod quantũ ad effectũ, vtilis & directa, est eadem, q̃ habet eundem effectũ. vt d. l. actio. Item est eadem in genere, q̃ sicut vna est actio, ita alia est actio. Item sunt eedem specie. q̃ de qualibet specie actionis possumus dicere, alia directa, alia vtilis. Sed si queris, an sint eedem nu. tunc dicendũ est quod non secundum eum, quod apparet, q̃ multe sunt differentie. finguntur tamẽ eedem quandoq; vt puta quando vna loco alterius restituitur. vt ã. si aduer. transact. l. j. & ij. Et ista sunt verba sua, que examinemus. Dicit ipse quod quãtum ad effectum, vtilis & directa sunt eedem, q̃ habent eundem effectũ. hoc non est verum simpliciter, quia vtilis petitio hereditatis que competit fideicommissario, non est effectus eiusdem cum directa. per not. in l. quia perinde. ff. ad Trebel. Item in iudicijs particularib. potest esse quod contra vtilem competit exceptio, que non competit contra directam. vt l. quoties. in prin. ff. de admi. tu. Dy. in c. pro possessore. de reg. iu. in vj. Item directa infamat, quod non reperitur in vtili, vt ff. de his qui not. infa. l. j. Expedit enim magis habere directã, quam vtilem, propter probationes. Nam in vtili quãdoq; debeo plus probare scilicet. contractum, & cessionẽ, sed in directa, quam habeẽ ex contractu meo, solum contractũ. Hoc vltimũ ¶ Pet. fatetur. de aliis non facit mentionem. Ald secũdũ dicit ipse quod actio vtilis & directa sunt eedẽ genere, quod est verũ secundũ communẽ opi. que est vt sit actio in genere. vt ã. de neg. gest. l. iij. & ibi dixi. l. iij. §. genera. ff. de acqui. poss. l. si seruus cõmunis. Mecij. ff. de stipu. seruo. §. fi. sed ipse ¶ Pet. dicit quod non reperitur actio in genere, vt referunt doct. in d. l. iij. ã. de neg. ge. ergo nõ potest dici q̃ sit actio in genere, cum nõ reperiatur istud genus. Tertio dicit ipse quod iste actiones sunt eedẽ in §. ecie. Circa quod est sciendum quod differentie que sumũtur ex aliquib. qualitatib. non faciunt differentiã specificam, sed differentie substãtiales faciũt aliquos differre specie. Vnde si diceremus, hominum, quidam magni, quidã parui. ista differentia est secundum qualitates. & sic non differunt specie, vt l. fi. de fund. instru. Sed differentia secundũ substantiam, vt homo & asinus, faciunt differentiam specificam. Facit quod no. in l. ij. in prin. ff. si cer. pe. Modo ad propositum, vtilis & directa sunt quedam qualitates. ergo non faciunt differentiã specificã. Istud cõcedo, sed potest esse q̃ ex aliis differẽtijs differũt specie, vt puta si vna est ciuilis. alia pretoria. q̃ ciuiles & pretorie. differunt specie, vt patet ex diuisione, quam facit Imperator Justin. Justi. de act. §. sed iste, & Jo. in arbore. Quarto dicit ipse quod vtilis & directa non sunt eedem nu. Istud est verũ, probo, Idem numero, nõ potest differre a seipso. vt l. proponebatur. ff. de iu. & j. de codicillis. l. fi idem. sed inter vtilem & directã, sunt multe differẽtie, vt ã. probaui. ergo &c. & probant ll. hic allegate per gl. contra ¶ Pet. que videntur sibi mutuo contradicere, & tamen solui. quod vna loquitur de vtili, alia de directa, & sic cũ habeãt se vt alia & alia, non sunt eedẽ num. Item dicit ¶ Pet. quod licet non sint eedem, tamen finguntur eedem quãdoq;, vt quãdo restituitur vtilis loco directe, vt l. j. & ij. ã. si aduers. transact. istud quod fingantur eedem non reperio, nam vtilis restituta est annalis. cum alias esset perpetua, vt l. in honorarijs. versi. sed cum rescis. u. ff. eo. & omnes ll. que dicunt eandem esse actionẽ, intelligas nomine eandem esse vel genere, vel specie, vt ã. dixi. nõ autem eadẽ est substantia. Facit ad hoc quod dixi in l. Meuius. ff. de lega. ij. §. duobus. vbi actio semel

extincta reuiuiscit, vtrum reuiuiscat eadem, vel alia, ibi traditur.
¶ Querit gl. vtrũ qñ ceduntur actiones, videatur mãdari exerci-
a tiũ directarũ. Et tenet qõ sic. Dixi ſ. l. proxima. ¶ Quero † vtrum directa & vtilis, possint competere eidem ad idem. Respõ. non. Cũ enim vtilis inducatur a l. ex equitate, vt dixi ſ. l. prox. quando aliquis habet directã, cessat equitas, quare vtilis induci debeat. hoc probatur ff. ad Treb. l. si heres. in princ. & ideo si cessionarius, qui habet vtilem, illam iterũ cederet ei, qui sibi cesserat, non transferret in eũ vtilis, vt illã possit suo nõie intentare, vt d. l. si heres. ¶ Quero, ex forma statutorum b instrumenta guarentigionata, seu cõfes-
b ſionata habent executionem paratam, † vtrum hoc erit verum in eo, cui cõpetit vtilis vigore illius instrumenti? Respon. sic, qõ apparet. nam domino lata sententia pro procuratore suo, vel procu-
ratore iurante cõpetit vtilis, & tamẽ dominus potest petere execu-
tionem, sicut si haberet directã, vt l. si procura. ff. de procur. & de re
4 iud. l. iij. ſ. j. & ij. de iureiu. l. nam & postea. ſ. iusiurandum. ¶ † Quero, aliquis proposuit directam, & probauit in vtili, vtrũ debeat obtinere. Istam questionem format Bet. ſ. l. prox. Veritas est, q̃ aut pendente iudicio, ei, cui competebat directa, cepit competere vtilis, facto rei, & tunc ex eadẽ instantia potest actor obtinere. l. quanquam, ſ. Julianus. de aqua plu. arc. ff. de rei ven. l. post acceptã. sed si ab initio competebat directa tantũ, & proposuit vtilẽ, vel cõpetebat vtilis tantũ, & proposuit directã, tũc nullo modo põt obtinere, q̃ actionẽ ineptã proposuit, & in l. j. in princ. ff. si ment. fal. mo. dixe. Bene tamen posset esse quandoq̃, quod verba libelli essent ita generalia, quod possent referri ad directam, & vtilẽ, maxime in actionibus realibus, vbi quis non cogitur exprimere in libello causam remotam, nam si dicit ad se pertinere iure dominij, potest intelligi de directo & vtili, tunc si probaret in vtili, obtineret, vt l. sed & si. ſ. item si iuranero. ff. de iureiu. licet glo. videatur aliter dicere in l. minor. ſ. j. ff. de euict. & l. si mater. ſ. eandem, in fi. ff. de excep. rei ind. sed id quod ibi dicit non videri proponi de vtili dominio, est exponendum, id est, de quasi dominio, pro quo competeret Publiciana, vt ex ipsis glo. apparet. & in qualibet earum dixi.

ADDITIONES.

a ¶ Quero vtrum. Adde eundem Bar. in l. j. ff. eo. titu.
b ¶ Quero ex forma statutorum. De hac q. & seq. vide per eundem Bar. in l. j. ver. quero ergo. ff. eo. & ibi late per d. Alex. in apost. Adde tamen q̃ in j. q. contra Bar. tenet Bal. in l. per diuersas. j. man. & ibi Bal. & tenet etiam Bau. de La. in l. postulante. ad Tre. & clare ponit Alex. de Imo. in consi. xcv. verſi. vnum est qõ debitor. vbi q̃ non potuit capi ad instantiam cessionarij, nisi prius citato ipso debitore, & discusso de citatione. de quo vide etiã per eundẽ Alex. in l. si sic. in fi. ff. de leg. j. & in d. l. postulante. & ibi concordantes allegat & ponit magis communem opin.

LEX III.

B causam. Coloni non possunt conuenirj pro dominis, hoc dicit.

ALIA LECTVRA.

B causam. Coloni, qui soluerunt pensionem non possunt pro dominis conueniri. ¶ Querit glo. quid si non satisfecerunt? Certe tunc facta condemnatione de domino, poterit fieri executio in colonos, sicut in alios debitores, vt j. quando fis. vel prius. l. j. & ij. Quero vtrum locator possit conueniri pro debito coloni. Respond. vt dicam j. l. mmia.

LEX IIII.

1 **Bonam fidem.** † Quero, vtrum hec lex debeat intelligi in contractibus bone fidei tantum, vel de omnibus. Respond. de omnibus. In ommbus enim bona fides consideratur, tamen diuersimode. Sciendum est enim quod si dolus dat causam contractui bone fidei, reddit contractum nullum ipso iure, in contractu stricti iuris, ope exceptionis, vt ff. de dolo. l. 2 eleganter. in princip. Et quantum ad officium iudicis actiom deseruiens. nam in contractibus bone fidei veniunt ea de quibus non est actum, nec cogitatum, si bona fides existat, secus in stricti iuris, vt Instit. de act.
2 ſ. in bone fidei. ¶ † Sed quero, quid in liberationibus, vtrum consideretur bona fides eodem modo, vt in cõtractibus. Respon. quod sic per omnia. Sicut enim dolus dans causam contractui bone fidei, reddit contractum ipso iure nullum, ita dans causam liberationi a contractu bone fidei, reddit liberationẽ ipso iure nullam, vt not. ſ. de in int. resti. l. de tutela. & d. l. & eleganter. ſ. nõ solum. Item sicut in contractib. bone fidei officiũ iudicis multũ potest in cõsiderando ea, que ex bona fide sunt, ita in pactis liberatorijs sup
* contractu bone fidei, & hoc est quod no. ff. de pact. l. ab emptione*.

LEX V

a **Sicut initio.** a Boues ligantur per cornua, & homines per verba, hoc dicit. ¶ Op. de l. si pecunia. ff. de cond. ob can. Sol. Ibi loquitur in contractibus innominatis, hic loquitur in contractibus nominatis, ideo in cõtractibus innominatis cum non oritur obligatio nisi completo contractu rei interuentu, ideo locus est penitentie quia adhuc non sum ligatus, sed in contractib. nominatis est ligatus incontinenti, ideo non licet discedere. ¶ Op. de contra. mandati, qui re soluitur volente mandante, & de contractu dep sitj: nam depositum resoluitur cum vult deponens. Idem de contractu precarij, & similibus. fallit, dicit glo. sed non est verum. regula superior remanet firma. Nam in omnibus istis contract in eo, in quo contracta est obligatio, nunquam licet resilire alt parte inuita. sed quando apud te depositum non fuit contracta ob gatio, vt permitterem apud te rem esse semper, sed ad mei bene placitum. Idem in contractibus mandati, precarij, & similibus.
b sic regula remanet firma & viua. Et ista est vera ratio b, licet glo assignet quasdam rationes delusorias &c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Sicut. Istam allegat Bal. in arg. in l. Gallus. ſ. de libe. & post. quod licet alias confessio facta per partem posset vocari, vt not. per Bart. in l. quicquid adstringende, in fi. de ver obliga. istud est verum, nisi per partem fuerit acceptata, quo illa amplius reuocari non potest sine probatione erroris, & hanc legem adde glo. magistram in c. diuersis fallacijs. de cle iug. vnde quis possit venire contra factum suum.
b ALEX. ¶ Vera ratio. Et de ratione huius vide quod no. in l. si pecunia. de condi. ob can.

ALIA LECTVRA.

z ff. de condi. ob turp. can. l. penul. in fi.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si quis testibus. Et dum hic dicitur, quod testis ini
micus, z malevolus a testimonio potest repelli, intelige, nisi sit pa
rum malivolus, z sic contra de amico. nisi sit aliquis benevolus, vt
dicit not. Angel. in authen. de nup. §. sin. argu. illius text. z hanc le
gem limita, vt per Innoc. in c. cum venerabilis. de excep. Sed quid
si quis producat testes tunc, z non est vsus, an intelligatur perso
nam eius approbasse, adeo quod aliquid non possit opponere si
producatur ab aduersario, per Spec. versic. sed tunc. dic quod sic,
in l. j. in §. bestias. versic. ergo de postu. Vide glossin c. presentium.
extra eod. z vide quod not. Bald. in l. ad testium. §. conditiones. ff.
de test. z in l. ea. z adde in materia quod clericus potest testificari in
causa ecclesie sue, nec debet repelli. vt in cap. cum nuntius. extra de
test, sed nunquid compellatur ferre testimonium contra ecclesiam
suam? Bloss. quod sic in d. c. cum nuntius, quia non est propria sua
causa, z tacere veritatem est peccatum. Idem tenet Innoc. quan
do non sunt alij testes. idem ibi Postren. dummodo clericus non sit
libertus ecclesie, per d. l. libertorum. Idem tenet Abb. Sicu. quia
testificãdo pro ecclesia tenetur testificari z contra. cum quis debet

testificari pro vtraq; parte,xiiij.q.v.c.non sane.z est gl.in c.fraterni tatis.de test.Sed dic quod quandocūq; testificatur pro ecclesia, z reperiuntur alij testes,tunc non coguntur,vt no.gl.in d.c.cū nun cius,sed vbi non sunt alij,cessat omne priuilegium in defectū pro bationis,no.in c.si qui testiū.de testi,z in c.j.de testi.co.z h.d.Abb. misi clericus ipse moueret causam ecclesie,tunc enim nō potest esse testis ecclesie.c.insuper.de testib,nec etiam cogi, quia procurator non potest cogi testificari contra dominum suum in eadem causa, licet possit interrogari,z adde quod monachus potest esse testis, secundum Specu.in titu.de teste.§.item excipitur.versicu.quid de mona.Idem tenet Abb.in c.cum nuncius.z adde qō fratres mi nores possunt testificari,secundum Specu.in titu.de teste.§.item excipitur.Et idem de conuersis,religiosis,z similibus,quia non re periuntur prohibiti,imo potius permissi.c.nuper.de testi.z d.c.cū nuncius.z ibi Abb.z in c.z si Christus.de iureiu.cum simil.Idem no.glos.in authent.de monach.§.cogitandum.z Bald.in authen. ingressi.C.de sacrosanct.eccle.si.z dicit Abb.quod a princip.debet habere licentiam sui prelati,cum literas non debeant legere sine licentia prelati,xij.questione j.non dicatis. Sed si testificati sunt, non valet testimonium.Ad predicta alleg.ter.quem dicit nouum in c.veritatis.de dolo z contuma.

a POMA. ¶Si quis testibus.vide Bal.in l.j.§.bestias.de postul. Barto.consi.xc.z Ro.consi.cccxxxj.z ad istam legem loquentem de teste effecto inimico,vide vnum verbum Alex.in l.prescriptio ne.C.si contra ius vel vti.publi.z limita hanc legem vt per Bald. consi.xlj.in v.parte.

P.PAV.P. ¶Si quis testibus.Vide de materia late Fel.in c.pre sentium.extra de testib.Et quod procedat ista dispositio in nomi natam solutionem,vide Bal.in l.j.§.bestias.ff.de postu. Et idē est in eo,qui apponit pro teste in instrumento, qō censetur eius per sona a partibus approbata,z non pōt amplius repelli,vide Alex. consi.lxx.in j.volu.domi.Lanfran.in ca.quoniam contra falsam.in versi.testium depositiones in verbo.Item frater.extra de probat. dans bonam cautelam vt semper accipiantur de suis affinibus,lz tamen non posset reprobari in dicto,misi esset approbatus etiā in dicto.Vide Fel.in c.vemens.extra de testib.Vide Fel.in c.cum in ter.extra de excep.vbi facit mentionem de ista cautela,vt adhibeā tur testes affines z domestici.z quod etiam potest probari contra dicta referens etiam se dixisse in c.causam.extra de re iu.post Abbatem ibi.Item intellige illud quod dictum est §.quod habēs ali quem pro teste,censetur eum approbasse.verū est respectu eius q̄ sciebat ille qui adhibuit.Secus si defectum ignorasset,secundum Angel.in l.j.C.de testa.z clarius Lepol.in cautelis suis, cautela. ccxix.incip.licet regulariter. Et idem tenet Aret.licet eos non al leget, in l.qui testamento.§.j.ff.de testa.vbi refert tenentes in pri mo dicto contrarium. Item quod si quis producat aliquem in te stem,licet postea non vtatur eo nec faciat eum iurare nec depone re,procedat ista lex.vide Feli.in c.presentium.extra de testib.Alle gat Specul.vt per eum vide Bald.de quo §.vide in repertorio, in verbo testis. Item quod producens testem, non videtur per hoc approbare dictum eius.Alex.consi.lxvj.vol.j.

b POMA. ¶Testis. Vide Bartol.consilio xc.z Roman.cccxxxj. z vide etiam Joann.Andr.in addi.ad Specu.in titu.de teste.§.se pe.in j.addi.z in simili Paul.de Last.in l.quicunque.ad finem.j.de ser.fug. z vide Alexand.consil.cxj. volum.iij.vbi dicit quod pro ducens instrumentum,videtur illud approbare,ita quod non po terit postea dicere illud inefficar.z limita istam legem vt per Are tin.in l.qui testamento.§.nec furiosus.in versicu.in gloss.viti.ff.de testamento.

* CLAV. DESEISS. ¶Excipere.Circa hoc vide Bartol.in l. Theopompus.ff.de dot.prcleg.vbi aliter videtur sentire. Itē vi de quod per hanc l.singular.decidit Alex.consi.cxiij.vol.iiij.vbi di cit q̄ si confessus fui q̄ talis homo fuit bone vite, conditionis z fa me.z creditur in suis scriptis,q̄ tunc priuata scriptura illius ple ne probabit contra me,vide multa ad hanc regulam,q̄ si semel ta lem approbaui, non possum postea negare esse talem,per Feli.in c.cum inter.de excep.vide etiam pro limitatione aliquid per eun dem in c.cum venerabilis.in pe.col.circa fi.eod.titulo.

c ¶Corruptum. Adde quod corrumpens testem, punitur eadem pena,qua corruptus.Ita Spec.in tit.de teste.§.j.ver.item nota.

LEX XIIII.

6 ☞Testimonium de auditu quando valeat.
7 Testis an interrogetur de loco,tempore,z presentibus,z nu.8.
14 Testimonium de credulitate,an valeat.
15 Scripturam fuisse factam,vel casu deperditam,quot testes requi rantur.

¶Estium. De debito in scriptis contracto non
1 potest probari liberatio, nisi per quin que testes, vel aliam scripturam,hoc dicit. ¶†No.quādo

a debitum est contractum in scriptis, liberatio potest probari
2 scriptis, vel per quinque testes. ¶Qualiter autem † dicitur trahi in scriptis, dic vt in gloss.hic,z l.fin.§.si cert.perat.z l.con
3 ctus.j.titu.j. ¶†Not.secundo quod testes debent deponere eo quod ipsi sciunt, z quod ipsi perceperunt eorum sensū co
4 reo. Dixi vobis in l.solam.§.cod. ¶†Not.tertio illum verū scilicet facit quod licet debitum fuerit contractum de preter tamen quia solutio est facienda in futuro,lex noua prolata pro lutione,trahitur ad solutionem preteriti debiti.videtur enim formam futuris negotijs. vt l.leges.§. de leg.vbi de hoc per
5 Lyn.Dixi de hoc in repe.l.omnes populi.ff.de iustit.z iur. ¶ mo tene menti finem huius legis, quod quando scriptura
substantia, z quis non potest habere scripturam, debet pro
b tria [b], scilicet actum esse celebratum, z scripturam esse inde con ctam,z deperditam. Videbitis infra titu.j.l.ficut.z l.emancip
* ne*. ¶Querit glos.[c] vtrum valeat testimonium de auditu
c dicit † quod non, nisi in casu.ff.de aqua plu.arcen.l.ij.§.antepe
6 z de prob.l.si arbiter.Quod intellige verum in his que percip tur visu,ea vero que percipiuntur auditu,vt obligatio verbo z prolatio facta a testatore, bene possunt probari per audi scilicet proprium,non alienum,vt l.j.in princip.ff. de verb.obli
7 testa.l.iubemus. ¶†Querit glosf.vtrum quis debeat interro
d de loco,z tempore [d], z de presentibus *. Dic vt in glosf.z ex
* tit.c.cum causam.Vide auth.rogati.quam notabis bene,z

ADDITIONES.

a POMA. ¶Potest probari. Pro limitatione huius legis milium que requirant scripturam,vide Alexand.consi.lxvi volu.iij. Vide Feli.in cap.ij.de proba.in versic.intellige secun sequen.in c.quoniam contra.in princ.de proba,z in c.licet ex dam.de testi.z vide ad hec Barb.consil.xix.volu.j.z Feli.in c de re iudi.z not.quod si iuder receperet aliam probationem quam hic parte contradicente, z protestante, &c. quod non valet tals probatio, etiam si pars ipsa non appellasset. Ita colligitur ex d ctis per Feli.in c.cum contingat.de offic.deleg.in versi.no.ad hoc. z vide etiam pro ampliatione, Ancha.consi.cccl.z Felin.in c.inter monasterium, de re iudic, Et adde ad Panorm.in c.fina.in v.nor. de succes.ab intest.z Alexand.consi.lxviij.volum.iij.vbi dicit istum text.cum similibus prestare.argu.quod valet statutum quod co tractus non possit probari, nisi per testes, &c, z pulchre vbi re circa tale statutum.z xxxvj.volu.ij.z l.eod.volu.vbi ponit an valeat statutum quod solutio debiti non probetur,nisi per instrumentum. z an hoc possit fieri per pactum.

b ALEX. ¶Probare tria Quid debet probari,quando scriptu ra est de substantia, nec scriptura potest haberi. quia per ma vide Bart.in authen.si quis.§.de eden.vbi limitat istum text c.cum olim.z Bart.j.tit.j.l.ficut.

* CLAV. DESEISS. ¶Et l.emancip.Et istum tex.dicit sing.Panor.in c.ij.ad fin.de proba.

c ALEX. ¶Querit glosf.Contrarium videtur tenuisse Bar l.ij.§.idem Labeo.de aqua plu.arcen.Idem tenet Bald.in c. controuer.inter domi.z vasal.qui concor.cum Bart.hic.Qui men si testis addit causam sui dicti hoc modo,scio quia fu sens, an probet? Bartol.per istum text.tenet quod sic,in l.i admi.tuto.sed Bald.hic contra. Vide que ibi dixi.

d ALEX. ¶Loco,z tempore. Adde text.in l.de modo.de con demonstra.z quod not.Barto.in l.si libr arius.ff.de reg.iur.z m de aqua plu.arcen.

* CLAV. DESEISS. ¶Et de presentibus. Adde q̄ inder test de multis circunstantijs testamentum interrogare ad ho ad veritatem perueniat.vt no.Bar.in l.quoties per illum tex de naufrag.lib.xj.

ALIA LECTVRA.

¶Estium. Si promissio fuit facta in scriptis fo tio debet in scriptis pbari.vel per qu que testes,nisi scriptura casu perierit.h.d. ¶Nota qu a debito cōtracto in scriptis non potest probari liberatio, nis scripturā,vel testes. Jxta hoc quero,qualiter intelligatur in c ptis.Glosf.ponit duas opiniones, dicam in l.generaliter.j.de
8 num.pecu. ¶†Secundo no,quod testes debent deponere de quia presentes fuerūt,Et hoc est quod dicimus,quod testis pot reddere rationē sui dicti per aliquē sensum corporeū.vt ff. l.qui test,§.fi.z ff.de his que in test.delē.l.j.in prin.plene dixi
9 lam. ¶†Not.q̄ lex loquens de liberatione ad futuram intelli nem porrigitur.licet debitū precesserit.q̄ dic plene,vt no.per
10 §.de leg.l.leges.Dixi plene in repe.l.oēs populi.de iustit.z iur. no.q̄ in casibus,in quibus est necessaria scriptura,potest fieri pro batio per testes, probando tria,scilicet factū,scripturā,z casum est no. ¶Opp.§.si cert.pet.l.fi.z in auth.ibi posita. Solue vt in ¶Opp.quod plures testes requirantur,vt §.de test.hac con

tissima. Solue vt in glo. magna post medium, quia quandoque requiruntur plures, quandoque pauciores, secundum occurrentia.
¶ † Oppo. quod valeat testimonium de auditu [a], ff. de proba. l. si arbiter. de aqua plu. arcen. l. ij. §. idem Labeo. Dicit gloss. fallit ibi. Tu dic quod ibi queritur vtrū aliquis actus extet memorie, quo casu semper sufficit testimonium auditus. ¶ Oppo. de l. heredes palam. ff. de test. Sol. Illud quod dicitur, quod testis debet testificari de visu, intelligitur secundum docto. visus pro quolibet sensu corporeo, z sic de his que percipiūtur gustu, vt ff. de peri. z cōmo. rei vendi. l. j. §. j. cum similib. ¶ † Quero vtrum testis debeat interrogari de circunstantiis, scilicet de loco, tempore, z similibus? Sl. dicit quod sic, vt possit comprehendi vtrum dicat verum, vel falsum. Ita dicit Innoc. in c. cum causam. extra eo. vbi late examinat istam materiam. z Spec. post eum in tit. de test. §. nunc tractādum.
¶ Quid si testis dicat solutionem factam, z non adūciat, † quia vidit. an valeat dictum eius si non fuit interrogatus. Facit quod no. per gl. C. eo. l. solam. Item si interrogatur testis de tēpore. per hoc non vitiatur eius dictum, quia memoria temporis cito perditur, nisi ad certum tempus probandum producatur. vt l. ob carmen. in fi. ff. eo. ¶ Item quero, an valeat testimonium de credulitate. Sl. dicit quod non, nisi in casu l. j. in prin. de ven. inspi. Sed certe ibi nō adhibentur vt testes, sed magis vt iudicent secundum artis peritiam. Dicunt tamen doct. quod testis sue credulitatis potest reddere rationem ita propinquam sensui. quod crederetur ei. vt puta, si dicat, vidi Titium, z Seiam in camera osculantes se. Certe sufficeret, ad probādum adulteriū de credulitate. ¶ Genio ad vltimū dictum, z opp. z videtur quod sufficiat indicare casum tantū. vt l. si de possessione. §. tit. j. Sol. Quandoq; † casus instrumenti occurrit dolo aduersarij, z tunc sufficit probare casum tantū, vt in cōtrario. Quandoq; casus aliter occurrit, z tūc aut ego volo probare factū z scripturā, z casum, z hoc possum per testes communes, id est per duos alios idoneos, vt hic. aut solū scripturā, z casum, z nō sufficeret. nisi probarē per testes valde idoneos, vt extra de priuil. c. cum olim. p doc. in aut. si qs i aliquo. §. de edē. z dicā. j. ti. j. l. sicut. in prin.

ADDITIO.

a De auditu. Intellige de auditu auditus, qz in factis antiquis, in his probatio admittitur, vt per Bart. in d. l. ij. §. idem Labeo. z per Cano. maxime Fel. in c. licet ex quadam. in prin. z in c. tam literis. extra co. it. z ibi quando testis de auditu probat. z vide eundē Felin. c. practica. eod. tit. z quando testes de auditu probent. vide per Alex. in d. Imol. in consi. lxxij. z in consi. lxxvij. j. vol. z ibi quod facit aliqualem presumptionem, z eo. vol. consi. lxxxij. ver. pro hoc. z ibi quando super consanguinitate probent. z adde etiam eundē Alex. in consil. xlv. z in consil. xciij. in ij. vol. z in iij. vol. consi. lxxxviij. z in iij. vol. consi. xxv. in prin.

AVTHENT.

1 Artifices ignobiles, z obscuri, qui dicantur.
3 Cuius persona testificatur, si non opponatur.

Testes. *Tex. in l. Codicis dicit quod testes debent esse idonei. z summe atque integre opinionis, z non vilis. ista auth. declarat qui dicuntur esse viles testes. Primo qui dicantur † artifices ignobiles, z obscuri. ter. declarat. j. de incest. nup. l. humilem. melius j. de digni. ne quis. lib. xij. de decu. l. eos. Puto tamen in predictis esse aduertendum ad mores ciuitatis, z loci. Quedam enim artes, que in certis legibus, appellantur vilissime, in ciuitate ista sunt magne authoritatis, z ex eis eliguntur priores, tunc predictos non repellerem, vt vilissimos, sed admitterem vt honestos. Nam honestas † etiam in hominib. dicitur secūdum mores ciuitatis, vt ff. de iniu. Item apud Labeonem. §. conuiciū. ¶ Quero, vtrum aliquo casu tales testes admittantur? Sl. in corpore vnde sumitur, dicit quod sic in subsidium. Facit ad hoc ff. eod. l. ob carmen. §. fina. ¶ † Sed quero, quid si non opponatur de vilitate. Certe tunc procedit testimonium, vt dicit in corpore. Vltimo nota. ex eo quod dicit festinantes q; testis qui se ingerit, est suspectus. dixi §. ea. l. iurisiuran. *
* Vor. hanc aut. non poni in C. sed esse hic per Bart. appositam *.

AVTHENT.

1 Testes rogati dicuntur, qui ad id vocati sunt.
3 Quibus casibus testes debeant esse rogati.
6 Confessio extra iudicium preiudicat.

Rogati. Ista auth. si continuatur ad legem Codicis. Dicitur in lege Codicis quod requiruntur quinq; testes, authen. dicit quod debent esse rogati. Primo quero, qui dicuntur † testes rogati? Resp. hoc declarat tex. in l. heres palam. §. penulti. ff. de testamen. hoc est testis certioratus, quod interfit huic actui, posito quod ad aliud esset vocatus. Vnde licet vos essetis hic congregati ad audiendum lectionem, z ego dicerem vobis sitis mihi, z huic actui testes, cisetis testes rogati, vt ibi patet. hoc etiam probatur in ista auth. dum dicit. non fortuiti, z transeuntes, illi tamen nō videntur rogati, qui fortuito casu hoc viderint, vel audierint. nō ad hoc vocati, nec certiorati. ¶ † Quero, a quibus debent esse testes rogati? glos. hic declarat a partibus que introducunt testes, sicut in testamento a testatore. Vide glo. z signa. Puto tamen, quod si in testamento dicatur testibus rogatis, non tamē a quo, intelliguntur rogati a partibus vel testatore, quia natura verborum prolatorum est apta hoc importare, igitur. &c. vt ff. de verb. oblig. l. sciendum. z ibi per Dyn. ¶ † Quero in quibus casibus testes debeant esse rogati [a]? Dic vt in gl. ¶ Querit gl. quot testes debeant esse isti rogati. Text. in corpore non aperit. vnde gl. ponit tres opi. Pet. tenet opin. Ego, quod debeant esse quinq;, quia hec auth. ad huius legis interpretationem est facta, z in his † casibus in quibus loquitur lex interpretata, loquitur etiam lex interpretans, vt in aut. de filijs ante dotalia instrumenta natis. §. j. ¶ Querit gl. † an contra istam confessionem possit opponi exceptio non nume. pecu. intra xxx. dies gloss. ponit primo quod sic. postea ponit distinctionem quorundam, que est nulla. Et istam gl. not. quia tenet quod contra confessionem sine scriptis habitam, potest opponi exceptio non nume. pecu. secundum formam l. in contractibus. j. de non nume. pecu. contrarium videtur tenere, z male. §. si cert. pet. z l. si non singuli. in glos. que incipit, qualiter fuistis confessi, &c. Dicam in d. l. in contractibus. §. j. ¶ † Quero an cōfessio facta extra iudicium preiudicet? Hic videtur casus quod sic, hoc ideo, quia ad liberandum. Materia huius confessionis extra iudicium dicetur j. de nō nume. pecu. l. generaliter.

ADDITIO.

a ¶ Esse rogati. Adde quod etiam in matrimonio debent rogari. ca. nostrates. xxx. q. v. z idem in depositio. l. j. §. si quis tabulas. z §. si pecuniam. ff. de po. ita Joan. Fabi. hic, z in materia late per Spec. in tit. de teste. §. j. versi. item quod si rogati.

LEX XV.

1 Testes quando debent iurare partibus presentibus, vel absentibus, per contumaciam. z nume. 8.
3 Si testis iurauit in termino z deposuerit extra terminum, valet depositio. z nume. 11.
5 Testes trahuntur inuiti ad testimonium ferendum, z in quibus casibus cogantur venire, nume. 6.
7 Testes an eodem modo cogantur venire in ciuilibus, sicut in criminalibus.
12 Quando testis examinatur altera parte contumace, est tamen sibi reseruatum posse contra ipsos opponere.
13 Aduersarius potest instare, vt testes partis examinentur.
14 Iudex negligens tenetur parti ad interesse, z qua actione. num. 15.

a Si quando. [a] Est in electione testis satisdare vel iurare de non recedendo, z debet examinari intra xv. dies, nec vltra expectare tenetur, z iudex negligens alteri parti ad interesse tenetur. h. d. ¶ Nota istum finem, quod † testes debent iurare presentibus partibus vel per contumaciam absentibus. Ad idem j. de fid. 1 mitt. l. iudices *. z ita hodie seruatur, z idē no. in l. si postulauerit. §. questioni. ff. de adult. Pro quo vide no. per gl. in aut. de testi. §. pe. z intellige, iurare debēt aut deponere in secreto, vt §. e. l. nullum. z in aut. ar qui semel. §. ti. j. Si enim didicerit testificata, non potest postea testes producere. Nec ob. iste tex. qui dicit testimonia eorū capere, quia tūc videtur testis deponere cum iurat. Et pro hoc facit, 2 † quod si testis iurauerit tēpore iuridico, z deposuit tēpore feriato [b] b quod valet testimonium eius. Idē si iurauit in loco cōgruo, z dep. 3 sunt in loco incongruo. De hoc extra de offi. dele. c. j. in cle. Facit † si c pars fecit iurare testes intra terminū, qui deponunt post terminū [c] quod valeat eorum dictū. De hoc plene dixi in l. damni. §. Sabin. 4 de dam. infec. ¶ Quidā tamen practicant hoc modo, † quod numquam faciūt scribi die, vel locū, in quo examinātur testes, sed solū d modo die, z locū iuramēti z hoc mihi placet, z ita practicatur [d], &c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si quando. Et facit ista lex quod si quis habuit terminum ad producendum testes, z fecit eos citari intra terminum pluries, z ipsi non venerunt, quod sit imputandum producenti, z sibi noceat lapsus termini, nisi appareat quod fecit quod potuit quia instetit, vt pignorentur iuxta posse suum, vt tenuit Bald. per illum text. z Imol. in l. qui de reb. in prin. de condi. z demon. z demum facit quod habetur in d. §. Sabini. z gloss. in d. cle. j. de offic. deleg. vt scripsi post Bart. in l. j. §. fi seruus. ff. de questio.
P. P. A. V. P. ¶ Si quando. Ad istam materiam quod sint citande partes in productione testiū vide Ro. sing. cccl xiij. incip. fiat vnus ex vobis. cum quatuor seq. vbi ponit ad hoc limitationem. Item quod ex consuetudine possit ista citatio remitti, vide Alex. consil. lxv. ad fi. in j. vol. z de materia hac in criminalibus. vide Alex. consil. clxxx. in ij. vol. item an presens z sciens sit citandus, vide do. Franc. consi. xiij. vide etiam ad confirmationē regule, do. Fra. consi. clxiij.

Item vnum casum, in quo possunt examinari parte non citata & absente. vide per gl. in l. laudabile. C. de aduo. diuer. iudic. Et quod pars non debeat citari, quando est talis testis cuius dicto debet stari, vide Bler. cons. cxxx. in 1. vol. Item vbi proceditur per inquisitionem, an pars sit citãda in examinatione testium. vide Rellum in tractatu de teste. itẽ latissime de materia an & quando in examinatione testũ pars sit citanda. vide Feli. in c. ii. extra de testi. Et ibi etiã an in publicatione requiratur citatio. itẽ an ipse testis sit citãdus. & an sufficiat citare dominũ, & non procuratorẽ. & quid si pars fuit citata die feriata, & alia die testis deposuit, & quedã alia. Item an requiratur citatio peremptoria. vide late Decium in c. consuluit. de offi. dele. Item quãdo testes producuntur indirecte quadã via extraordinaria, an pars sit citanda, qualis debeat esse citatio, an personalis an ad domũ. vide Fel. in c. significauit. extra de testi. Itẽ quãdo cõmittitur alicui, vt se informet de idoneitate vel sufficientia alicuius, an sequeretur quod pars citetur. vide Jas. late in lect. C. unde leg. Item ad regulã huius l. vide Bal. consi. lxxxiij. vol. iiij.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ L. Judices. Vbi bal. idẽ dicit in productione instrumentorũ & debebat pars citari, quod dicit esse no.

b ALEX. ¶ Tempore feriato. Adde Barto. in l. j. ff. nuntiatio. de ope. no. nuntia.

c POMA. ¶ Terminum. Vide plene Feli. in c. licet causam. in ver. limita. vj. de proba. & vide quod scripsi in d. §. Sabini. & in c. ij. in fin. apparatus. de testi. Feli. & ibi Bal. & Aret. consi. cxlj. & Bald. in c. in causis. de testi. & Ro. consi. cccc. lviij. vbi an saltem posito quod non possent examinari post terminum posset peti eorum publicatio. Et omnino Bal. consil. xxxiij. in v. parte vbi ponit quid iuris, quando foret datus terminus ad probandum probatumque habendum. Et quid si in illo termino euenisset impedimentum. & an per solum iuramentum probabitur de tali impedimento, & an saltem post talem terminum poterunt instrumenta produci.

d ALEX. ¶ Practicatur. Et not. Bal. in l. gesta. de re iudi. & quod not. dicit Bart. & Bal. in l. ij. §. de sacrosanc. eccles.

ALIA LECTVRA.

Jquando. Est in arbitrio testis satisdare, vel iurare, de nõ recedendo. nec vltra xv. dies cogetur expectare, & iudex negligens parti lese te-
5 netur. h. d. ¶ Not. ex prima parte. q. † testes trahũtur inuiti ad testimonium ferendũ. ¶ Secundo no. q. non debent inuiti fideiussores dari, vel detineri, sed eorũ statur iuramento. Expediamus primam partem. querit gloss. quomodo testes cogantur dic. vt in ea.

6 ¶ † Quero vtrũ in omni causa testes cogantur venire ad testimonium perhibendum. Dicit gl. cogantur venire indistincte in causa criminali. In causa autẽ ciuili, aut sunt presentes. aut lõginqui, & si presentes. aut sunt honeste persone, vt sunt doctores, & milites. potest enim his mitti ad domũ iuramentũ. alie cogũntur venire. vt in l. ad egregias personas. ff. de iureiur. Vide gl. ex qua ista colliguntur. ¶ Quero vtrũ omnes testes cogantur inuiti: Dicit gl. quod non, & bene, q. qui de voluntate admittuntur, non coguntur inuiti. vt l.
7 lege Jul. ff. eo. ¶ Querit gl. hic dicitur, in causis ciuilib⁹, quid † in criminalibus? Bl. ij. dicit idem, gl. dicit verũ quantũ ad hoc, quod eodem modo cogantur inuiti in criminalib⁹ sicut in ciuilibus, sed quantũ ad id quod principaliter statuitur hac l. videlicet quod testes detineantur, & q. non cogantur stare vltra xv. dies. puto quod sit aliud in criminalib. quam in ciuilibus, q. in illis debet fieri diligens inquisitio. vt l. fi. §. tit. j. & l. fi. j. de accus. & ita obseruat cõsuetudo que est optima legũ interpres. ¶ Venio ad ver. sed cũ oportet. ex quo no. q. ad prouisionẽ, & solicitudinẽ iudicis spectat testes ex-
8 aminare, & etiã partes requirere. Et per hoc sis cautus † q. quãdo scribitur iuramentũ testis, semper scribatur presente parte que eos introduxit, & petẽte, & absente altera parte cõtumace, vel presente. ¶ No. ter. qui videtur innuere q. testes debẽt examinari presente
a parte[a]. Vide ter. ad aliud op. de l. nullum. §. e. & §. tit. j. aut. at qui semel. vbi patet q. pars non potest audire testificata. nisi post publicationem. Quidã antiqui fatebantur q. si partes vellent adesse ex-
9 aminationi, possent. Bl. dicit & melius, † q. partes debẽt adesse iuramento. non autẽ examinationi. q. fit in secreto. vt in contrarijs, & ita obseruat cõsuetudo. Hec ob. hic ter. Nam tũc videtur iudex re-
10 cipere dicta, cum recipit iuramentũ. q. est valde no. Pro hoc † dico q. si testis iurat tẽpore cõgruo & in loco cõgruo, licet postea deponat tẽpore feriato, vel loco incongruo, q. non ad banchũ iuris, valet testimonium, q. tunc videtur deposuisse cum iurat. Hec no. hodie in c. j. de offic. deleg. in cle. & ideo quidã obseruant q. dies vel locus examinationis nunquã scribatur, & illud ego obseruo. ¶ Hoc etiã
11 facit ad questionẽ, † iratutus est terminus parti ad probandũ, facit pars quod intra terminũ testes iurant, non autẽ deponũt, vtrũ
b possunt post terminũ examinari[b]. Iste ter. cum gl. facit q. sic, quia tunc videtur deposuisse cum iurat, do. Jac. Bur. disputauit istam questionẽ, & tenuit idẽ. Nam terminus datus parti, intelligitur de eo, q. pertinet ad partẽ, nec potest referri ad id, q. pertinet ad iudicem. q. non transgreditur personam, arg. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. sed ad partẽ pertinet solicitare & facere quod testes iurent, ad-
* dicem vero eos examinare, ergo, &c. De hoc in Spe. de dilato. §. ver. sed quid si. j. Dixi plene ff. de dam. infect. l. dam. infec. §. Gallus.

12 ¶ Quero, † quando testes examinantur altera parte absente, licet per contumaciã, vtrũ illi cõtumaci remaneat ius opponendi con-
13 tra dicta, & personas? Bl. dicit q. sic, arg. l. prior. j. c. Quero dicit hic presente eo qui eos introduxit. ergo si vna pars produxit testes & abest, vtrũ pars contra quã sunt producti, possit iurare examinetur? Blo. q. sic, q. tunc eos introducere videtur. quod ¶ Item, quid si vtraq; pars abest? Certe iudex se nõ impedit, vi-
14 glos. ¶ Nunc venio ad ver. his autẽ, & † quo not. q. iudex tenetur
15 parti ad interesse, si est negligẽs. ¶ Quero, qua actione? Dicit q. actione descẽdente ex quasi maleficio quasi fecerit litẽ suã. vt ff. de obli. que ex quasi delic. in prin. Idem no. in l. argentarius. §. fi. de eden. quod nõ placet. Nam actio descẽdens datur in quantũ ligioni iudicis videt, ista vero datur ad totale interesse, vt hic poteret. Preterea hic loquit in iudice negligẽte, ibi in iudice, qui male iudicauit dicit ergo q. hic agitur condictione ex hac l. dixi in l.
16 quicquid. §. j. ff. de in. ¶ † Quero quãdo debet fieri ista examinatio testium? Blo. dicit hic, post lit. contest. tunc cum tractantur meri cause, vt l. j. de lit. contest. Nam ideo peremptorie examinantur post lit. conte. q. pertiner ad merita cause, sed q. sunt alique in quib. testes examinantur ante li. conte. ideo sequitur hec.

ADDITIONES.

a ¶ Presente parte. Et sic not. quod testis debet iurare parte presente. Adde quod hic nõ habet locum in iudicio dotali. Ita in l. ij. contante. ff. sol. mat. per tex. in l. laudabilis. §. quotiescumq; C. de adm. diuer. iu. iuncta cle. dispendiosam. extra de iud. & quod iuramentum testi. possit deferri, nõn citata, vel non presente parte. vide latissime per Feli. in c. ij. extra eod. tit. vbi ponit regulam cum quatuordecim fallentijs.

b ¶ Post terminum examinari. Adde de hac questione, & die latissime, vt per Feli. in c. licet. versũ limita. xvj. de proba.

AVTHENT.

2 ¶ Testis examinati ad perpetuã rei memoriã non publicantur.

3 In omni casu, an testes possint examinari ad eternam rei memoriam, & quando.

4 Quando aliquid sit ex necessitate, sit eatenus, quatenus necessitas imminet.

5 Testes super viribus testamenti possunt examinari ante lit. contestatam.

7 Citatio partis personaliter, an requiratur quando testes examinantur ad perpetuam rei memoriam.

8 Secundum decretum in causa celeritatem requirente. & causis notabilibus interponitur etiam contra non latitantem.

9 Examinatio ad eternam rei memoriam quando potest fieri.

* Sed si[*] quis ab aliquo. Ista-
tur hoc modo. Dicitur in C. quod testes examinatur ante lit. contest. ideo sequitur nostra aut. ¶ Quero, hic loquitur de
1 qui petit aliquid contra leges, an † intelligatur in actore. vt hic
2 Bl. dicit quod potest loqui in vtroq;. Vide gl. j. & eã no. ¶ Quero quãdo isti testes sunt examinati ad eternam rei memoriam, an ammanabantur. & publicabuntur? Bloss. dicit quod bene examinantur tantum, & quod dicit hic publicentur, intellige manu notarij, aut autem publicantur parti. quia non posset postea producere testes
3 ¶ Quero, † an in omni casu possint produci, & examinari testes eternam rei memoriam ante lit. contest. Bloss. dicit quod non. cum dubitatur de morte, vel absentia diuturna testium. Et ad videamus qualiter dicta per gl. debeant intelligi. Dic quando vult producere testes ad eternam rei memoriam ille, qui debet actor. quandoque ille qui debet esse reus, quandoque ille qui producere, est actor, & reus. Primo casu, aut illi, qui debet esse actor, competit de presenti ius agendi, & tunc non debet fieri exa-
a mnatio testium[a], nisi cum dubitatur de morte, vel absentia diuturna testium, vt hic in gl. & in l. in lege Aquilia. ff. ad leg. Aquil. vt lite non contest. c. quoniam frequenter. Dicitur autem dubitari
b de eorum morte. in casibus[b] qui no. in l. ij. cum seq. ff. de donat. inter mort. Et predicto casu fiet examinatio tantum, & publicatio manu notarij, non autem in aperto publicatio. Et probo per rationem
4 ¶ Quando † aliquid sit propter necessitatem, sit eatenus quatenus necessitas imminet, & nõ vltra, vt l. j. §. de fer. l. senatus. de offi. sed in proposito non imminet necessitas, nisi in examinatione publicatio reseruatur post lit. contest. Quandoque non competit ius agendi, & tunc aut tale ius est possibile competere. aliqui testiũ examinatione, vt puta si debetur aliquid sub cõditione. testes enim existere cõdito, licet testes non examinentur. & tũc idem
c quia non fit examinatio[c] ad eternam rei memoriã, nisi cum dubitatur de morte, vel absentia diuturna, vt d. l. Aquil. ff. ad l. Aquilam. & secundum hanc lec. non fit examinatio, nec publicatio, vt

diri. ¶ Quandoq; ius agendi non pōt competere, nisi examinent testes, & publicentur, tūc ad eternam rei memoriā examinabūtur, vt l. ij. ff. de bo. pos. secun. tab. & l. ij. ff. quēad. testa. aper. & l. publicati. vt l. ij. ff. de testa. Nā hereditas nō pōt adiri nisi cognito testamēto, vt l. sed & si de sua. & l. cum falsum. ff. de acq. here. ideo † testes super viribus testamēti examinabunt. & publicabūtur ante lit. cōte. & sic pōt intelligi. l. de etate. ff. de mi. Nō enim quis pōt esse in iudicio, nisi sit certus q̄ sit maior. Unde similiter pōt petere, q̄ examinetur ante lit. cōt. vt d. l. de etate. & ibi dixi. ff. de min. ¶ Secūdo casu principali qui hanc examinationē petit ille, qui debet esse reus, tūc indistincte pōt petere, vt examinent. & publicent, vt in c. Albericus, extra de testi. fm vnā lecturā. & in hac aut. prout loquitur in reo. d Ratio quia non est in potestate eius q̄ actor agat, sed imputet sibi actor, qui nō agit. ¶ Tertio casu quādo loquitur in parte eius, qui pōt esse reus. & actor. & tunc idem, q̄ poterunt ante lit. contest. examinari, & publicari, vt d. c. significauit. & c. Albericus, loquitur enim vbi in viribus incorporalibus in quibus potest quis esse actor. & reus. vt l. si forte. ſ. j. ff. si serui. vendi. Ratio: quia non debet cogi iste ad agendum, & imputet sibi aduersarius si potest agere, & nō agit. Hunc ad propositum in omnibus casibus in quibus diri ante litē contest. posse fieri examinationem, & publicationem, procedit ista auth. sine scrupulo, vt litera iacet, in casibus vero, qbus diri pōs se fieri examinationē. non autem publicationem procedit ista aut. secundum lecturam gl. vt intelligantur publicata per notarium, non autem a partibus. Et secundum hoc, insurgit mirabile, q̄ licet alias scriptura continens dicta testium, nō faciat fidem absq̄ publicatione iudicis, vt l. solam. ſ. eod. & l. gesta. de re iudica. tamen hec omnia faciunt fidem. ¶ Quero circa primā partē auth. vtrū sit necesse, quod ille, contra quem testes examinantur ad eternam rei memoriam, citetur personaliter. Dicit Dyn. quod sic. & no. in l. iij. ſ. absesse. ff. de dam. infect. & ibi per eum. & Ly. recitat eum. domi. Jo. And. disputauit istam questionem, & ponit eam in mercurialibus suis. & determinauit eam contra Dy. distinguendo, tamen distinctio sua non placet mihi, vt d. l. iij. ſ. absesse. de dam. infe. Tamē pro modo dico quod sentio, & premitto istud, qd de iure est, quod primum decretum, & secundū interponatur contra partem. etiam lite non contestata, tamen q̄ primum decretū non parat plenum preiudicium, non requiritur quod pars latitet. Secundum † autē decretum, q̄ parat plenum preiudicium, nō potest interponi: nisi contra latitantem regulariter, vt l. Fulcinius. ff. quibus ex caus. in poss. eat. Falit in causa, que celeritatē desiderat, vt l. si finita. ſ. si forte. ff. de dam. infe. Et in causa liberali, vt l. neq; infantes. ff. de fideicōmiss. lib. Hoc premisso distingue, aut examinatio e ad eternam rei memoriā fit ad aliquem effectum parui preiudicij, tunc non requiritur latitatio eadē ratione, que est in primo decreto, vt si examinentur super actione ad exhibendū. aut fit ad effectū pleni preiudicij, & tunc non dico, quod debeat citari personaliter, sicut dicit Dyn. sed dico q̄ non potest fieri examinatio, nisi pars latitet, sicut diri in secundo decreto. Nam vt scitis, secundū decretum nō interponitur, nisi de debito constet, vt l. si. j. de bonis autho. iudi. possid. Et sic apparet q̄ parte latitante examinabuntur testes super debito, licet lis non sit contestata. Idem in l. cum vero. ſ. subuentū. de fideicom. liberta. Sed in f casu, in quo ad secundū decretum potest peruenire absq; latitatione, potest fieri examinatio testiū absq; citatione, vt d. l. cum vero. & l. neq; infantes. Unde sitis cauti, quādo examinationes iste fiūt. Et no. ista g, q; vtilia sunt, & quotidiana, &c.

ADDITIONES.

* CLAV. DE SEIS. ¶ Sed & si quis. Istā, auth. & eius materiam quatenus vult, aliquibus casibus posse procedi lite non contestata, pōt limitari per id qō vult singular. Bal. in rub. de ap. vbi dat regulā, q̄ vbicunq; dicitur aliquid fieri posse lite nō contestata, procedat vbi pars esset absens: nam si esset presens, semper requiritur lit. contest. pro hoc alle. gl. quam dicit sing. in c. per venerabilem. in verb. iudiciarium ordinem non seruatum. qui fil. sint legit. & sequitur ibi Prepositus. & in ſ. sane. in iij. notab. eisdem tit. & c.

a ALEX. Examinatio testium. Quero vtrū de consensu partis talis ordo possit peruerti, & testes ante litis contesta. produci. Dic quod sic. Est multum no. in c. cum olim. de causa poss. & proprie. & omnes casus, in quibus testes recipiuntur lite non contest. vide per Spe. in tit. de test. ſ. nūc per Bar. in l. ne quid. de incen. rui. nau.

b ALEX. ¶ In casibus. Idem Inno. in c. quoniam. in versi. rationabilis. vt lite non contest. sed interim debent ali expensis producentis secundum gloss. in l. iij. ſ. Sabini. ff. eod. & in l. quoniam. ſ. fin. qualis citatio requiratur dixi in l. si finita. ſ. Julianus. de dam. infect. & ad hanc l. adde extra eod. in c. in nomine domini. & in c. significauit. cum seq. vide que diri ſ. eod. l. quoniam.

c ALEX. Action fit examinatio. Et patet per hanc regulam, quod probationes non possint fieri regulariter nisi lite contestata, & no. Ant. in c. de proba. & Bal. in l. ij. j. sen. resein. non posse.

ALEX. ¶ Loquitur in reo. Et ad intellectum horum que hic habentur essent videnda que no. in l. si finita. ſ. eleganter. de damn. infect. vnde qñ quis ageret, &c. & de materia vide in Spe. de teste. ſ. ij. per totū. & in c. quoniam frequenter. in prin. vt lite non cōtestata.

e ALEX. ¶ Aut examinatio. Et vide in materia quod si notario committatur examinatio testium, eidem censetur commissa reprobatio eorum, vt colligit Ange. in l. cui iurisd. ff. de iurisd. om. iudic. Et in materia quando testis possit examinari ad perpetuam rei memoriam. sed an iudex posset esse in militijs, & in contractibus, vide que diri post Barto. in j. constit. Digestorum in preludijs. Et vtrum publicatio testium sit de substantia vide Barto. in l. solam. ſ. eo. que diri post Bart. in l. prolatam. de senten.

f ALEX. ¶ Et not. ista. Vide quomodo testis deposuit super interesse certificando in l. j. per Barto. ſ. de sent. que pro eo quod interest, & vtrum in publicatione testium requiratur presentia partium, vide que diri post Bart. in l. gesta. in fi. de re in. Sed nunquid testes & tabelliones debeāt cognoscere testes, & partes, & an etiam contenta in instrumēto, vide que diri in l. scimus. in fi. de iur. delib.

ALIA LECTVRA.

1 ¶ Testes ad eternam rei memoriam quando examinentur.
2 De morte testium quando dicatur dubitari.

Sed etsi quis. Testes ex causa possunt recipi ante lit. contest. ad perpetuam rei memoriam. h. d. Aduerte. quia intendo examinare hanc † materiam de testibus examinandis, ad perpetuam rei memoriam. Quandoq; petuntur examinari testes ad perpetuam rei memoriam, ex parte actoris, aliquando ex parte rei quandoq; petuntur examinari in tali causa in qua quis potest esse actor, & reus. primo casu aut actor potest statim agere, q; statim habet actionem, & tunc non potest petere testes examinari ad eternam rei memoriam ante lit. contest. nisi dubitetur de morte testium, vel eorum absentia diuturna, vt l. in l. Aquil. si delectū. ff. ad
2 l. Aquil. Et dicitur de eorum † morte dubitari, quādo imminet aliquis de illis casib. qui ponuntur in l. iij. in fi. cū l. seq. de do. cau. mor. qui sunt notabiles casus multum. dico autem q̄ tunc petuntur testes examinari, non publicari, sed publicatio reseruabitur postea, vt extra vt lit. non contest. c. quoniā frequenter. Si vero statim non potest agere, tunc aut facultas agendi potest superuenire, etiā testibus non examinatis, vt puta nō poterit agere, q; pendebat obligationis conditio, que potest superuenire testib. non examinatis, & tunc idem q̄ supra q; non examinabūtur, nisi cum dubitatur de morte, vel absentia diuturna, vt d. l. in lege. ad l. Aquil. secundū aliā lect. Si vero non potest superuenire facultas agēdi, nisi examinatis testib. tunc examinabuntur, & publicabuntur ante lit. conte. etiā si nō dubitetur de morte testiū, vel eorū absentia, vt j. de testa. l. publicati. j. de bo. pos. secundū ta. l. j. & ij. quēadmo. test. ape. l. ij. cum si.
3 Scitis † enim q̄ bo. pos. secundū ta. vel secundū nuncupationē, nō daretur, nisi ostendatur iudici qualiter ille fecit testamentū. merito
a ante omnia debent testes examinari a, vt d. l. ij. de bo. pos. secūdum tab. ¶ Item scis, q̄ non potest adiri hereditas nisi quis sit certus de viribus testamēti, vt l. sed & si de sua. & l. cum falsum. ff. de acquir. here. Sed quis certus esse nō potest, nisi publicatis testib. ergo ante oia petet testes examinari & publicari. Si vero petuntur examinari ex parte rei, tūc indistincte examinabūtur, & publicabūtur ad eternā rei memoriā, vt j. de vsur. pupil. l. pupillus. secūdū vnā lect. Si vero
& petuntur examinari in casu, in quo quis pōt esse actor. & reus. tunc idem, q; indistincte poterit peti q̄ examinetur, & publicētur, vt extra de testi. c. Albericus. & c. significauit. vbi loquitur in iurib. incorpralib. ¶ Et scitis q̄ in his ille, qui est in quasi possessione iuris, potest agere, sicut si non possideret, & potest non agere, vt l. si forte. ſ. sciendū. si ser. ven. Ratio predictorū est, quia quādo potest agere, imputetur sibi cur non agit. & lite contestatur, & sic testes examinētur post lit. cōte. Sed si nō potest agere nō est quid sibi imputetur. Ratio, q; probationes possent deficere. permittitur enim examinatio, & publicatio. ¶ Item eo casu quo potest agere, & excipere, nō est cogēdus ad agendum, cum in potestate sui aduersarij sit agere. ¶ In omnib. autē casib. in quib. ſ. diri testes examinandos, & publicandos ante lit. contest. intelligi potest hec aut. Sed si intelligeres eo casu, quo diri q̄ permittitur examinatio & non publicatio. debes exponere text. ibi cū dicit, testimonia publicari, id est publica manu authorizari, non tamē aperiri, vt gl. dicit. Et isto casu authentica scriptura, in qua continetur dictum testis faceret fidem, etiam si non sit facta publicatio per iudicem, licet regulariter sit contra, vt ſ. eo. l. solam. Vide gl. vnde auth. hec sumitur, &c.

ADDITIO.

a ¶ Examinari. Bald. hic contra, cum quadam limitatione. & vide Bal. in l. ij. in vij. q. j. de testa. ¶ Utrum sit sententia inista, cum petuntur examinari testes ad perpetuam rei memoriam. eo quia sine per quo recipiuntur de facili oblinisci tur, vide Bart. in l. ij. ſ. due cause. circa medi. ff. ad Carbo. & in materia vide gl. in c. causam que. de dolo & contu. ad Bar. hic vide Bart. in l. de etate. de minor. Sed

verum ista regula, que habet q̄ testis non potest produci nisi lite contestata. semper procedat, dixi post Bar. in l. ij. in prin. §. quādo in rem actio. z alios casus, per quos limitatur dicta regula vltra numeratos per gl. z Jnn. in c. quoniam. vt li. non cōte. Item in interlocutoria produci possunt ante litem contest. q̄ non requiritur litis contestatio. secundum Bal. in l. prolatam. j. de sent. Sed pone q̄ duo petunt tuos testes primo examinari, vtrius testes debeant? Examinādi sunt illius. pro quo magis presumit. q̄ presumptio est res favorabilis. Tex. est z ibi Bal. in c. si duo. de pace tenē.

LEX XVI.

1 ¶ Post publicationem testium possunt super eodem testes in
2 alia instantia produci. z nu. 7.
Attestationes facte coram arbitris, faciunt fidem coram iudice.
6 Si testis iterato examinatus dicat, dico prout alias dixi, quid agendum. z nu. 12.
10 Qui non opposuit contra personas testium, poterit in alia instantia opponere.
11 Quando producitur scriptura continens attestationes, queritur de duplici fide.
13 Testes examinati coram arbitro, z nō publicati, possunt per ordinarium publicari.

a b **Cum apud.** [a] Hec est sing. lex. Si testes examinati coram arbitris [b] viuunt, est in eius electione, contra quem attestationes producuntur, vel eis stare, vel petere q̄ de nouo examinentur. Sed si sunt mortui, attestationibus de necessitate est standum. h. d. ¶ Not. q̄ post
1 †publicationem testium, super eodem possunt de nouo produci testes in alia instātia. vt vidistis in l. per hanc. de tēp. app. ¶ Secūdo no. †q̄s depositiones testiū. coram arbitris faciunt fidē etiā coram iudice. vt vidistis. §. de arb. l. cū antea. circa fi. ¶ No. tertio. †z
2 perpetuo tene mēti. q̄ est in electione eius, cōtra quem attestationes producunt. stare eis, vel petere q̄ de nouo examinētur. [c] q̄s est
3 notabile. ¶ Sed quero, †an illud. q̄ hic dicitur in arbitro, habeat
c 4 locū in testibus examinatis ab arbitratore. do. Ja. dicebat q̄ sic. [d]
d si arbitrator eos examinauerit in forma iudicij. ar. ff. pro socio. l. so
e cietatem. §. arbitrorum. ¶ Quero, quid [e] si testes fuerūt examina-
5 ti. z publicati coram iudice, vtrum habeat locum lex? Bal. in l. properandum. circa fi. §. de iudi. videtur dicere q̄ sic. do. Ja. Bu. dicebat cōtra. q̄ postquam examinati. z publicati sunt. coram iudice, habent perpetuam firmitatem. vt l. ij. j. de re iud. Idem tenet Jnn.
f extra de test. c. significauit. z hoc puto verum. [f] ¶ Quero, quid si te
6 stis iterum examinatus † dicit, dico vt dixi in alio meo dicto, coā arbitris manu talis notarij, vel quid si dicat, non recordor. nisi viderem illud quod dixi in alia vice, vtrum debeat sibi ostendi? Tetigi in l. eos. ff. de falsis. z ibi vide. &c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Cum apud. Ad intellectum huius text. vide Innoc. in c. cum inter. de testibus. z quod pulchre ipse dixit in c. preterea. in verſic. similis. extra eod. titu. Et adde quod tales testes producti coram talibus arbitris debent compelli ad deponendum, per Potestatem illius terre, in ca. §. in princ. si de inuest. inter do. z vasallis oriatur. Et quid in iudice delegato, an possit coram se producros cogere, z to1quere si nolunt? not. quod sic. in l. ij. de iurisd. om. iudic. z Bald. in loco prealleg.
P. P. A. V. P. ¶ Cum apud. De materia huius legis, vide late per Bertach. in verbo, Attestationes. Item an z quādo testes z acta coram arbitro vel arbitratore, faciāt fidem coram iudice, vide Fel. in c. presentate. extra de testib.
b POMA. ¶ Coram arbitris. Vide in l. ij. C. de eden. z Bart. etiam pe. vel fi. l. dum vult attestationes factas coram arbitro, non facere fidem coram ordinario, si pars contra quam producte sunt, velit eas iterum produci, z sic est in potestate ipsius, quod iterum producantur. Et vide late circa istam materiam practicam Bapien. in forma oppo. contra testes post publicationem. in gloss. in versic. sunt que publicatis iam testibus a. ūs receptis. circa med. in versi. patroni. queri solet an testes producti z publicati, in vna causa faciant fidem in alia.
c ALEX. ¶ Nouo examinentur. Per Spec. de probat. §. j. versic. hoc quoque scias.
d ALEX. ¶ Quod sic. Et cum hac l. tenent docto. in c. presentata. extra de testib. sed Bal. in d. l. que omnia. ad finem. videtur dicere contrarium. z hic per do. Anto. in c. preterea. de test.
e AND. BARB. ¶ Quero quid. Et quando acta in vno iudicio valeant, z possint produci in alio iudicio, vide in v. rubr. in xiij. q. z in l. ij. §. de eden. c. fin. de proba. l. gesta. j. de re iud.
f ALEX. ¶ Puto verum. Vide Innoc. in c. cum in tua. eod. titul. z Bartol. in authenti, at qui semel. §. ritu. j. z in l. ij. iudicatum solui. z idem tenet Angel. in d. l. properandum. ¶ ADDE quod hic dicit Paul. de Cast.

ALIA LECTVRA.

Cum apud. Dicta testium coram arbitris faciunt fidem coram iudice ordinario. si testes sunt mortui, vel viuentes. z pars contra quam producuntur, eos examinari prohibeat. Quibus semper exceptionibus cōtra dicta. z personas. h. d. Primo premittit questionem. Secundo responsionem ponit. que habet quatuor membra. z sic secūda pars diuiditur in quatuor partes. Secunda pars principalis incipit ibi. sancimus. Item istius secunde. &c. ibi. sinautem mihi. Tertia ibi. sinautem omnes. Quarta ibi. finitores. ¶ Not. quod idem † testis super eisdē articulis potest produci in alia instantia, non obstante prima publicatione. quod recipit plures limitationes. ¶ Primo hoc verum, quando alia instantia tendit ad eundem finem cum prima, sed si ad alium finem tenderet. tūc possunt ijdem testes. z alij examinari indifferenter. non obstante prima publicatione. Casus est secundum lect. gl. in l. Gallus. ff. de condi. indebi. in princ. ter. in c. veniens. extra eod. z cōmunis in tua. ¶ Secunda limitatio est. quia hoc verum in testibus non
8 † tunc in alia instantia tendente ad eundē finem. non possunt produci ijdem testes de nouo, sed cogeretur quis stare illis attestationibus primis. quia ex quo in primo iudicio sunt publicata. fidem perpetuam. vt j. de re ind. l. gesta. Ita tenebat Jac. z tenet Innoc. in c. cum in tua. z in c. significauit. extra eod. z nostra videtur dicere cōtrarium quod etiam in examinatione iudice habet locum distinctio nostre legis. vt not. in l. randum. in fi. §. de iudi. ¶ Tertia limitatio est. quia hec lex
9 auth. at qui semel. §. rit. j. ¶ Tertio no. † quod legibus dicentibus. de examinatione testium. post didicita publicata potest reuisitari. vt hic dum dicit. ea seruari. que acta sunt inter partes. Hoc tenet
10 Jo. And. in c. fraternitatis. extra eod. ¶ Quarto no. q̄ licet quis in vna instantia non opposuerit contra personam. vel dicta testiū. tamen si ille attestationes producar in alia instātia. potest opponi cōtra personas. z dicta. vt hic ibi. omni iure. z in fi. quod intelligit quantum est in eo. quod dicit contra personas. nisi ille cōtra quem
11 producantur. eos produxerit. vt l. si quis testib. §. eod. ¶ Tertio not. quod quando producitur scriptura continens attestationes. debet queri de duplici fide. Primo quero. de fide scripture. supposito quod scriptura vera sit de fide attestationum quereris. est. vt hic. in ver. sinautem omnes. ¶ Querit gl. vtrum testes primum iurabunt. Et dic q̄ sic. vt ff. de damn. infect. l. qui bona. §. fi.
12 stipula. ¶ Sed quero, †vtrū testes. qui secundo examinantur. sint dicere illud quod dixerunt coram arbitris. Respondeo. in arbitrio iudicis est illud dictum admittere. vel nō admittere. men si iudex admiserit. puto quod valeat. sicut testator testatum inualidū potest confirmare vno verbo. dicendo. confirmo testamentum. vt ff. de iniu. testa. l. posthumus. §. si paganus. de
a pos. secundū tab. l. qui ex liberis. §. fi. Item puto [a] quod si testes perierit. pero mihi copiam fieri eorum. que iam dixi. quia tunc esset melius recordaretur dico quod talis copia debet fieri. arg. l. exhibuissent. §. pe. ff. de pub. Consilium tamen est. quod semper
13 stes producti dicant, si in aliquo variarē ab eo q̄ dixi, reduco ad id quod primo dixi. cum tunc melius recordarer. Hoc dixi in l. eos. ff. de falsis. ¶ Quero, † quid si testes coram arbitris non sent publicati, sed examinati tantū. vtrum posset peti publicari seu examinatio coram iudice ordinario? Puto q̄ sic. eo modo attestationes possunt produci. Casus est in c. constitutus. extra

ADDITIO.

a ¶ Item puto. Adde de hoc. z de supra scriptis Abb. z do. Ant. z ibi Feli. in c. cum in tua. extra de testib.

De fide instrumentorum. Rubr. XXI.

LEX I.

2 Iudices. ¶Nota quod committitur examinatio testiū iudici alterius loci. ¶Secundo nota q partib. statuitur terminus ad probandū coīa primo iudice. Simile ff. de iurei. l. generaliter. §. his de. ¶Tertio nota quod committitur examinatio testium non publicatio. q placet ex ter. qui dicit quod factis depositionib. negotium referatur ad primum iudicē. ¶Quarto not. q idē est si agatur de imponenda fide scripture. Hoc potest duob. mod. intelligi. Primo secundum gl. quando scripture debet imponi fides per testes. & secundum hoc esset idē casus vt §. Melius est autem vt dicamus q forte coīa iudice huius ciuitatis producebatur exēplum alicuius instrumenti, vel priuilegij, quod hic portari, vel haberi nō poterat, tunc iudex debet cōmittere, vt iudici loci, vbi est, vt ostendatur. & ibi fides imponatur. & partes ad illum locum compareāt. De hoc est text. extra eod. c. accepimus. facit §. eod. l. illate. Barto.

AVTHENT.

1 ☞Receptio testium potest committi notario, & etiam non habenti iurisdictionem de partium voluntate.

a [a]Apud eloquentissimum. [a]Op. de aut. vt defunc. seu funera. §. illud, vbi dicit nō demandari testium receptionē. Sol. Dicit gl. q non potest demādari testium receptio alij non habenti iurisdictionē, alias sic, vt not. per Inn. extra de prob. c. quoniam contra falsam. in ij. gl. & extra de offi.

1 deleg. ca j. in Ele. Crederem † de iure nostro non posse demandari

b non habenti iurisdictionem, nisi de voluntate partium. [b]hoc modo faciunt iudices, quando committunt notario de voluntate partium, & quod voluntas partium sufficit, probatur, quia valet examinatio facta ab arbitris, vt vidistis §. item. j. l. fin. &c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Apud eloquentissimum. Vide Bal. in l. a iudice. C. de iud. & que habētur in l. iudices. §. eo. & ibi Bal. & adde q not. Jo. an. in c. cū causam. extra de test. Et ad materiā huius aut. vide Bart. post gloss. in l. cum ab initio. cum seq. ff. quema. te. a per. De eodem vide de offi. dele. c. cum olim. & Inn. in c. cum Bertoldus. de re iud. per Bar. in l. ij. ff. quemad. te. aper. Et an in causa criminali testium examinatio possit committi, vide que habes in l. ñ. j. de collu. deteg.

b POMA. ¶Voluntate partium. Vide circa hoc omnino Alexan. consi. ciij. volu. v. vbi dicit quod iudex non potest committere examen testium notario, nisi de voluntate partium, & quod si committit iam recusato pro suspecto, quod examen erit nullum, etiam si non probata foret aliqua causa suspitionis. P. PAV. P. ¶Voluntate partium. Vide Alex. consi. cccli. per Alex. & Mod. in l. hac consultissima. §. si quis autē. in glo. in verbo depositionis. C. de test. Vide ad ista Fel. in c. cum causam. de testibus. post Abb. ibi vide in repertorio. in verbo, testis. ad finem.

ALIA LECTVRA.

[a]Apud eloquentissimum. Tex. in Codicis non bene declarat, cui persone committatur examinatio testium. ideo hec aut. est facta. ¶Op. in aut. vt defunc. & fune. §. illud. Sol. Receptio testium potest demandari habenti iurisdictionem. vt hic. non autem non habenti. vt in contrario. & videtur casus de iure ciuili. Canoniste autem videtur dicere. quod

2 examinatio [a]testium possit committi, etiā non habenti iurisdictionem. si tamen iuramentū recipiatur a iudice. & interrogatorie examinentur, ita quod examinator habeat nudum ministerium examinatoris, seu interrogatoris. de hoc per Inn. in c. quoniam contra falsam. extra de proba. in ij. glo. de offic. deleg. ca. j. in Ele. Contrarium tamen videtur ipse Inno. notare in c. cum Bertoldus. & re

3 & tamen examinat. vt d. ll. patet. Fallit †in personis egregijs. in quibus lex simpliciter dicit. iudicem mittere vnum de notarijs suis in authent. sed iudex. §. de epi. Et sic videtur simpliciter, quod dex possit committere talium testium examinationem, etiam habenti iurisdictionē. Pro hoc videtur casus in c. ij. de test. dum vnam lecturam. ibi. vel nuncio, quem de hoc miserit. & ibi loquitur in egregijs personis. vel alijs que ad iudicem non possunt. Ad idem extra de testib. in c. si qui testium.

ADDITIO.

a ¶Quod examinatio. Adde. & vide de hoc aliquid per Alex. in quoniam contra. in no. extra de prob. & ibi per Lanfr. in rep. in vers. testium depositiones. q. xij. late ponit Fel. vbi ponit conclusio. cum fallen. in c. cum causam. versi. extra glo. de testib.

LEX XVIII.

1 ☞Instrumentum solutionis, ita pertinet ad creditorem sicut ad debitorem. & n num. 6.

5 Qui soluit, potest petere a creditore vt sibi faciat instrumentum quietationis.

7 Annue prestationi an prescribatur? remissiue.

a [a]Pures apochis. [a]Qui recipit apocham. cogitur reddere antapocham. h. d. ¶Not. primo. quod instrumentum solutionis non pertinet solum ad debitorem, sed etiam ad

1 creditorem. ideo potest petere creditor antapocham. & etiam mandatario. q̄ sibi reddatur instrumentū. Facit ad hoc ff. de furtis. l.

2 tabulas. ¶Ho. secundo ex hac lege. illud, quod ego diri dissolute. §. de cond. sine causa. quod quando creditor reddit tori instrumentum cancellatum, potest dicere debitori, facias instrumentum, quod hoc, quod soluisti, fuit mihi debitum. hec l. facit ad hoc quod ille, qui soluit, potest petere ab eo, cui

b uit. vt de hoc sibi faciat publicum instrumentum. [b]&c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Plures. Adde Bar. in l. j. ff. de eden.

b ALEX. ¶Publicum instrumentum. Vide Bar. in d. l. & in l. tabulas. ff. de furt. & Adde quod sicut ille qui soluit, potest petere apocham de solu. l. j. §. j. de apo. public. & hic, sic etiam qui nō solu sed obtulit eo casu quo per oblationem contingit liberatio. vt cuta commissione post missionem, possit petere apocham de to. vt not. dixit Barto. per ea, que ibi habentur in l. j. C. de fideiu arc. li. r. An possit cogi ad faciendum quietationem generalem net Bar. quod non, per illum text. in l. cum Aquiliana. de trans.

ALIA LECTVRA.

[a]Pures apochis. Qui recipit apocham. tenetur reddere ant

3 pocham. ¶Not. tu iuuenis, duo notabilia multum ua. Primo, quod per negationem fit res dubia, qua

4 dic vt l. j. §. de procura. ¶Secundo no. quod in fauorem alicui

5 introductum est, non debet in eius lesionem retorqueri. ¶Tertio not. & hic aduerte, quod ille qui soluit petere potest vt fiat instrumentum quietationis. Facit ad hoc. j. de libera. cau. data. & l. si pupillus. in prin. ff. de nouatio. & sol. mat. l. ij. §. j. de

6 l. ij. §. nunc de effectu. & ibi plene dixi. ¶Item not. quod mentum solutionis nō solum pertinet ad debitorem, sed etiam creditorem, vt hic patet. Facit ff. de furtis l. qui tabulas. & vel sarcinator. §. fi. eo. tit. Et ideo quandoque notarius debet ita instrumentū solutionis creditori, sicut debitori solventi. ¶

7 inducit istam legem ad argumentum an annue prestationi batur spacio. xxx. an. quod plene dicemus. j. de prescri. xxx. cum notissimi. §. illud.

LEX XIX.

COmparationes [a]Scriptura, de qua fit comparatio literarum debet esse scriptura priuata, approbata, forensis, vel publica, & hi, qui eas faciunt, debent solenniter iurare. h. d. Diuiditur in tres partes. Primo ponit proœmium. Secundo ponit statutum. Tertio statutum suum declarat, & limitat. Secunda ibi, ideoq; sanximus. Tertia ibi, his omnibus. Iterum secunda diuiditur in tres partes. Primo ponit ex quibus scripturis debeat fieri cõparatio. Secũdo ponit per quas debeat fieri comparatio. Tertio ponit, apud quos. Secunda ibi, omnes autem. Tertia ibi, & hoc obserua

ADDITIONES.

a P. PAVL. Comparationes. Circa istam materiam ad probandum scripturam aliquam esse scriptam manu alicuius, requirit q̃ testes deponant se ipsos vidisse scribere. Vide Aler. consi. cxviij. in 3. vol. Vide de materia Aler. consi. ccccxliij. & consi. ccccciv. latissime do. Fran. in materia consi. lxiij. Vide de materia comparationis & istius scripture priuate. Moder. post Bar. in l. admonendi. in materia scripture priuate. ff. de iurein. Nunquid autem in libris rationis comparatio faciat plenam fidem, & non sit idem quod in hypotheca, vide Paul. consil. ccccxxxij. Moderni. in l. admonendi. vbi s. Item de materia comparationis, & qs regulariter fieri possit, nisi in apodissa, vide Fel. in c. ij. de fi. instrum. Item quod si testes dicãt se fuisse presentes quando scribebatur, probant plene non semplene. & quod tãta possit esse vis comparationis, qs plene probet, vide Aler. consi. clxxxj. in ij. vol. Item an ista ler sit correcta solum in apodissa, an vero etiã in epistola vide per Mod. in d. l. admonẽdi. & Fel. in d. c. ij. & Aler. in d. consi. ccccxliij. qui videtur tenere qs sit correcta etiam in epistola, licet ipsi in d. l. admonendi tenent contrarium. Item quod scriptura reperta in archiuo publico subscripta per aliquem sit sufficiens ad comparationem, vide Fel. in c. ad audientiam, de presscrip. Item quod possit quis cogi ad scribendũ ad hoc vt possit fieri comparatio literarũ. vide Soc. in l. que agitur, in fi. notab. ff. de except. An autem possit quis cogi respondere an scriptura sit manu sua, vide ad Bar. in rub. ff. de interrog. actio. Item de eo quod dictũ est de scriptura reperta in archiuo publicõ vel actis publicis, licet alias esset seruata possit fieri comparatio, vide Are. in l. ne in arbitris. C. de arb. Item dum dicitur in ista lege, quod requiritur iuramentum, non procedit vbi proceditur summarie &c. Vide Ro. in o. consi. xx. vbi quedam alia. Item an ista lex sit correcta in scriptu. priua. vt ex ea non fiat comparatio, & quomodo, vide Barb. consi. xxvij. vol. iij. in ij. dub.

b ALEX. Comparatio. Et vtrũ possit fieri comparatio ad stilũ solum an ad scripturã, dicit Bal. in o. qs fic. s. de emẽ. Ju. Lo. in fi. & Bal. hic in vj. q. & vtrũ istum actum comparationis possit iudex alteri committere, dic quod non. Bl. est in aut. de fide instr. §. si vero, in verbo, abstinere, sequitur Bal. in aut. sed nouo iure. C. si cer. pe. & ibi plene de materia comparationis. & vide in aut. at si cõtractus. §. eo. vbi per Bar. & que habent in l. unda. de don. Adde, an qs possit cogi ad scribendum, vt fiat comparatio literarũ. text. in §. si quis igitur, in aut. eod. ti. & ad materiam vide Ro. cõsi. xx. Dau. de Last. consi. cxcvij. & ccxxx.

ALIA LECTVRA.

1 Comparatio literarũ quando fit, requiritur dupler scriptura.
2 Quando in iudicio dubitatur de aliquo, quod consistit in peritia, iudex committit peritis in arte.

COmparationes. Cõparatio debet fieri ex scriptura priuata, approbata, forensi, vel publica, & qui comparationẽ faciunt debent solenniter iurare quod locum habet coram omni iudice, & in omni suo tempore. h. d. Primo ponit proemiũ. Secundo statũ. Secunda ibi, ideoq;. Item secunda subdiuidit, qa primo ponit ex quibus scripturis fiat cõparatio. Secũdo per quos, & qualiter fiat. Tertio in quibus iudicijs. Quarto quo tẽpore habeat locum ista lex. Secunda ibi, omnes autẽ. Tertia ibi, & hoc obseruari. Quarta ibi, his omnibus. Ad euidentiam premitte, qs

1 ieũ tractatur de comparatione[a], requiritur dupler scriptura. vna,
2 ex qua fit comparatio, alia, ad quam fit cõparatio scripture. De prima, ex qua loquitur ista lex, de secũda loquitur auth. at si cõtra ctus, j. eo. Op. dicitur hic qs scriptura debet esse subscripta. cõtra. de auth. at si contractus, j. eo. Sol. Dicũt quidam qs hec l. cõparationes corrigitur, alij dicũt, quod est veritas, qs lex ista loquitur de scriptura, ex qua, authẽtica loquitur de scriptura, ad quã. Opp. in lege Codicis dicitur quod per comparationem fit plena fides, contra de auth. at si contractus. Solu. in hoc lex Codicis corrigitur & hoc est verum quod intellige vt statim dicam. Certio opp. dicitur in l. Codicis quod licet quis producat chartulam contra se, non potest ex ea fieri comparatio, contra. in aut. ad hec. Sol. Dicunt quidam, & lex Codicis in hoc corrigitur. Alij dicunt, & melius, quod lex Codicis loquitur, quãdo ab eadem parte producebantur ambe scripture, licet vna, ex qua petebat fieri comparationem, contra se aliquid contineret, aut. ad hec, loquitur quando volo vti scriptura, vt ex ea comparatio fieret, quã aduersarius meus contra me produxit. Opp. dicitur in l. Codicis quod illi, qui faciunt comparationem, debent iurare, contra sufficit si semel iuretur, vt s. de errore calculi. l. j. Sol. a parte iuratur semel tãtum, hic loquitur de iuran. & to & prestatur ab illis, qui sunt adhibiti ad
2 comparationem. Ex quo nota duo, vel tria. Primo quod quando in iudicio de aliquo dubitatur quod consistat in artis peritia, iudex committit peritis in arte, vt hic, & j. de re mili. l. semel, in aut. de
3 non alie. §. quod autem, & de ven. inspi. l. j. §. j. Secũdo no, quod
b debet committi peritis [b] in arte pluribus, nec sufficeret vni, vt hic, ibi alijs, &c. & d. l. j. §. j. & de ven. inspi. si tamen in ciuitate nõ esset nisi vnus peritus tantum, illi soli committeretur, & sufficeret. d. §. quod
4 autem. Tertio not, quod isti quibus tanquam peritis committitur debent iurare secundum formam hic positam. licet aliter dixerit glo. & male in l. iurisiurandi. §. ritu. j. dic vt ibi.

ADDITIONES.

a De comparatione. Adde quomodo, & quãdo fieri debeat comparatio literarum, & vide late per Aler. de Imo. in cõsil. lxxvj. in iij. vo. & in consi. cxviij. per totum. in iij. lib. & quomodo fiat comparatio, vide etiam per Dau. de Last. in consi. cccl. xxj.

b Committi peritis. De hoc late per Bart. & Alexan. in l. j. §. j. de ven. inspi. & per Aler. in consi. xv. ver. bene facit. in j. vol.

AVTHENT.

ADhec In hac authentica adduntur duo genera scripturarum. Opp. quod ista aut. in secũdo dicto, mihil addit ad legem Codicis. nam ibi fiebat mentio de publico instrumento. Sol. Dicit glo. intelligas hic quod instrumentum, quod producebatur ex archiuo publico, non erat publicum, hoc est, manu notarij
a publicatum, tamen adhibetur fides ei, si habet testimonium eius, qui preest archiuo publico. Pro declaratione huius gl. quero vtrum sit necesse, quod saltem sit scriptum manu publica, licet non habeat testimonium publicum. Blo. super l. comparationes, super verbo, forensibus, de hoc dubitat. Veritas est, quod manu publica scriptum esse debet, nec sufficeret manu priuati, nisi essent duo, vt in c. quoniam contra falsam, extra de proba. & hoc sentit gloss. Sed tunc vlterius quero, quare dictum instrumentum non dicitur publicum, si est manu publica scriptum. Respondeo quod licet non habeat omnes solennitates instrumenti publici, vt puta, si in eo deficit dies, vel consul. vel indictio, non vitiatur, vt l. cũ tabernam. ff. de pigno. sed in instrumento illa requiruntur, & idem si nõ haberet notarij publicationem & subscriptionem, si tamen apparet aliter manu publica factum, quod est notandum.

ADDITIO.

a Tamen adhibetur. Intellige hoc procedere in illo territorio, vbi est archiuum. Ita Bald. in l. exẽplo. s. de proba. vel si produceretur extra territorium faceret fidem contra subditum illius ciuitatis, vel ratione contractus, vel alia ratione, secundum Bal. ibi. s. & refert & sequitur Aler. de Imo. in consil. cxxxviij. verũ. nec obst. in j. vol. quem vide.

AVTHENT.

1 Scripturis archiui publici, creditur licet non sint publice, & non habeant annos domini, indictionem, & similia. nu. 2.
3 Iudex non potest cogere partes ad scribendum, vt inde fiat comparatio literarum.
4 Per comparationem literarum, fit plena fides.
5 Comparatio literarum, potest fieri ad libitum rationum alicuius.
6 Quando fit comparatio, an sola depositio testium sufficiat.
7 Scripture priuate est triplex genus.
8 Apodissa quam probationem faciat.
9 Liber rationum alicuius, quam probationem faciat.
10 Litere seu epistole alicuius quando probent.

a AT si contractus. [a]Hec auth. loquitur de scripturis, ad quas fit comparatio, dicitur in l. comparationes, quod requiritur quod subscripta sit scriptura tribus testibus. Contra, imo non requiritur subscriptio, vt in ista aut. at si contractus, quam modo vidisti. Sol. dicunt quidam, quod ista corrigit legem Codicis. Tu dicas q̃ ista est vera, q̃ lex Codicis loquitur de scriptura priuata, ex qua fit comparatio, illa enim debet esse subscripta, aut. at si contractus. loquitur de illa ad quam fit comparatio. Secundo opp. dicitur in l. comparationes. quod per comparationem literarum inducitur plena probatio. Contra in aut. at si contractus, vbi non

inducit plenam probationem, sine adminiculis testiū. Sol. lex Co dicis in hoc hodie corrigitur, quod soli comparationi non statur. ¶ Op. tertio, dicitur in l. comparationes, quod nō fit probatio ex scriptura, quam pars profert contra seipsaz. Cōtra in aut. ad hec. Sol. dicit quod l. comparationes, in hoc corrigitur. non est verum secundum doc, nam l. cōparationes loquitur quando due scriptu re producūtur ab vna, eademqz parte, vna pro se, ad quā petit fie ri comparationem, alia contra se, ex qua petit fieri cōparationem. aut. ad hec loquitur, quando quis vnam scripturā producit pro se, z ad eam probandam vtitur scriptura, quam aduersarius pduc cit contra se, z ista plus placet. ¶ Venio ad aut. ad hec, videtur q dicta aut. nihil addat ad l. cōparationes, de eo quod dicit de his que sumūtur ex archiuo publico. nam l. comparationes, permittit fieri ex publicis scripturis. z hec aut. etiam in publicis loquit, qua
1 re male. Sol. Dicit glo. † z bene intellige hic, de scripturis que su muntur ex archiuo publico, nō tamē sunt publice. Et q ter. dicit, quod testimonium habet publicū, intelligatis qō habet testimo nium publicū illius officialis, qui preest armario, seu archiuo, non quod sint manu notarij publicata, quod est notandum, qz illis scri
b pturis creditur, licet non sint publice scripture. Ex hoc sequitur b
2 † aliud, q iam notabiliter allegaui, qō licet in scripturis armarij, non sint anni Domini, indictio, z similia, tamen probant. Est enim quedam priuata scriptura authentica. in qua dicte solēnitates nō requiruntur, vt l. cū tabernam. ff. de pig. Habes ergo hic, quod comparatio fit ex quinqz generibus scripturarū, z nō ex alijs, adeo secundum glo. quod si esset alia scriptura, quam pars, cōtra quam petitur fieri comparatio, confiteretur esse suā, non posset ex ea cō paratio fieri. Ita videtur sentire gl. super. l. comparationes. in glo.
3 super verbo, semetipsum, z sic † videtur quod si iudex vellet cogere
c partem c ad scribendum aliquid sua manu, non posset fieri compa ratio, z hoc facere non posset. ter. enim simpliciter dicit, non aliter fieri, nisi sicut ista lex mādat. Modo habes de scriptura ex qua fit
4 comparatio, venio ad aut. at si cōtractus. ¶ Op. z videtur † q scri ptura per comparationem approbata, faciat plenam fidem, vt l. scripturas. ff. qui pot. in pig. ha. So. dicunt quidam, quod illa corri gitur per hanc legem. Alij vt Fran. Accur. z do. Ja. de Bel. dicūt qō ibi loquitur, quando priuata scriptura habet subscriptionē te stium vtriusqz partis, z tunc non pōt circa comparationē eius er rari de facili, ideo per solam comparationē inducitur plena fides. Sed quando non habet tot subscriptiones, tunc circa cōparatio nem de facili erratur, ideo requiritur aliud argu, ita loquitur hic z satis placet. ¶ Item op. ad istam aut. de l. comparationes. So. vt dixi, illa lex hodie corrigitur in hoc, vt dixi, qz hodie per compara tionem nō fit plena probatio. ¶ Sed aduerte, qz hoc intellige ve rum in apodissis, que dantur a parte parti. de his enim loquit ter.
5 in corpore vnde sumitur. Sed si † quis vellet facere cōparationes ad libzum rationum eius, contra quem producitur, tunc credo iu ra antiqua esse incorrecta, qz non reperitur mutatum, ergo z c. vt l. precipimus. in fine. ff. de ap. Ratio est, qz magis de facili ego pos sum contrafacere vnam apodissam, dicendo eam manu tua factā, ita quod per comparationem approbaretur, quam possim facere de libro rationum tuarum, maxime cum liber rationū retineatur apud confitentem, z ipse alijs edat. ¶ Op. dicitur hic, quod cum
d fiunt comparationes requiritur argumentū. d hoc est pbatio per testes. Contra, qz probatio per testes sola sufficit, vt l. vbi numer. ff. de testi. z ff. de test. l. iurisiurandi. Ad quid ergo egemus compa
6 rationes? Respondeo quandoqz † testes testificantur de veritate cō tractus, z tunc non esset necessaria scriptura, dum tamen sint tot testes quot sufficiant, vel nisi esset de casibus, in quibus requiritur quod fiat in scriptis. Ita loquitur in materia de testibus. Qñqz te stes non testificantur aliquid de contractu, sed de scriptura, qz tes stificantur talem esse scripturam talis, tunc nec testibus solis credi tur ad plenam fidem sine cōparatione, nec soli comparationi sine testibus: sed facit semiplenā probationē, ex vtraqz autē colligitur plena fides, vt hac aut. Ratio, qz q testificātur de scriptura, de faci li possent decipi, propter similitudinem literaruz, z qz potest quis literas alicuius de facili cōtrafacere. Ita videtur sentire quedam
e gl. parua in aut. eo. circa prin. qō tene menti. e ¶ At igitur liqueat
7 ista materia, sciendum est qō nos habemus † tripler genus priua te scripture. Primum est apocha, que vulgariter dicitur apodissa, que datur a parte parti. Secundum est liber rationum. Tertiū est
8 epistola, seu litera, que mittitur. ¶ Circa primū, scilicet † apodissaz dic, aut a parte, contra quā producitur, confessatur, qō est sua ma nu facta, z facit fidem, vt l. cum de indebito. in fi. ff. de prob. Aut ne gatur, z tunc aut habet subscriptionem trium testium, z cōtraben tiū, z tūc ex comparatione sola, z ex sola probatione fidē facit ple nam, vt l. scripturas. ff. qui po. in pig. hab. nam propter tot subscri ptiones, non pōt errari de facili. Si vero nō habet tot subscriptio nes, tunc habet locū hec aut. qz ipsa non habet plenā fidem, si ap probetur per comparationem tantū, sed facit semiplenam. ¶ Item non facit fidem plenam, si approbetur testibus tantum, sed facit semiplenam. ¶ Item si approbetur vtroque modo, tunc facit ple nam fidem, vt hic, debent tamen adesse tot testes, quot videtis no. in l. fi. in fin. z aut. ibi posita. ff. si cert. petat. z gl. hic repetit. ¶ Circa
9 † secundum scilicet circa libzum rationum, debes aduertere, si qua dem est confessatum, quod sit liber rationum eius, cuius dicitur, z eius manu scriptus, si quidem cōtinetur aliquid pro se, facit fidem in his que dependent ex mera eius voluntate vt l. Neseimus. ff. de neg. gest. secus in alijs, que ex mera eius voluntate nō dependent vt l. rationes. ff. de probatio. Si vero continetur aliquid contra se, tunc facit fidem, vt d. l. rationes. in fi. de prob. z l. quedam. ff. numu larios. z ibi no. ff. de eden. Si vero ibi contineatur aliquid, q nō est pro se neq contra se, sed pro alio, z contra alium, z tunc si quidem ille liber est confectus ex necessitate officij de publico iniunct. facit fidem, vt d. l. quedam. ff. numularios. z ff. eod. l. illate. Facit ad admi. tu l. Lucius. ff. tutele. Si vero non est liber sic confectus, sic non faceret plenam fidē, sed faceret forte semiplenā, secūdum qua litatem personarum, vt no. in d. ff. numularios. Facit quod notat bone fidei. ff. de iureiu. z l. admonendi. ff. de iureiu. Si vero dictus li ber rationum negatur, tūc puto, quod possit approbari per testes comparationem, sine alio argumento, secundum formam l. con
10 rationes, quia hoc nō reperitur correctum, vt d. dixi. ¶ Circa tium, scilicet circa literas, seu epistolas, dico quod quandoqz ritur de effectu eius quod in literis continetur, z de hoc di proba. l. non epistolis. z l. non nudis. Quandoque queritur faciat probationem, tunc aut est epistola confessata, z probat Pub. in fi. ff. deposi. Aut epistola non confessata, tunc si quis bet sigillum publicū, probat, quod dic vt no. per doc. in l. si qua calumniam. ff. de epi. z cle. z Bul. in l. si procuratorem. ff. de pro dixi vobis in l. si publicanus. ff. ff. de pub. Aut non habet sigillum authenticū, z tunc debet probari, sicut alie apodisse, vt d. dixi. Non habetis hic alia. De publicis scripturis nihil dico etc.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ At si contractus. Vide Bart. in l. scripturas. in prin. ff. qui potio. in pigno. habean.

b POMA. ¶ Ex hoc sequitur. Vide Alex. in auth. si quis, vers. ser to fallit. ff. de eden. z aliquas remissiones per Felin. c. cum causam, ver. in eadem gl. ibi de proba. z plene per eum in c. ad audientiam, de prescr. z Imo. consi. xxxvij. z Car. lxxij. z do. Alex. consil. cccxvij, vol. j. z xcij. vo. ij. vbi ponit de libris estimi. z omnino Ja. in l. admo nēdi. in repet. in verbo, decimus casus est. de iureiu. vbi ponit qui iuris si tales scripture priuate nō sunt subscripte p partes nec te stes, vide etiam Alex. consi. xvj. vol. v. vbi. dicit quod scripture ex chiuo publico, faciūt fidē in illo loco, in quo erat illud archiuū, alibi non, etiam si ibi extaret statutum, quod talibus scripturis des adhibeatur. Et idem dicit consi. xxiij. vol. v. vbi dicit, quod non facit fidem contra non subditos. z Felin. in ver. fallit scrip tra eod. z Bald. ccxxix. in prima parte. vbi ponit, que requir quod tales scripture faciant fidem.

c ALEX. ¶ Cogere partē. Utrum iudex possit cogere aliquem scribendum sua manu. ad hoc vt fiat comparatio. Bart. hic non, sed Bal. in l. comparationes. ff. eod. tenuit contrarium per text. sing. in auth. de instru. cau. z fide. ff. si quis igitur inscri coactus est. Et quid si litera erit diuersa ab ista scriptura. vult Bal. in l. fi. ff. de secun. tab. ¶ Adde, quod idem tenet de Last. in l. comparationes. ff. proxime.

d ALEX. ¶ Argumentum. Adde Bar. z que ibi dixi in l. nu tio. de donatio. z vide Bart. in l. scripturas. ff. qui pot. in pig.

e ALEX. ¶ Quod tene menti. Adde Bal. in authen. sed nou re. ff. si cert. pet.

¶ At si contractus. Opponitur, z vi quod sola cōpara faciat plenam fidem, vt l. scripturas. ff. qui pot. in pig.
11 Sol. † Dicunt quidam quod ista per illam corrigatur. Dy. z Ja Belui. dicunt quod ibi loquitur quando scriptura priuata hab subscriptionem testium, z non partium, tunc enim nec testibus lis crederetur, nec comparationi, quo ad plenam fidē, sed ex vtr que colligitur plena fides, vt hic. Contra oppo. nam si testes soli testes, tunc enim probare possunt regulariter duo, licet quo doque plures, vt l. testium. ff. de testibus. z l. fi. cum auth. ibi ff. de testibus solis crederetur, quia de facili errare possent, nec ration soli, sed vtrisque, sed si testes deponerent de veritate tract tus, tunc eis solis crederetur. Ita videtur sentire quedam gl. gu ula in auth. eo. ff. j. ¶ Oppo. z videtur quod huic scripture modo credatur, vt in auth. eod. ff. si vero tale. Sol. Ibi ab vna p te erat instrumentum, z vox viua, ab alia comparatio sola, hic quitur quando ab vna parte est comparatio, z vox viua, ab alia

concurrit. ¶Nunc ad declarationem huius materie veniamus. Et gl. hic inrrat materiam, tam de publica scriptura, quam de priuata. ego de publica nihil dicam, sed dixi in l. in exercendis. ff. eod. nata. ego de publica nihil dicam, sed dixi in l. in exercendis. ff. eod. sed dicam de priuata. †Et pro eius euidentia est sciendū, quod habemus triplex genus priuate scripture, quedā est que dicitur apocissa, que datur a parte parti. Quedam est priuata, vt liber rationum quem quis sibi conficit. Quedam est priuata scriptura, vt littere, seu epistole, quas homines sibi inuicem transmittūt. ¶†Circa primum dic, aut illa priuata est confessata ab vtraq; parte z sine dubio probat contra scribentem, vt l. Publia. in fi. ff. depo. Aut est negata, z tunc aut habet sub scriptionē testiū, z vtriusque partis, z ad probationem facit plenā fidem, vt l. scripturas. ff. qui po. in pig. hab. Ratio, quia propter tot scripturas in ea de facili errari non potest. Aut non habet dicta scriptura subscriptionem partium, z tunc aut est approbata per comparationes tantum, vel per testes tantum adscriptos, vel non adscriptos, z tunc non facit plenam fidem, sed semiplenam. z hec notantur de iureiurando. l. admonendi. z ibi dixi. Aut per comparationem, z per solennem numerum testium, z tunc faceret plenam fidem, vt hic, z in corpore vnde sumitur. Sed quero, quis est solennis numerus testium, qui requiritur in scriptura, ad quam fit comparatio? Glo. ponit hic, z in gl. in l. fi. cum aut. ibi posita. ff. si cer. peta. non recito.

14 ¶Secunda scriptura priuata, est liber rationum, z in isto dico, Aut est confessatus, z tunc contra scribētem probat, vt l. quedam. ff. numularios, z ibi gl. ff. de edendo. l. inter chartulas z ibi notatur. de iure fisci. z. quod intellige secundum ea que plene notantur. ff. de do. l. nuda ratio. Quando autem continetur aliquid, neque pro scribente, neque contra scribentem, z tunc aut ille liber scribitur de necessitate officij de publico iuncti, z tunc fidem facit. d. l. quedā. ff. numularios. Facit ter. in l. Lucius. ff. tutele. ff. de admi. tu. Aut non fit ex necessitate talis officij, z tunc non facit plenā fidem. sed forte semiplenam, vt notatur in d. ff. numularios. z in l. admonendi. In his tamen que dependent ex mera voluntate scribentis, liber rationum faceret fidem, vt l. Resennius. ff. de neg. gest. ¶Si vero scriptura contenta in libro rationum negatur, tunc si sit approbata per comparationem litere factam secundum formam. l. comparationes. ff. eod. puto quod faciat plenam fidem. nam aut. at si contractus, que requirit scripturā, ad quam cum depositione testium, loquit de apodissa, in libro rationū nil immutatur, z sic remanet dispositio l. comparationes. vt l. precipimus. in fi. ff. de appel. Et est ratio, quia facilius posset fabricari falsa vna apodissa, quam vnus liber rationum. Item, quia apodissa vt plurimum scribitur presente parte, ideo imputet sibi pars, si non fecit adhiberi solennem numerum testium, Que ratio cessat in libro rationum. ¶†Tertia priuata scriptura est epistola, z ista si quidem fiat parte presente, z dicitur sibi, dicas idem quod in libro rationum, de hoc plene dixi in l. nuda. ¶Quero, pone quod produco cōtra te quādam priuatam scripturam, quam dico manu tua scriptam, z ad eam probandam nō habeo alias scripturas, ad quas fiat comparatio, videtur quod non probet, per ter. in l. C. ibi non aliter fieri comparationem, ergo ibi dicit, quod etiam ex consensu partium, non potest fieri comparatio aliter quam in l. Codicis dicatur. In contrarium videtur text. in aut. eo. ff. si quis igitur. Ad l. C. respondeo quod ibi loquitur, quando dubitabatur de alicuius scriptura, qui non est, nec haberi potest, vt scribat, vel si poterat haberi, pars nolebat quod scriberet, ne literarum formam mutaret. Et hec sufficiant circa scripturam priuatam.

LEX XX.

1 Scriptura semel in iudicio producta z in actis copiata, facit plenam fidem.

2 Quando aliquis produxit instrumentum solenniter publicatum, non cogitur protocollum exhibere, nisi velit illud de falso redarguere.

3 Aut requirantur ad hoc, vt quis cogatur ad exhibendum protocollum.

4 Amissio instrumenti, z sic casus, probatur iuramento. z nu. 8.

7 De falso, quando possit, z per viaz exceptionis, z per viam accusationis cognosci.

9 Sententia lata per instrumenta falsa potest retractari.

a ¶Am quidam. [a] Hec est bona z singularis. l. est semel approbata, debet iterum produci, si aduersarius velit redarguere de falso, z si nō producatur, pro falso habetur, nisi ille qui semel p̄dixit, se perdidisse solēniter iurauerit. h. d. ¶Not. quod scriptura semel in iudicio producta, z copiata in actis, facit plenā fidē. licet authēticū nō reperiatur, nisi de falso redarguatur. ¶Not. secūdum casum, q̄ quādo aliquis †produxit instrumentum solenniter publicatum, non cogitur ad exhibēdum protocollum [b] vel ostendēdū, nisi aliquid velit redarguere de falso, ex inspectione

3 protocolli. ¶†Ho. tertio quod non sufficit, quod quis dicat se paratum redarguere de falso, sed est necesse quod se inscribat ad penam talionis, antequam aduersarius cogatur ad exhibēdum. vel ad exhibitionem eorum que exhibere non tenetur. quod no. maxime pro his, qui petunt sibi fieri copiam instrumenti, cum die z cōsule, cum intendant redarguere illud de falso, vt no. in l. j. ff. editiones. ff. de eden. vt non debeat fieri exhibitio * nisi prius inscriptionis pagina precesserit, quod no. ¶Sl. tangit hic quedam alia, de quibus non curo, que per vosmetipsos videbitis.

* nes. ff. de eden. vt non debeat fieri exhibitio * nisi prius inscriptionis pagina precesserit, quod no. ¶Sl. tangit hic quedam alia, de quibus non curo, que per vosmetipsos videbitis.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Cum quidam. Et istam l. alleg. Bar. in extraua. ad reprimendum, ver. de plano, quod ex his que producuntur coram iudice, non fit probatio, nisi detur copia parti. Et vide ad hanc l. Guido. de Suz. in auth. si quis in aliquo. de eden. Et vtrum semper probetur amissio instrumenti per iuramētum, vide l. si quis ex argentarijs. ff. pen. de eden. z que incumbant probanti, vide Inn. in c. cum olim. de priuil. z vide Bal. in l. fi. in fi. de eden. z istum ter. no. alle. Bar. in l. j. ff. si tab. test. ¶Adde quod scriptura exemplata in iudicio faciat fidem licet non reperiatur originale, ¶Petr. de Anch. cons. 81. z quod dicit Bar. editionem fiēdam non esse, cum quis vult redarguere de falso nisi subscribat se, intelligit Bald. qñ vellet criminaliter accusare. sed si vellet ciuiliter excipere, non requiretur subscriptio. z hoc sequitur ¶Paul. de Last.

P. PAV. P. ¶Cum quidā circa materiam huius l. vide Lepo. caute. cxlviij. Item vide Feli. in c. contingit. extra in prin. de fi. instr. vbi habes quod producens instrumentum nō tenetur ipsum originaliter apud acta dimittere, sed satis est presente parte ostendere z dare copiā eius de quo disputatur. Et ibi etiam quod volens redarguere, debet se inscribere ad penam talionis, vt dicit Bar. hic.

* CLAV. DE SEISS. ¶Vide ad huius ampliationem Felin. in c. sicut, de re iudi.

b ALEX. ¶Exhibendum protocollum. Viri in l. si legatarius. Ad de Bar. in l. j. ff. editiones. vbi late. ff. de eden.

*CLAVD. DE SEISS. ¶Idē tenet Bal. in l. publicati. j. de test.

* CLAV. DE SEISS. ¶Exhibitio. Vide ¶Paul. de Last. in l. j. ff. editiones. ff. de eden.

ALIA LECTVRA.

¶Am quidam. ¶Instrumentum cuius fides semel est approbata, non debet iterum produci nisi parte volente de falso accusare, sed si producens se perdidisse iurauerit, excusatur, z hoc vsque ad sententiam locum habet. h. d. ¶Not. quod quando instrumētum semel productum in actis exemplatur, quod illud exemplum in

a actis redactum [a] facit fidem de cetero, licet originale non producatur, quod intellige si fides eius est approbata, vt hic in prin. Intelligo ante fidem approbatā, si datus est terminus parti ad probandum, z nil sufficienter est probatum. ¶Secundo no. quod ei qui dicit se velle accusare de falso, debet exhiberi instrumentū, dūmodo iuret, z se inscribat prius quā exhibeatur, vt hic, quod multum not. vt si ille, contra quē producitur instrumentum, petat sibi protocollum exhiberi, vel sibi fieri instrumēti copiā cum die z consule, quia intendit redarguere de falso protocollū vel ex die z consule, quod nō debeat fieri talis editio nisi prius iuret, z se inscribat, vt hic dicitur. sic intelligas quod not. in l. j. ff. editiones. ff. de edend. ¶Ho. quod quidā intelligunt hic, quod inscriptio z accusatio fiat contra notariū scribentem, vt j. dicam. Ex quo habes quod si volo accusare notariū, possum petere instrumentum ab alio, quam ab ipso notario, quia instrumentum nō potest bene redargui, nisi vi-

4 deatur. ¶Item no. quod †perditum esse instrumentum probatur

b per iuramentum, [b] sic casus probatur per iuramētum, quod est no-

5 tandū, statim aliqualiter dicam. †Ho. ex hac l. practicam solennem, quod si volo dicere nullū, vel falsum instrumentum sententiam vel preceptū quod tu habes cōtra me, forte in mei cōtumaciam possum petere a iudice quod faciat exhiberi, si quidē dicas te non habere, nec vis producere, nec sufficiētes rationes allegas quare non producas, de cetero producere non poteris. Casus est hic in §. q

c si predictū. Inn. ponit. licet nil alleget in cap. H. perpetuus [c] extra

6 cod. vide ter. istum. ¶Item †no. quod licet nō producta chartula non faciat fidem hoc est intelligendum contra eum, qui iam petiit eam sibi exhiberi, z exhibita nō est, sed cōtra alios remanet in suo robore, vt hic, z d. §. quod si predictū. ¶Ultimo not. quod petitio exhibitionis chartule, non potest fieri, nisi vsque ad sententiam. ¶Oppon. quod non debeat iterum iurare. l. ū. de iura. calum. Dicunt quidā quod hic corrigitur. Tu dic quod hic loquitur de alio

7 iuramento. ¶Secundo opp. z videtur quod † qui vult dicere falsum, non habet necesse se inscribere, sed possit de falso excipiēdo cognosci. vt l. damus. z l. prebemus. j. de fal. Sol. Dicit quidam. hic loquitur quando mortuus est principalis delinquēs, falsum committēs, donec enim ille viuit, nō potest de falso cognosci, nisi prius

le accusetur criminaliter, vt hic. gl. tamen cõtradicit. ad ll, in contrarium allegatas non respondet, z ideo distingue multum not. secundum Ja. de Are. z Cy. hic, qui recitat eum multum solemniter, Aut quis vult dicere falsum contra ipsum criminosum, z potest ei uiliter, vel criminaliter agendo, vel excipiendo, prout vult, vt d. l. damus. z l. fi. Aut contra alium, tamen redundaret in preiudicium criminosi, z tunc aut criminosus principalis viuit, z non potest de hoc principaliter ciuiliter cognosci, nisi prius criminosus accusetur, z cõuincatur, vt hic. Aut est mortuus principalis criminosus, z tunc secus, vt l. j. j. vbi cause fiscales que probat hanc distinctionem, vide gl. istam. z eam no. ¶ Opp. quod casus aliter † debet probari quam per instrumentum. vt l. si creditor. j. de pig. actio. Solu. Bl. Hor. dicit. Quandoque alle. quis casum circa id, ad quod non erat obligatus. tunc sufficit instrumentum, vt hic. Quandoq; alle. circa id, ad quod erat obligatus, tunc non sufficit iuramentum, vt l. contraria. no. gl. ¶ Ultimo ad fi. oppo. j. si ex falsis instrumentis l. j. z ij. Sol. Quidam dicunt quod hic in j. causa de falso discussum fuerat, z ista est vera in se, z ei aliqualiter applaudit litera, que dicit in prin. fides approbata. Vel dicas † quod semper post sententiam potest sententia irritari preterea falsorum instrumentorum, si aliquis est paratus probare illa instrumenta falsa, sed illud quod in hac. l. est dictum, quod pars debet iurare, z similia, illud non habet locum, nisi vsque ad sententiam.

ADDITIONES.

a ¶ In actis redactum. Adde ¶ Pet. de Anch. in consil. clxxiij. incip. circa primum dub. ver. preterea licet instrumẽtum. ibi quod instrumentum productum licet non incorporatũ dicitur de actis, quando aliquis vult eum redarguere de falso, z satis in proposito hic quando instrumentum exemplatum faciat fidem, vide per Innoc. in c. quoniam contra. extra de probat.

b ¶ Per instrumentum. Adde de hoc vt. ff. eo. in l. apud eos.

c ¶ S. perpetuus. Adde z vide Inno. ibi qui dicit quod taliter respõdenti succurreretur, si satisfecit aduersario de suo interesse. alle. l. de etate. ff. si ex causa. ff. de interro. actio. de quo per eundem Bar. z ibi doc. in l. ij. ff. de eden. per Bald. in repe. l. ij. ff. de iureiu. z latissime vide ampliationes per Fel. in d. c. ¶ perpetuus.

Plus valere quod agitur, quam quod simulatè concipitur. Rubr. XXII.

LEX I.

1 ☞ Quando agitur vnum, z aliud per errorem scribitur, prevalet quod agitur.

4 Instrumento quando possit per partes contradici.

5 Contra presumptionem iuris, z de iure, admittitur probatio. ex voluntate vtriusque partis, z etiam per partis confessionem. num. 6.

7 Contractum fuisse fictitium, quomodo probabitur.

a In contractibus [a] Blo. alle. quasdam concordantias, ex quibus percepi iam talem doctrinam in hac materia, breuiter dicit. Quandoq; agitur † vnum, z aliud scribitur per errorem, tũc sine dubio prevalet quod agitur vt l. si quis in fundi vocabulo. de lega. j. z l. qui quartam. eod. tit. z l. quoties. de
2 her. insti. j. de test. l. errore. ¶ Quandoque vnum [b] agitur, z aliud
b scribitur, per fallaciam vnius partis, z tunc idem, quod plus valet
3 quod agitur, vt j. eo. l. fin. ¶ Quandoque † vnum agitur, aliud scribitur simulate, de partium voluntate, z tunc aut illud, quod in veritate agitur, nullius est momẽti. z non valet quod agitur, nec quod simulatur, sed obstat exceptio. ff. de condi. ob turp. cau. l. j. z l. si sub specie. ff. de postu. Aut illud quod in veritate agitur, erat aliquod in effectu. z tunc aut illud quod scribitur, fit per modum habilem, ad transferẽdum vnam obligationem in aliam, z valet illud quod scribitur magis, quam illud. quod in veritate fuit actũ, vt ff. si cert. pet. l. si ex pretio. z l. si pro mutua. Aut non fit per modum conuertibilem. siue habilem ad hoc, z tunc valet plus quod agitur quam quod simulate concipitur, vt per totum hunc titulum.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ In contractibus. Vide Bar. in l. Lucius. ff. depo. idem in d. l. si quis. Et quando probatur instrumentum simulationis, vide in l. si ex pretio. si cert. pet. Ita Bald. contra. j. ad Velleia. l. antiq. Et quando instrumentum dicatur falsum, z quando simulatum, vide Bald. in l. si ex cautione. in j. q. de non nu. pe. z m l. multum. j. si quis alteri, vel sibi. vbi sing. vide de modo probandi simulationem z quod ipse no. in l. ij. de non num. pe. ¶ Adde Bartol. in consi. lxv. incl. ¶ Petrus. Rico. in j. vol. Pau. de La. in consi. cclxxviij. z consi. cccxviij. cum seq. z consi. cccxxxj. z anterior consi. an exceptio simulationis impediat executionem. per Pet. de Anch. consi. cccclvij. Ang. consi. cclxxij. cccxviij. ij. lib. Eller. consil. lxij. z cxix. z seq. ij. lib. Bal. consi. clvj. v. lib.

P. PAV. P. ¶ In contractibus. Circa hanc legem inquantum quitur de simulatione mariti ad vxorem, quid in hoc. z de quibusdam conjecturis, vide ¶ Paul. consi. lvj. z Barba. consil. lxxiij. in j. dub.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ De materia simulationis ponit Angel. Aret. in §. j. num 50. z seq. Instit. de excep.

b POMA. ¶ Quandoque vnum. Et not. quod cum plures sint species simulationis, vt colligi potest ex dictis Bar. hic quod vol probare contractum simulatum, ad hoc vt possit obtinere, debet probare modum, z speciem simulationis.

ALIA LECTVRA.

In contractibus. Quia breuis est eius declaratione dic, q; quando vnum agitur, z aliud scribitur per errorẽ preualet. id quod agitur sine dubio vt l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. j. j. de testa. l. errore. ff. de red. insti. l. quoties. circa prin. Quandoque vnum agitur, z aliud scribitur ex dolo, seu fallacia partis, z tunc ratione illius quod agitur. nihil valet, sed illud quod agitur, si actum est, vt j. eod. l. sum. l. cum precibus. ff. de prob. Quandoque vnum agitur. z aliud scribitur de voluntate partium, z tunc aut illud quod in veritate agitur, est nullius momenti, z tunc nõ valet illud quod in scriptis agitur. nec illud quod simulate, vt l. j. ff. de condic. ob turp. postul. l. si sub specie. Quandoque illud quod in veritate agitur valere potest, z tunc si quidem aliud scribatur per modum habilem ad transferendum vnum contractum in aliud, z tunc illud simulatur, prevalet, z euacuatur quod in veritate fuit actum. vt si cer. pet. l. si ex pretio. z ff. si cert. pet. l. singularia. z isto casu oppositum non posset exceptio simulationis. Si vero non fit per modum habilem ad transferendum vnum contractum in subsidium alterius, tunc id quod agitur, prevalet. z loquitur totus iste titulus, Opp.
4 j. arbitrium tute. l. ij. † Sol. Dicit glo. ibi speciale, vt dixi in l. in exercendis. ff. ti. j. Aduerte, quantum est ad materiã d. l. in exercendis, non est verum, quod ibi sit speciale, quia inuentarium ita posset reprobari de falso, sicut aliud instrumentum, secundum omnes. Quantum ad materiam legis nostre dicas quod in simplicio verba testatoris, intelliguntur vt iacent fallit ibi scriptura preualet veritati, sed hec lex voluit aliud, scilicet quod rei veritas hec est. Illud quod actum est inter partes, preualet ei, quod dictum est. hoc colligitur ex tex. qui dicit in contractibus z in rubrica, tunc ad contrarium respondeo. Quandoque instrumentum scribitur de voluntate vnius partis tãtum, z contra eum, tunc dici non potest. nisi
a simulationis, [a] vt lege contraria, nisi ex magna causa z prestita protestatione, vt l. qui in aliena. in fin. ff. de acqui. heredi. ¶ Contra hoc opponi. infra. ad Velleian. l. antique vbi instrumentum actum inter duos, z tamen contradici non potest. gl. dicit fallit ibi, dicit. ibi loquitur in instrumento publico. hic text. debet intelligi in instrumento priuato. quod non placet, quia de omni instrumento loquitur. Dic ergo quod quando aliquis confitetur instrumentum publicum scriptum de sua voluntate, non potest venire contra, dicendo non esse verum, quod ibi est scriptum. vt in contra-
5 sed si vult dicere illud esse simulate conceptũ. de voluntate vtrius-
que partis, posset probari contrarium, nam contra † presumptionem iuris z de iure admittitur probatio ex voluntate vtriusque partis, vt dixi in authen. sed iam necesse. infra de donatio. ante nup-
6 tias. z glos. in corpore vide sumitur, sed † presumptio, de qua loquitur l. antiqua, est iuris z de iure, ergo posset probari cõtra per confessionem partis precedentem, vel subsequentem, non obstante quod facit l. generaliter. de non nu. pecu. z ideo posset forte dici quod instrumento est scriptum de voluntate partium, quod illam primam habuit, z recepit, z etiam posito quod in veritate non recepit, instrumentum non posset dici falsum: sed fictitium, non tamen dicat, notarius habuit. z recepit, in presentia mei notarij z testium, quia illud forte esset falsum. ¶ Op. ff. de vsufru. leg. l. si alij. Sol. in gl. z tene solutionem Ro. gl. quod ibi non constabat cõtra-
¶ Op. de omnibus legibus, que dicunt, quod res iudicata habetur pro veritate. Dicit gl. fallit in illis legibus, vt ibi vis sit in fictis, verum est, quod ibi scriptura preualet veritati, tamen non tradicit huic legi. Hec enim lex loquitur in contractibus, z in litigatorem in sententijs. si sententia daretur ficta. z hoc ageretur inter partes, z iudicem, sententia veritati non preiudicaret. ff. de
7 probatio. ¶ Quero qualiter probabitur ista fictio. Respon. si posset probari per testes adscriptos, qui interfuerunt contractus celebrati, hoc esset multum facile. Sed si tunc fuerunt adhibiti testes, qui ignorabant id, qd agebatur inter partes, ruto, quod si probaret per testes, quod in prefationibus, hoc in tractatu habito de contractu fiendo, hic in veritate agebatur quod esset pignus, puta si fieret instrumentum venditionis, quod

alijs testibus absq; lõgo interuallo, probaretur fictitium per illos testes, qui interfuerunt in tractatu. licet non in contractu. ff. de pac. Item quia. §. fi. & de verb. obl. l. Titia §. idem respondit.

ADDITIO.

¶ Ratione simulationis. Adde quando contractus potest dici simulatus per contrahentem. & vide per Barto. in l. filios. §. de his que in fraud. cred. & in l. sicut. §. superuacuum. quibus mo. pigno. vel hypo. per Joan. & Aler. de Imol. in l. nemo potest. ff. de leg. §. & per eundem Imol. in ca. ad nostram. de empt. & vend. & in ca. cum contingat. de iureiuran. & in dictis locis, etiam quando appositum fuisset iuramentum.

LEX II.

Cla. Quando simulatio adhibetur de persona ad personam, preualet veritas simulationi. hoc dicit.*

LEX III.

Emptione [a] contractus emptionis, intelligatur esse factus causa pignoris, mas rime quando apponitur pactum de retrouendendo. Ex. dictangin. Vide vt extra de pigno. cap. illo vos. de emptio. & vendit. cap. ad nostram.

ADDITIO.

a ALEX. P. PAV. P. ¶ Emptione. Vide que dixi in l. fin. C. de pact. pign.

¶ Emptione. Ite in ista lege est vna gl. singularis, quod contractus simulatus non firmatur iuramento. Idem Bart. in l. si quis pro eo. de fide instru. Pan. in c. ad nostram. de emptio. & vend. Bar. in consi. inci. quero dicit statutum Bald. & Ang. el. in l. fin. qui fisci. da. cogan. & Bal. hic in l. j. §. de oper. li. in rub. de iureiur. Ange. in l. j. de dote cau. non num. Imo. in l. nemo potest. de leg. j. in c. cum contingat. de iureiuran. Pau. consi. cclxxx. Si tamen esset iuratum et instrumento omnia in eo contenta esse vera, & attendere & obseruare non posset tunc dici quod sit simulatum. Ita Aler. in d. l. nemo potest. nisi prius peteretur absolutio a tali iuramento, vt ibi ipse intelligit, vide eundem consil. cxxxij. in ij. vol. & consil. xvij. in ij. vol. Item pro declaratione gl. vide concordan. per Jas. in l. cum ea. circa medium. C. de transactionib. vide & declara vt per eundem in Li. ad finem. ff. de iureiurando.

ALIA LECTVRA.

Emptione. In simulatione de cõtractu ad contractum preualet veritas. h. d. quero ad quid est hoc vtile. Respondeo, quia pignore percepto fructus extenuant debitum, vt j. ti. o. l. j. quod in emptione non est, querunt doctores, vtrum ex eo quod in contractu emptionis apponitur pactum de retrouendendo, presumatur contractus pignoris, de hoc habemus duas decretales extra de pign. c. alio vos. de empt. & vend. c. ad nostram. etc vt ibi.

LEX V.

* Falsum. Instrumentum etiam a subscribente potest dici falsum. hoc dicit. Facit l. ij. si quis alteri, vel sibi, & ista lex facit ad questionem de eo qui dedit notario existenti ad banchum quandam scripturam non veram vt eam mittat in quaterno, nunquid teneatur de falso. & ista lex tenet quod sic. & facit hec l. ad id quod dixi in l. ij quis obrepserit, ff. de falsis.*

a

ADDITIO.

¶ Si quis obrepserit. Adde Aler. de Imo. ibi, & in consil. xviij. iij. vol. & Bar. in consi. cxcij. incip. Tudertinus. in j. vol. & eundē Aler. in consil. lxx. & in consil. lxvij. eod. vol.

De commodato. Rubr. XXIII.

LEX I.

Aliquidem. Nota, quod quando quis suscipit periculum casus fortuiti in se, tenetur. De quo plene dicemus in l. sed & si quis. §. precium. h. in quis cautio. &c.

LEX II.

* Eum eum. Opp. in exceptione, reus debet probare, l. ij. & l. in exceptionibus. ff. de probat. sed hic reus in excipiendo dicit non esse finitū tempus, ergo ipse debet probare. Huius timore glo. vacillat. Tu dic quod qui agit actione ex contractu, debet probare substantialia contractus, sed qui agit commodati, ad hoc vt probet commodatum, debet probare rem commodatam ad vsum, certo tempore limitatum, alias non esset commodatum, sed precarium, vt no. ff. eo. Si quis in commodato. §. ideo. ideo hoc casu negans commodatum, debet probare ea, que commodato incumbunt.*

LEX III.

Eprozem. [a] Materiã huius legis diri vobis in l. si filio. §. fi. ff. sol. ma. Sed volo vobis dare talem doctrinam. Ratio huius legis est hec, q. colonus nullũ ius habet in re, sed habet obligationem personalem dñi locantis, sed illa obligatio personalis non tenet [b] imperii. merito emptor nõ cogitur stare. † Sed si ponerẽ colonum habere ius in re, vt q. cõdurit ad nõ modicũ tẽpus, [b] tũc ei emptor tenetur stare. Cũ enim habeat vtilẽ rẽ, & sic actionẽ, multo fortius exc ceptionem, vt l. j. §. q. autẽ ff. de superfi. † Et per hoc alias dixi, q. qñ de locatione fit instrumentũ, & in stipulatione obligãt partes hinc inde omnia bona pro sua obseruatione predictorũ, q. tũc rõne prie dicte obligationis, põt dicere colonus vel inquilinus. Ego habeo * ius hypothece in re, & sic nolo inde recedere, donec mihi satisfiat de pena, vel de interesse meo, cũ hec res iã sit mihi obligata, & ita iã de facto dixi, & obtinui. Et cum mihi occurrisset, feci fieri protestationem a conductore, vt diceret se detinere pro obligatione sibi facta quod se non inquietet, q. tene etiam menti perpetuo, &c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Emptorem. In prin. hec l. fallit in fisco, & in matricula. Vide Bal. ff. de in. fil. & ter. & Bar. in l. negotij. ff. de manci. & col. li. xj. POMA. ¶ Emptorẽ. An ista ler habeat locũ i colono partiario, vide Ro. colcccxv. & cõsi. cccxj. & Caret. cix. & Alex. consi. cxviij. vol. v. in dubio. vbi ponit multa ad hãc l. maxime assignãdo eius rationẽ. Et an procedat qñ emptor solum emisset fructus rei locate vel quesset facta locatio ad longũ tempus, & cxxij. eo. vo. maxime, & vide ibi Soc. limitatẽ cõsi. cv. Et de materia huius l. vide Alex. & Bar. in ista lex. §. si vis. ff. so. ma. & Barb. consi. cxxvj. in iij. dubio. volu. ij.

POMA. ¶ Modicũ tẽpus. Itẽ tenet Ange. consi. xx. ad fi. Item circa istã materiã vide Alex. late in l. ij. filio. §. j. ff. solu. ma. vbi ponit multas limitationes ad hãc legẽ, & enã ad regulã q. vniuersalis sucessor tenetur stare colono, Vide q. habes ad Bar. ibi. Vide etiam Bart. in l. qui absenti. §. j. de acqu. pos. vbi habes an requiratur hypotheca specialis. Itẽ an emphyteuta fisci teneatur stare colono, vide Rom. in gul. ij. Itẽ limita regulã huius in singulari successor [c] singularis autẽ dispositio huius legis procedat in loco par tario, vide Ro. cõsi. cccix. & Bar. in rub. de reb. eccle. nõ alien. in vj. dubio ad fi. Itẽ not. q. si ecclesia cõcessit fundũ in emphyteusim, in quo fundo iacet ar quis ad laborãdũ per lõgũ tẽpus, & bene laborauerat, q. tenetur emphyteuta stare colono, & si eũ expellat potest stare suo primo. Bar. in l. cognouimus. C. de colla. fund. patri. li. Item vide aliquid in Ber. in verb. emphyteuta stare tenetur. Itẽ materiã huius legis vide Alex. late cõsil. cxviij. in v. vol. vbi etiã dicit q. emptor fructuũ nõ tenet stare colono, & multa alia. Itẽ ad Bar. hic. l. de emphyt. an requirat specialis, vide ad Bar. in l. filio. §. si vir. Et q. tutius sit apponere pactũ expressum de non alienãdo cũ hypotheca speciali, vide Jas. in l. filiusfa. §. diui. in prin. de le. j. Illud tamẽ q. dictũ est, de speciali hypotheca, intelligit, quãtum ad id, q. dictũ est. s. quãdo promittitur nõ alienari. ad fi. vt non possit expelli, etiã si sciat interesse, sed ad fi. vt possit retinere quousq; soluti sit interesse, nõ requirit specialẽ hypothe. Imo vide. & considera Alex. in l. si filiusfa. §. si vir. ff. sol. ma. & in l. si absenti. §. fi. ff. de acquirend. possess. & habes ad Bartol. in o. §. si vir. Vide etiam Barba. in c. propter sterilitatem. extra de locatio.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Ius hypothece. Adde Imol. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. j. & Alex. in l. qui absenti. §. j. ff. de acqui. possess. vbi dat cautelam contra hanc legem.

LEX X.

Damnum. Opp. glo. de loc. conducto. §. si vis tempestatis. ff. eo. vbi dominus tenetur ad remittendum mercedem. dicit gl. certe ibi fuit vis diuina. hic humana. Certe istud nihil ad propositũ, seu veritas cessit ita, Aut enim damnum contingit in fructib. seu in rẽ locata. tunc debet fieri diminutio mercedis. vt legibus cõtrarijs. Aut damnum contingit in reb. propijs coloni, & non debet fieri diminutio mercedis. hic est casus quem perpetuo tene menti.

LEX XVI.

Legem. Vide plene de hac materia in l. item queritur. §. qui impleto. ff. eod. tit.

LEX XVIII.

Excepto Hec est bona ler quod quando non exprimuntur certa quantitas, intelligitur de ea que communiter preciari. Vide gl. super verbo, consuetudinem, & apostillam, vt habes in ubro. &c.

LEX XX.

a **Patrem.** [a] Plenissime vide in l. si rem aliquam. ff. de acquir. possess. que est de difficilioribus materijs Digesti noui.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Si rem. Vide Ban. consi. cliij. & que habes in l. si rem alienam. de acquir. possess.

LEX XXI.

1 ¶ Si locatur fundus pro certa quantitate olei vel frumenti, an dicatur locatio.

* **Solet.** *[a] Opp. locatio non consistit, nisi interueneat pecunia numerata. vt l. j. §. fi. quis seruum. a 1 de posi. ergo hic non fuit locatio. Bl. fatetur contrarium quod hic intelligitur locatio. id est. in vsum concessisti, & sic fuit hic contractus innominatus. Vide gl. ista. in si hoc est verũ. ergo potest istum penitere, cum in cõtractibus innominatis locus sit penitentie, vt l. si pecuniam. ff. de cõdi. ob. cau. Huius timore oportet te exponere, si olei, scilicet iam soluti, & sic non erat res integra, q. cõtra eius erat impietas ex parte alterius, merito nõ erat locus penitentie, alias secus. ¶ Item instatur. si hic est cõtractus innominatus, ergo non est contractus bonefidei, q. non dicitur bonefidei, nisi in duobus casibus, scilicet de permutato, & estimato, vt insti. de actio. §. actionum. §. tit. j. li. sed hic non est de his, ergo, &c. Sol. Oportet te dicere de necessitate, q. res hic erat exposita locanda, tamen postea merces fuit cõstituta in oleo. Vide hs similitudinem cũ contractu bonefidei. arg. §. tit. j. li. alias nescio defendere istam legem.

b ¶ Ultimo not. [b] quod per hanc l. semel † ego defendi vnum libel- 2 lum, agebat enim aliquis contra colonum, dicens quod sibi locauit fundum pro certa quantitate frumẽti opponebatur quod non erat locatio ista, sic libellus non procedebat, ego dixi quod procedit, pomtur enim locare improprie, vt hic videtis, &c.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Si olei. Circa regulam huius legis quod verba contractus improprientur, vt conueniant subiecte materie, & menti contrahentium. vide Jas. late in l. si tibi pecuniam. ff. si cert. pet. vbi ideũ dicit in aliis dispositionibus, & limitat vno modo.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Ad intellectum huius l. vide quod no. Alex. post Bart. in l. si quis ante. ff. de acquir. possess.

b P. PAV. P. ¶ Ultimo no. Circa istam regulam quod verba libelli improprientur vt iustificatur, vide omnino multa per Felin. in c. auditis. extra de prescrip. vbi etiam ponit vnam limitationem ad istam regulam. vide etiam Moder. in l. fed si possessor. §. item si turauero. ff. de iureiur. vbi latissime Jaso.

* c ALEX. ¶ Ultimo no. Item no. in l. insulam. de preser. ver. & Bar. in d. l. si merces. §. vis maior. in fi. ff. eo. & adde Bar. hic. & do. Anto. qui cum eo tenuit in c. consti. de rel. do. & Bald. in rub. de iure emphyteu. in verti. v. dicit verba libelli improprian. vide que late dixi post Bartan. in l. Aurelius. §. Sticho. de lib. leg. Adde tamen quod si actor dicat, quod agrimensor locauit sibi operas, libellus est ineptus. l. j. §. j. ff. si men. fal. mo. di. q. intellige vt ibi no. in agrimensore a publico deputato, ¶ Et ad Bartol. hic vide late Do. Ma. So. in c. dilecti. ar. cxxiij. extra de lib. ob. & ibi concor.

LEX

LEX XXIII.

a AD probationem. Ex contractu locationis non probatur dominium. a h. d. Hoc est verum, quod locatio non sufficit ad probationem dominij scilicet. sola, sed cum aliis sic. Pone enim quod ego locaui fundum Titio, b z quod ipse tanquam meus colonus laborauit longo tepore, z probo titulum. Certe ex hoc probabitur possessio, z per consequens, prescriptio, quod tene menti perpetuo, c &c.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. Dominiũ. An sola locatio sufficiat ad probationem dominij. adde que no. Bal. in l. fi. de adi. leg. z dicitur in c. inter dilectos. prope. fi. de fi. instru. vbi vide gl. Adde tex. in c. cum venerabilis. de religio. do. z in l. solennibus. C. de rei vendi.
P. PAV. P. Dominium. Vide Feli. in ca. inter dilectos. de fide instrum.

b P. PAV. P. Fundum Titio. vide Alex. consil. cccexcix. z consil. eccc. Pau. consi. cexcv. ad finem.

c ALEX. Perpetuo. Vide Spe. limitando sic hanc l. in ti. de emphit. §. nũc aliqua. versi. iũ. no. z vide que hic not. Bal. Adde Alex. consi. x. z xy. iny. lib. Bald. consi. cccexxvj. cum duobus sequentibus. consi. cclxxx. cod. lib. per Bal. consi. lv. iny. lib. And. Sicu. consi. l.

LEX XXV.

r Possessio potest queri sine causa.

ȝ Conuentus actione locati, quando possit opponere exceptionem dominij.

a QUIS conductionis. a Ista est singularis lex. Conductor conuentus condictione ex hac l. debet ante omnia restituere rem, nec questionem potest referre domino, b hoc dicit secundum lect. quam puto veram. Et legitur duobus modis principaliter. qui tanguntur in j. glo. Ité ij. lect. dividitur in alios duos modos. z tanguntur in secunda gl. Pono casum in terminis secundum quod posui summarium, postea exeminabo lect. lex ista primo legitur quando quis locauit alteri rem, quam ipse conductor habebat, tenebat, z possidebat, z hic casus ponitur in princi. gl. Contra quem casum opp. primo, ex sola locatione non potest queri possessio locanti, q; sicut dominium non potest queri sine causa, vt l. nunquam muda. de acqu. rer. do. ita nec possessio sine causa potest queri, vt no. in l. quod meo. in princ. ff. de acqui. pos. Sol. Sico q; ista lect. nõ procederet, si teneremus illam opi. quam tenet Ja. de Aret Sed doct. omnes cõmuniter tenent cõtrariũ. q; possessio nõ potest queri ex causa nulla, vel inusta, vt l. j. §. fi vir. de acqui. pol. procedit ergo ista lect. Sed contra istam opi. opp. de doli exceptione. l. dolo. z de reg. iur. l. dolo. Sol. Dicunt quidam istud esse ideo, q; ista lex sic expresse ordinat. Tu sic, regula dolo facis, non habet locum in possessoriis recuperande possessionis. q; spoliatus * ante omnia est restituendus, vt l. momentanea. j. vnde vi. z l. fi quis ad se fundum. j. ad legem Jul. de vi. sed istud est iudicium recuperande possessionis, cum eo ipso quod colonus denegat c mihi restituere possessionẽ, spoliat me, ergo ante omnia debeo restitui. nec potest opponi illa regula, dolo facis, quia petis. Ista est vera lect. Alio modo gl. legit istam legem simpliciter in quoslibet qui locauit rem. nõ distinguendo quis possideat. Ad istam lect. op. locatio rei propriæ non valet, vt l. qui rem. §. eo. z l. ad probationem. z ff. depos. l. qui rem, ergo non potest agi ex locato. Hic dicitur contrarium, quare male. Huius timore lect. huius legis variatur duobus modis. Uno modo quod hic agatur actione ex locato. Non obstant iura contraria, q; licet locatio non valeat, tamen lex imponit tibi mendacium, quod non possis hic opponere q locatio non valeat ratione dominij. Ista lect. non placet. per l. ad probationem. §. not. Preterea per oppositionẽ istius exceptionis detegitur quod agens sine actione experitur, ergo non debet audiri. vt l. item si cum putant, alias l. si pupilli. §. videamus. ff. de negot. gest. Quid ergo dicendum est secundo modo, q; hic agatur condictione ex lege ista, z cessant omnia contraria, z ista est vera. Contra hoc oppo. ego video tenere quod agenti ex locato possit opponi exceptio dominij. Contra. ff. commoda. l. ita si fur. §. de pignor. act. l. nec creditores. cum simi. Sol. Agẽti ex locato, vel alia actione personali, nõ potest obiici exceptio de dominio tertij. Ratio, q; per hoc nõ improbatur contractus. Potest enim quis mihi locare, commodare, z tradere pignori rem alienã, sed si opponitur exceptio de dominio ipsius conuenti, bene potest hoc fieri, quia per hoc detegitur contractus nullus, vt l. qui rem. z l. ad probationem, ẽ. eo. Contra hoc opp. z videtur, q; de dominio tertij possit opponi, vt l. bona fides. ff. dep. Solu. Ibi non solum ego opponebam de dominio tertij, sed etiam ipse tertius agebat contra me, z assistebat mihi. Ultimo oppo. j. de agri. z censi. l. itibus. Sol. Hic conferabat de locatione, ibi non, secundum veram lect. Ex his distingue

d tria verba. d aut de locatione est dubiũ, z põt opponi exceptio dominij. vt d. l. itibus. Aut de locatione cõstat, z tunc aut agitur condictione ex hac lege. aut actione ex eo contractu. Primo casu non potest obiici exceptio dominij. vt hic. Secundo autem casu distingue. Aut obiicit conductor de dominio proprio. aut de dominio alieno. scilicet tertij. z hoc secundo casu aut ille tertius agit, aut assistit sibi, aut non, vt patet ex predictis, &c.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. Si quis conductionis. Vide de materia aliquibus Alex. consi. cccccj. Item regula huius l. non procedit. vbi agitur rei vendicatione. vide Pau. consi. iũ. z cõsi. xciij. Item q; potest minus expellere colonum vel inquilinum propria authoritate. vide de que habes in Bertac. in ver. emphyteuta soluere debet. z vide quid si possessio rei locate reperitur penes tertium. an possit ea propria authoritate apprehendere. Item quod remedium beneficium huius legis nõ habeat locum contra tertium possessorem. ponit etiam Alex. in d. consi. cccccj. vbi vult quod instrumentum emphyteusis. z locationis non probet quo ad tertium. quod cans sit dominus. Idem etiam vult Roma. consi. cxxvij. Ulde quod non potest refricari aliqua questio agenti cõdictione ex hac l. per Alex. in consi. v. incip. puto de iure. Vide etiam post Bar. in l. rem alienam. ff. sol. mat. z in l. ita vt si fur. ff. commodati. Item etiam an propria authoritate possit expellere. Et quid si primus conductor alteri locauit. a quo recepit pensionem, que habet eidem. §. eodem. Et quod contra tertium non habeat locationis actio ex hac lege. pondera in simili que dicit Alex. consi. xcij. dum loquitur de conditione ex lege. si quis maior. C. de re. Item quod possit refricari questio dominij quando de ea notorie in casu huius legis. vide Alex. in l. si rem aliquam. ff. si qui. pos. Sicut etiam potest opponi agenti interdicto spoliato. Ubi etiam quod dispositio huius legis non habet locum quo ad facta, sed solum per restitutionem rei, z q; locator compareat medium restitutionis tanquã spoliato. quãdo colonus denegat restituere rem. vide Alex. in consi. ix. ad fi. in v. vo. Pau. de Ca. in l. qui rem. ff. depositi. Bar. in l. fin. ff. de precar. in l. nõ abs re. C. vide vi. in l. si ei. a quo. ff. de vsuca. gl. z doc. in c. inter dilectos. de fide instru. Bal. in l. cõductores. §. in j. ti. An autem ex sola negatiõe restitutionis dicatur committi furtum vel violentia vide Jas. in l. ti. ff. si rem. de acq. pos. sed loquitur in re mobili. Item an remedium huius legis habeat locum in conducente rem propriã a se possessam tempore cõductionis. vide omnino Cur. consi. lxv. per totu. Item de materia quomodo conducens vel habens aliter causam a me. põt refricare questionẽ dominij. vide Fel. in c. inter dilectos. de instru. Item quod ista regula procedat etiã in emphyteu. de Bar. in l. legata inutiliter. ff. de admen. leg. Item quoad rem alienam huius legis habeat locum in commodato. precario. de Pau. de Ca. in l. si rem alienam. ff. de pig. act. in l. qui rem possessam. in l. commodare. ff. commodati. in apostil. ad Abb. c. dilectos. de fide instr. Sali. hic. ad finem. Decimum in consil. autem agenti condictione ex ista l. possit tertius se opponere. iure suo. in ista l. bona fides. ff. depositi. vide Ant. de but. quotiẽs. de rest. spo. Bar hic in sua distinctione videtur velle contrarium. Quid autem si res locata sit aliena. z post conductor ducit eas habeat a vero dño. an teneatur restituere locatori vigore istius legis? Vide gl. quod sic. in l. si quis fundum. §. si. cari. z Bar. ibi z alios. potest tamen agi per per conductorem ante finitam locationem, quod liberetur a conductione ex ista. vt ibi dicit no. Bart. in fine. z Fulg. Pondera eos velle etiam peti posse, quando tempore cõductionis fuisset conductor dominus. Et ratio est in promptu, quia finita declaratione super dominio finita postea locatione constat notorie de dominio conductoris, immo tunc opponi potest, vt dictũ est ẽ. Et ista declaratio fuit peti vtroque casu quia Bar. ibi z gl. volunt quod vtro. partiter locum habeat condictio ex ista lege, finita postea locatione, ideo nulla est diuersitatis ratio.

b ALEX. Referre dominij. Quando conductor possit opponere exceptionem dominij locatoris. adde gl. z Bal. in l. ei a quo. vsuca. z Bar. latius. in l. si alienam. ff. solu. ma. z quod not. Bar. in l. commodare. ff. commoda.

* CLAV. DESERTIS. Spoliatus ante omnia. Et ideo in quibus casibus agenti possessorio recuperãdo possessionis ponit opponi exceptio dominij. poterit etiam hoc casu opponi agenti condictione ex hac lege. ita in terminis declarat Alex. in fi. recollecta ff. de acq. poss.

c ALEX. Denegat. Vide hic Bal. z rex. z Bar. in l. si is qui. de presc. ver. Et cõtra vide p Alex. de Im. in cõsi. cc. in fi. p. in. vo. vol. in l. in aliquam rem. vbi declarat hanc l. ff. de acqui. poss. z etiam aliquid per Bar. consi. xij. vol. iij.

d ROMA. Tria verba. Vide Ale. consi. xij. vol. iij. z cons. in vol. in l. in aliquam rem. vbi declarat hanc l. ff. de acqui. poss. z

LEX XXVII.

Tribi. Allegaui tibi istam legem ff. de pact. quod pactum vestitum non vestit pactum nudum inter alias personas, licet inter easdem sic.

LEX XXXIII.

Onductores. Istam constitutionem habuistis de verbo ad verbū ff. vn. de vi. l. non ab re. ideo hic nihil de ea dicemus. Sed dic vt dixi ibi. ꝛc.

De iure emphyteutico. Rubr. LXVI.

ADDITIO.

a P. P. AV. P. ¶ De iure emphyteutico. Circa materiam iuris emphyteutici, not. quod si conceditur alicui fundus sterilis in emphyteusim, z emphyteuta suo opere z industria efficit eū fructiferum, durabit in perpetuum, licet esset actum quod duraret vsq; ad tertiam generationem. Ita singulariter Bart. in l. quicunq;, la. ū. C. de omni agro deserto. lib. xi. declarat Ro. singu. cccl. xvij. inci. fundus. Quid autem importent verba, ad renouandū posita in instrumento vide Ang. consi. clxxxvij. incip. ex forma z serie. circa finem, z ibi pone in prin. quid si aliquis accipiat emphyteusim pro se z suis filiis z vna femina, an femina simul veniat cum masculis, vide etiam in consi. seq. Numquid autem si pretium fructuum crescat vel decrescat, debeat fieri augmentū vel diminutio, vide Ang. cōsil. clxxxviij. Item not. quod fiscus vel ecclesia possunt dare fundum in emphyteusim cum pacto vt non incidat in commissum secundum Bart. in l. fundus. C. de fund. patrimo. li. xi. Item an pater possit preiudicare filijs. Item quid si res emphyteutica augeatur per alluuionem, an incrementum cedat emphyteute, vide Jason. in l. de quibus. ff. de legib. vbi etiam ponit de fructuario. Debet etiam posuisse in l. j. huius tituli, q. Salic. tangit hic. Item not. quod si habeam rem in emphyteusim, z illa pereunt ad tertium possessorem, qui fuit inuestitus a domino, z semper solut canonem, ego autem antequam solut res non incidit in commissum. De quo vide. j. in l. ij. in prin. ad Bar. Et dicit Alex. in vltimo q. hinc non soluens potest petere restitutionē in integrum et claudia. Item circa probationē iuris emphyteutici vide Ro. consi. xcvij. vbi dicit quod quoad tertium non bene probat instrumentum emphyteusis. Nunquid autem finita emphyteusi possit dis alium inuestire sine citatione emphyteute, vide Ro. cōsi. ccxij.

LEX I.

z ¶ Ratio quare in emphyteusi re perempta pensio non soluatur.
3 Qui locat, vel concedit in emphyteusim, tenetur ad patientiam.
1 Contractus emphyteuticus in quo differat a contractu emptionis z venditionis, z locationis.
6 Contractus emphyteuticus an debeat fieri in scriptis.
7 Emphyteusis in quo differat a contractu liuelli.
9 Diminutio magna q̄ dicatur, ad hoc vt fiat diminutio mercedis.
4 Ex actione agatur ex isto contractu.

Ius emphyteuticarium. Locatius emphyteuticus est cōtractus[a] per se, z pacta apposita eo valent,[b] z si perit res tota, liberatur emphyteuta. actus in pro parte. h. d. ¶ Ad euidentiam [c] debes scire, qualiter fiat contractus emphyteuticus, nam ab initio datur certa quantitas, vt puta centum, z postea annuatim paciscitur aliud modicum dare. Modo quero, vtrum iste sit contractus emptionis, z venditionis, vel locationis, ad quod respondet Imperator. ¶ Ito. ex j. parte. quod illa dicuntur differre specie, que habent diuersas diffinitiones. Ex vltima parte no. illam distinctionem, aut tota res perit aut pars. Ad vltimam partem oppo. videtur quod a die celebrati contractus, periculum spectet ad emphyteutam, sicut dicitur in emptore. vt l. j. ff. de peric. z commo. rei vend. Sol. Aliud est in emptione, aliud in locatione, z in contractu emphyteutico. Ratio. q̄ in contractu emptionis, vendito[r] obligatur ad rem, [b] z sic ad speciem certam, vt ad officium aliquod scilicet ad traditionē quod officium est momentaneum. Unde solutione eius quod debetur, liberatur, z perempta illa certa specie, liberatur, quia ad ipsam certam speciem tenebatur. Sed ille, [c] qui locat, vel dat in emphyteusim, non tenetur ad certam speciem, sed tenetur ad patiētiam vt patiatur colonum vel emphyteuticarium vtifrui, vt l. ex cōduct. in prin. et ibi Bal. que patientia cum habeat tractum in futurum, nec sit certa z limitata, non potest postea prestari quando res est perempta, z ideo non potest peri pensio. Ista sit vna ratio. Vel aliter dic per l. pignus. de pig. act. res perit ei, cuius est, sed in cōtractu locationis, z emphyteutico res eius remanet, z remanet etiā post contractum perfectum. ideo ei perit. ¶ Secundo opp. z videtur quod quando e perit pars rei, debeat fieri diminutio mercedis, [c] vt l. licet. ff. titu. j. 4 Sol. Aliud est in locatione, aliud est in emphyteusi. † Ratio, quia emphyteusis datur sub quadam pensione modica, que percipitur magis ad ostendendum recognitionem dominij, quam in recompensationem fructuum, qui percipiuntur, merito licet pereat pars rei non tamen fit diminutio mercedis, q; semper remanēt fructus sufficientes ad pensionem, seu canonem, que annuatim prestatur quod non contingit in locatione, z cōductione. ¶ † Quero, in quo * differt * iste contractus, a contractu emptionis, z venditionis, z locationis, z conductionis. Sol. vt colligitur ex. ij. z iij. glos. quas. no. Inter alias habes vnam differentiam, quam multū notaui vobis in quadam disputatione quam feci, dicitur hic, quod in emptione, z venditione, soluitur pretium ab initio, hic autem soluitur canon annuatim, z vide gl. Et per hoc ego dicebam, quando quis emit a communi ‖ Perusij fructus, reditus, z prouentus clusij pro certis annis, z pro certo pretio soluendo annuatim pro rata, vtrū debeat fieri diminutio pretij propter sterilitatem, sicut in locatione, z conductione. an vero non debeat fieri sicut in emptione, z ven. Dic vt dixi in questione illa que incipit, publicanus, z inter alia que ibi dico, non curo vtrum dicatur rem vendidit aut dicatur, locauit. Sed dico inspiciendū, vtrum sit vēditio seu locatio. Inter alia est, vtrū prestatio sit annua vel non, q̄ est vnum de his, propter que discernitur vtrū sit emptio vel locatio. ¶ Quero, vtrū † contractus[b] emphyteuticus debeat fieri in scriptis[b] Dicunt quidā q̄ sic, per text. in versi. in quo cuncta, z hoc videtur tenere gl. ista, quam modo legi. Alia gl. super verbo, scriptura videtur dicere aliter, q̄ licet permittatur q̄ fiat in scriptis, non tamen prohibet quin possit fieri sine scriptis, z istud approbat cōsuetudo.[l] ¶ † Quero in quo differt 7 iste contractus a contractu liuelli.[k] Dicunt quidā q̄ emphyteusis k datur perpetuo, vel vsq; ad certas generationes, liuelli[a] datur vsq; ad xxx. annos. De hoc cōtractu liuelli tangitur in gl. ff. de sacr. sanct. eccle. aut. ingressi, z l. si finita. ff. de vectigali. ff. de dam. infe. Breuiter puto q̄ nulla sit differentia inter emphyteusim, z liuellum. Ita videtur tex. in li. feud. qualiter feudū poterat alienari, c. j. ¶ † Quero, quid differt iste contractus a cōtractu precarij.[l] Quidā canonistę ponūt inter hec aliquas differētias vt extra de precar. c. j. Breuiter secundum nos precarij differt absque dubio, q; in contractu precarij non interuenit pretium, z pōt dominus reuocare quando vult, sed in quibusdā partib. de consuetudine possessiones emphyteutice diuersis nominib. nuncupantur. Quidā appellant eā precariam, quidā appellant eā liuellum, quidā appellant eā ad firmā, quidam eā appellant ad pensionē, nō tamen curo, quomodocunque nūcupetur, emphyteusis est. ¶ Quero dicitur hic si fuerit facta diminutio, † quādo dicatur diminutio magna, ita quod fiat diminutio mercedis. Dicunt quidam, si perijt vltra dimidiam rei, gl. nostre dicunt bene indistincte, quod si aliquid remanet, debet prestari tota pensio. * Ego intelligo [m] illud si tantum remanet, ex m quo percipiuntur sufficientes fructus[n] ad pensionem. ¶ † Quero, n quid econuerso, si res augeatur, an augeatur pēsio?[o] Bl. distinguit, 10 aut fit augmentum latens, aut fit augmentum patens, q̄ non placet, imo puto q̄ omne augmentum indistincte pertineat ad ipsum o emphyteutam. j. de allu. z palu. l. iij. z ar. huius l. per locū a contrarijs, vt quod iuris est in diminutione, idem in augmento. ¶ † Quero, qua actione[p] agatur ex isto contractu? Dicunt quidam condi- 11 p ctione ex. l. ista. Alij dicunt, vt ‖ Pet. z Lyn. sequendo eum q̄ hic agitur actione prescri. verbis, quod apparet noua: sed illa, que erat. in nouam speciem reducitur. ‖ Preterea, dicunt ipsi quod quando lex inducit obligationem nouam, habēdo respectum ad principia legis. xij. tabula. agitur prescrip. ver. ita loquitur materia contractuū innominatorum. Hoc nō placet per hoc ‖ Pet. z vltramon. contra dicunt sibimet, nam ipsi dicunt, q̄ actio prescriptis verb. nunquam oritur. nisi ex cōtractib. innominatis. Sed secundū eos hic est contractus innominatus scilicet, contractus emphyteuticus, z ex eo oritur actio prescri. ver. q̄ non est dicendum. Dicendum est ergo q̄ oritur condictio ex lege ista. Nec ob. q̄ dicunt quod non inducitur obligatio noua, nam de iure antiquo posito q̄ nō esset locatio nec conductio, sicut non erat in veritate, non oriebatur actio nec que obligatio efficax ex illo cōtractu, nisi rei interuentu, vestiretur, z vestire hunc contractum perfecte erat difficile, quomā incertum erat ex parte domini, quāto tempore debet pati emphyteutā, z ex parte emphyteute erat incertum quantā pensionem soluere deberet. Ad illud q̄ ipse dicit, quādo lex noua inducit obligationē per respectum ad legē xij. tabularum, dico q̄ hoc falsum est, vt dicā tibi 12 in l. j. ff. de condi. ex l. ꝛc. ¶ † Quero, quid si res non periit, sed est in q loco, in quo propter guerrā non potest laborari, [q] vtrum debeat solui pensio? Ja. de Are. determinat q̄ non, sicut si in totū esset dānificata, arg. l. inter dū. ff. j. ff. de acq. poss. z l. cum vnus ff. vlt. de bon. aut. iu. poss. Et hic refert. Lyn. Azo. quod tene menti perpetuo, ꝛc.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Est contractus. Adde quod est etiam stricti iuris, vide Comen. consi. clxvj. in prin.

b P. PAV. P. ¶ Valent. Idem est in omnib. contractib. l. j. ff. si conuenerit. ff. de posit. sed precipue in emphyteusi, vt hic. Idem in feudo. Vide Com. consi. clxj. versi. ad generale quesitum. Et in fundis idem dicit no. Jo. de Anna. consi. vij. inci. visis & ponderatis, ver. ij. premitto.

c ALEX. ¶ Ad euidentiam. vide in §. adeo. Inst. de loca. Bar. in l. liberti. de op. li. & Spe. de emphy. §. nunc aliqua, & Bal. hic in ru. Et pro dicto Bar. hic est gl. no. in c. potuit. de loc. vide Bart. in ij. op. & Ly. hic. & Bar. in l. si mihi. & Titio. de ver. ob

d ALEX. Ad rem. Vide no. per Bar. in l. si vno. §. item cũ quidã. ff. loc. & no. qđ in hoc contractu feudi, & locationis habet locum vtilis redibitoria, quanto minoris, vt sing. no. Bar. in l. ij. de edil. act. Quid autem si emphyteuta scindit arbores fructiferas an dominus possit ipsum expellere vide Bar. & Jmo. in l. douorrio. §. si fundum. ff. sol. ma. in auth. qui rem. de sac. eccle. Et an habeat locum in emphyteuta priuati. in ea parte dum dicit, quod propter deteriorationem potest expelli. vide Bal. & Jm. in d. §. si fundum. Et istud adde ad ea que no. in l. proxi. in ver. quero vtrum dominus. & facit ad l. eidem. §. loca. ¶ Adde que posui in d. §. si fundũ. vbi alle. bal. tenere quod incidens arbores fructiferas possit expelli, & ad id q dicit Bar. qđ ementi fructus clusij debeat fieri remissio, vide Per. de Anch. consi. cclxij. P. PAV. P. ¶ Ad rem. Per istam rationẽ infertur istud nõ procedere, vbi in emphyteusi prestetur pensio ad reditum. Ita infert Ro. consi. cccl xix. Alex. consi. de quo. j. Barba. in rub. extra de locato. Are. late in Linterdũ. de acq. pos. Socin. in l. Gallus. §. si parente. in ij. conclusione. de lib. & postu. Jas. hic.

e P. PAV. P. ¶ Mercedis. Circa istam legem primam quod quando res perit, liberatur emphyteuta, quid si combusta, sit domus, an liberetur. Ang. in §. lex ita. in auth. de non alien. tenet quod liberetur a pensione. Idem est de mente Jmole in c. potuit extra. de locato. Contrarium videtur velle gl. in Linter. §. damni. ff. de dam. infe. Fulg. Vide moder. in repeti. l. quo minus. in xxiij. q. de flum. Quid autem in conductore ad longum tempus, de hoc vide Aret. in consi. lv. qui dicit secus esse.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Quero in quo differt. Quid si dictũ sit q̃ locabat pacto de reuẽdendo. &c. Vide Alex. cõsi. cxvij. in vij. vo.

f POMA. ¶ Differt. An differat contractus emphyteusis a contractu emptionis, & vẽditionis, & locationis, vide Are. cõsi. cxj. vbi ponit, an liceat arguere ab emphyteusi, ad locationem, & logum tempus.

g POMA. ¶ Utrũ contractus. Vide Barb. consi. xij. vol. ij. & Ro. consi. cvij. & Aler. cxij. in j. vol. & cxxxvj. eo. vol. & vj. vol. Ang. Are. in §. adeo. Inst. loca. & Bar. sibi contrarius in l. iuris gentium. §. quinimo. ff. de pac. & Soci. consi. clxix.

h ALEX. ¶ In scriptis. Et quod requiratur scriptura, tenuit Jo. And. in cap. potuit. de loca. & idem Bal. hic, & gl. in l. contrahitur. de pig. & in l. pactum quod bona fide. C. de pac. Spe. contra in tit. de emph. §. nũc aliqua. ver. quinto quero per gl. in §. adeo. Inst. loca. Do. Ant. in d. c. potuit & doc. tenent. opi. Bar. hic.
ADDE quod non requiratur scriptura. Alle. consi. cxvij. iij. lib. And. Sicul. consi. xij. In quo autem differat liuellius ab emphyteusi, vide Ang. consi. clxxxiij.

i P. PAV. P. ¶ Consuetudo. De hac consuetudine approbata vide Ro. consi. civ. ad fi.

k ALEX ¶ Contractu liuelli. Vide Bald. in d. §. si de vectigali. & Bal. ibi in rub. & quid si dico, vendo tibi dominũ talis rei. dicit bal. hic quod non est emphyteusis. sed contractus superficiarius.

l ALEX. ¶ Cõtractu precario. Vide Bar. in l. si finita. §. fi. de vecti galibus. ff. de dam. infe. & Bal. §. co. ti. in rub. vide Bal. in l. liberti liberteque. j. de ope. lib.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Tota pensio. Hoc per multa sequitur Alex. consi. cxij. vol. j. quod consi. repetitur, consi. x. vol. ij.

m P. PAV. P. ¶ Intelligo. Vide Aler. omnino consi. cxj. & ibi etiã late ponit an propter mundationem debeat fieri remissio, & quod in emphyteuta, vbi preitatur pensio correspondens fructib. no habet locum quod hic dicitur perit si tota, &c. vide Barb. in ru. extra de loca. in fi. de mundatione vide etiam Ro. cõsi. cccl xix. Vide etiã do. Fran. consi. lv. vbi generaliter ponit an & quando dicta in emphyteusi habeant locum in locatione ad longum tempus, & late etiam eundem consi. ex. Jas. in auth. qui rem. in prin. de sacro. eccl. ij. habes in rub. ad Bart. in ager vectig. Barb. in d. rub.

n ALEX. ¶ Sufficientes fructus. Abbas Sic. in d. c. potuit. dicit q̃ non putat hãc limitationem esse veram inter emphyteuta, & colonum. Vide Spe. de emph. §. nunc aliqua. ver. licet & hic. secundũ Jm. est differẽtia. vt patet ex no. per Bar. §. ea l. in prin. & in ij. op. ¶ ADDE quando per diminutionem rei emphyteutice fit remda remissio. And. sicu. consi. xiij. lib. Alexan. consi. cxlj. lib. & vnus verbum per Per. de Anch. consi. l.

o ALEX. ¶ Augeatur pensio. An propter augmẽtum rei emphyteutice augetur pensio. vide Bal. in l. ea. j. de alluuio. Facit. per glo. & Bal. in l. si merces. §. vis maio. ff. loca. per doc. in c. potuit extra de lo. & ibi Jmol. xxxij. consi.

p ALEX. ¶ Qua actione. Idem tenet Bar. in l. j. de publi. iud. Si contrarium tenet in l. j. de condic. ex l. & quod sit contractus minatus emphyteusis venditio, tenet Bald. in l. final. §. quaeliceat ab emp. dice. & in rub. §. de rerum permu. Contrarium tenet Barto. in l. iurisgentium. §. quinimo. de pac. vide Jmo. in c. potuit extra de loca.

q ALEX. ¶ Laborari. Abb. Sicul. in ca. potuit. de loca. refert de Lar. consuluisse cõtrarium Padue, & idem collegium Paduanum per istum text. & istam opin. putat veriorem, nisi fundus esset totus captus ab hostib. nec esset spes recuperationis, & ita proccdit Imunis opinio Legistarũ hic, & vide Bald. hic & vide Bar. in l. plures. in princi. ff. locati. & in l. interdum. §. quid ex naufragio. & acq. pos. adde l. ex cõducto, & q̃ ibi Bar. loca. quid de hac questione. Tertius prescripsit contra emphyteutam, tandem dominus rei vendicatione directa pro recuperatione, emphyteuta agit contra dominum & vult eam recuperare, queritur an possit. Et pro dicto quod Bal. in simili in feudo loquendo ponit opin. in c. fi. de prohib. feu. alie. per Fed. determinat tamen quod non. Facit ad no. in l. ij. de exce. rei iud. ADDE Pume parti. soluit Rom. consi. cccc xxxvij. Et an cum prescriptero obtinuit non sit dominus rei emphyteutice sufficiat probare per litterales ecclesie, & est deferendum iuramentum in supplementum bonis, Rom. quod sic eius consi. cxxvij. P. PAV. P. ¶ Laborari. Vide Alex. late consi. cxij. in j. volu. Barba. in c. potuit. Are. late in Linterdum. §. j. de acqui. poss. Jas. latissime in ista li.

LEX II.

1 ☞ Emphyteuta cessans in solutione, quando cadat in commissum.
4 Dominus rei emphyteuticarie possidet ciuiliter.
5 Libellus. an requiratur quando dominus vult expellere emphyteutam officio iudicis.
6 Pactum quod dominus non possit emphyteutam etiam non soluentem expellere, an valeat.
8 Dominus quando sibi preiudicet recipiendo pensionem omnium annorum ab emphyteuta, termino elapso.
9 An emphyteuta vel dominus, debeat probare solutionem vel non solutionem.
11 Si emphyteuta promisit penam, si non soluerit pensionem amplius non poterit expelli.
12 Per promissionem hominis specialem non receditur a posito legis communis.
14 Quando pena est promissa per emphyteutam, an eo cessante in solutione poterit peti pena, & expelli.
16 Domino qualiter succurratur, si primus emphyteuta facit alium emphyteutam.
17 Heredi ignoranti, qui non soluit, quomodo succurratur.

a **Emphyteuticarijs.** a Dominus tres principales. In prima parte proponit dominus. In secunda emphyteute. Secunda ibi ne autem. Item in prima subdiuiditur. nã primo statuit pactiones appositas in contractu esse validas. Secundo statuit per cessationem tricennalem redire ad dominũ. Tertio remouet tres obiectiones que possent fieri per emphyteutam. Secunda ibi, finaute mihi. Tertia nulla. Et hec sufficiant pro summario. ¶ Ad euidentiam huius legis premitte primo, quid velit dicere apocha publicarii fundi

b num, dic vt dicit gl. super verbo. pensio. ¶ Opp. §. de sac. fan.

c aut. qui rem. vbi sufficit cursus biennij. Sol. Sicut gl. in emphy-

1 ta † ecclesie requiritur biennium. vt in contrario & in emphyteuta priuati triennium, vt hic, idem in colono priuati quod in emphyteuta ecclesie, vt ff. loc. l. quero. §. inter. Contra istud dictum gl. & videtur quod colonus statim quod non soluit pensionem, possit expelli. vt l. ea. §. titu. j. Sol. Aut loquimur in emphyteuta, vel colono ecclesie emphyteutam ecclesie ab emphyteuta priuati, vt dictum. Aut loquimur in simplici colono, & distingue aut fuit actum de non expellendo, & intelligitur nisi cessauerit in solutione per tres annos, vt statutum, vt l. quero. §. inter locatorem. Aut non fuit actum

d potest expelli incontinenti, cum cessat soluere d vt l. edenda.

e ¶ Uemo ad questio. & attende e antequam intrem gl. vtrum tacita

2 ne † non soluto, res reuertatur ad dominum ipso iure, certe non. dominus hoc voluerit, ita dicit hic ter. ibi volenti licere ei, &c. & si dominus voluerit repellendo, &c. Hoc videtur velle gl. parua. si tu vendicares fundum ab aliquo, tanquã emphyteuta, vel alius velles probare ad te fundum pertinere, iure emphyteutico, non

est tibi tertius opponere de canone non soluto, q̃ per hoc a tuo iure non cadis nisi domino volente, oportet ergo, [f] quod de domini voluntate [*] constet. ¶ Hoc premisso intro gl. z quero vtrum dominus † posset expellere emphyteutam sua authoritate, [g] gl. dicit quod sic, sed melius erit, si fiat authoritate iudicis. Spe. de hoc distinguit, aut constat, quod sit emphyteuta, aut non, ꝛc. Mihi videtur quod ista sit veritas, aut dominus vult emphyteutam expelle re de possessione, ipso contradicente, z exire nolente, z tunc enim expellere non potest, vt l. non est singulis. ff. de regulis iuris. Si vero nõ vult expellere, sed ipse vult ingredi, z turbare illum emphyteutam in possessione sua non dico totaliter expellere, tunc potest. Probo. certum est, quod † dominus possidet ciuiliter, vt l. male, z ibi no. infra, de prescri. xxx. anno. z l. iij. §. ex contrario, z quod ibi no. de acquirend. possessio. ergo ratione sue ciuilis possessionis, potest ingredi possessionem. Item potest emphyteutam turbare, nã emphyteuta possidet vitiose ab eo, ergo, ꝛc. vt l. j. in fin. ff. vti possi.

¶ Quero secundo dicitur hic in gl. sed melius facit scilicet, per officium iudicis, vtrum † quando vult eum repellere per officium iudicis requiratur libellus. Bl. hic videtur dicere quod sic ibi, per libellum, ꝛc. Sed ego istum passum multum bene, z perfecte examinaui in l. j. §. necessario. ff. si mu. vent. nomi. in posses. mi. ¶ † Quero tertio, quid si dominus fecit pactum, vt non liceat emphyteutam expellere, etiam si non soluat, an valeat tale pactum. [b] Dicit hic videtur dicere quod sic. In contrarium facit. ff. de prec. l. cum precario. Et ideo quidam distinguunt, aut fuit appositum pactũ de non expellendo, vsq; ad certum tempus, z valet. Aut perpetuo z tunc secus. Tu dic secundum veram opinionem, pactum † quod est contra naturam contractus, facit cõtractum ipso iure nullum, vt d. l. cum precario, sicut si aliquis faceret pactum, quod esset venditio sine pretio, vt instit. de contrahen. emp. §. pretium. z supra. de contrahend. emp. l. si donationis, sed si pactum fiat contra accidentalia contractus, vel contra naturalia, tunc valet. vt l. pacisci. ff. de pac. z l. pacta conuenta. ff. de contrahen. emp. ¶ Modo ad propositum, si quidem fiat pactum, quod non reueretur ad soluendũ canonem, non valeret, q̃ esset contra substantialia contractus, si vero fiat pactum, quod licet non soluat, non possit expelli, sed posset alias cogi, istud pactum non est contra naturalia contractus, z sic valet, z ita debes itelligere hãc materiam. ¶ Quero, quid si elapso termino † dominus recipiat pensionem omnium annorum, quos ibi est statum, an postea poterit deijci? Bl. dicit quod non, sine lege commisso. Lpost diem, z supra. de pact. inter empto. l. commissoria. Tu dic secundum Jaco. de Are. z bene, aut quis primo expellit, z postea vult petere pensionem, z potest, vt in authenti. qui rem. de sacrosanc. eccl. Aut primo percipit pensionem, z postea vult expellere, tunc aut percepit pensionem temporis preteriti tantum, z adhuc potest eum expellere [k] vt ff. loc. l. colonus. Aut recipit pensionem etiam temporis futuri, z non potest eum expellere, nisi fuerit protestatus. Ita debet intelligi hec glos. ¶ Quero, quis † probabit, vel emphyteuta se soluisse, vel dominus eũ nõ solusse, gl. dicit quod emphyteuta. [l] argu. supra. de proba. l. j. quod fatur per testes, vel per instrumenta, vel per confessionẽ scilicet partis aduersæ, vel quod soluerit trib. annis continuis vltimis, quod no verum dicit. Hoc tamen videtur facere contra dictũ Inno. extra de accusa. cap. super his, vbi si ego dico te periurũ, q̃ iurasti soluere. C. tito centum, z non soluisti, ego debeo probare istam negatiuam te non soluisse. Sol. Illud dictum Inno. est verum, quando ille, qui aliquam negatiuam inducit ad probandam suam intentionem, non erat ille, cui erat debitum, z ideo si alius, quam dominus, cui debetur pensio, diceret emphyteutam non soluisse, ipse deberet hoc probare. per no. in dicto cap. super his. Et hunc passum bene examinaui in l. hoc iure. de verbo. oblig. ¶ Quero, quid si emphyteuta promisit penam [m] si non soluerit pensionem, an poterit deijci. Et videtur quod non, q̃ per penam conuentionalem dominus renunciauit prouisioni legali argum. in l. fina. de pact. comen. Bl. determinat contra, ne quod fauore domini est in predictum, ꝛc. Ad † legem fin. de pact. conuen. respondet notabiliter quod per specialem prouisionẽ recedit a prouisione legis, que est introducta in priuilegium de iure speciali, secus si prouisio esset de iure communi. Nota istam solutionẽ valde, licet de hoc hic doc. faciat distinctionẽ, z vide gl. tuam notabilem, z determinationem huius gl. contra eos, qui dicunt quod † tunc penalis stipulatio nocetur per predictam conuentionẽ, quando precedit contractus iure ciuili inductus. hoc est falsum. Nã contractus emphyteuticus est contractus a iure ciuili inductus, vt §. l. prox. z tamen per conuentionem penalem non nocetur, vt hic videtis. Dixi plenarie in lita stipular. in vltima parte de verbor. obliga. ¶ † Quero, quando promissa est pena, vtrum vtrunq; posset fieri, z pena peti, ꝛc. Bl. dicit quod non, nisi sit dictum rato manente pacto, z bene dicit. Item si est dictum, rato † manente pacto, pena non posset peti nisi semel, nisi esset apposita illa clausula, quod toties cõmittatur pena, quoties fuerit contrafactum, vt l. si duo. §. primo. ff. de arbitr. ¶ † Querit glos. quid si emphyteuta facit alium emphyteutam, qualiter domino succurretur cõtra secundum emphyteutam, dic vt in gl. ¶ † In vltima gl. huius legis formatur vna questio notabilis valde, quid si ei qui debebat soluere pensionem succedit heres ignarus, z propter ignorantiam non soluit? Bl. dicit, z bene, quod restituitur heres ex equitate. Idem tenet Dyn. z gl. in l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. obl. z Dyn. in cap. is qui in ins. de regu. iur. dic vt ibi, ꝛc.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ In emphyteuticariis. Ad istam l. vide vnum verbum Barba. consil. suo li. volu. j. z consi. lxiij. eo. vol. Adde etiam Aler. consi. lxxj. vol. j. z Barba. consilio l. volumi. j. z Aleran. xl. volumi. ij. clxxj. volumi. iij. vbi ponit, an vasallus, qui debet certam pensionem pro feudo cadat a iure suo, si illam non soluat z xliij. vol. iij. vbi ponit, ad quem spectent meliorameta facta in re emphyteutica, finito iure emphyteutico. z ibi etiã ponit quid i vasallo. z ciij. alias cv. vol. iij. vbi ponit an emphyteuta, vel simpler conductor possint expelli, si cessauerint in vno numo. vel vtaũ male. z ibi ponit eremplum quando dicantur male vti. P. PAV. P. ¶ In emphyteutica rijs. Ho. circa istam materiã quod solutio canonis facta per quẽcunq; etiã si eam faciat nomine suo prodest vere emphyteute etiã si ille tertius crederet se emphyteutam, z non erat. Vide mod. hic. Quibus adde Paul. de Cast. consi. cv. incip. si nõ interesset. in ij. volu. ad fin. Aler. in consi. clxxj. ad fin. Et fuit decisio Bal. in l. solemnibus. de rei ven. vide etiam no. omnino Ro. consi. cccxcj. circa medium, z cõsi. ciij, z omnino in sing. dlxx. incip. si emphyteuta, Bald. z Bul. in l. arboribus. ff. de vsufr. §. quod tamen Sali. in l. cum propo nas. C. pro socio, Ang. in l. lega. vectigali. ff. de pign. Pe. de Anch. consi. xlviij. Spe. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua. versi. lxxxj. cũ seq. vbi etiam Joan. An. z Bal. in additio. limitat istam conclusionẽ singulariter Paul. de Castr. in consi. cl viij. inci. viso, z examinato quomodo emphyteuta fecisset omnem suam diligentiã in auocando ipsam a manib. possessoris, z nõ potuisset. Secus si fuisset negligens. ¶ Quod consi. sequitur Feli. in c. ex transmissa. extra de prescri. licet corrupte alleget, Sed aduerte, q̃ non loquitur Paul. in terminis decisionis premisse, videlicet quando aliquis soluisset canonem, sed loquitur de eo, qui non petijt se inuestiri intra annum, quando esset nouus successor. Ideo videtur subesse alia ratio: illam enim rationem allegat simpliciter pro limitatione dicte clausule conclusionis Fran. Cur. in quibusdam notabilib. suis, licet nõ ponat eam pro constante.

b ALEX. ¶ Op. §. de sacrosan. eccl. Et de materia vide per do. in c. fin. de cau. pos. plenius in c. peruenit. de censi. z vide gl. hic vtrũ pro pter cessationẽ solutionis pensionis ecclesie res erat in cõmissum. Ro. Spec. in ti. de emphyt. §. fi. versi. vj. Utrum autem ipsa regula, si non soluat canonem, cadat a iure suo, sit vera vide gl. quod sic. in auc. qui rem. §. de sacrosan. ecc. z Bald. in l. placet e. ti. ¶ ADDE An canone non soluto, emphyteuta possit expelli, Pau. de Cast. consi. cxxxv. z ccxv. Pet. de Ancha. con. xliij. Abb. consil. iij. ij. li. i vj. questio. Ro. consi. cxij. Bal. consi. xxj. z cccl xxvj. z an si ecclesia non soluit res, incidat in commissum vide Bal. quod sic consi. ccxxxij. incip. Reuerendissime pater. z ccxvj. lib. iiij. An res reuertatur ad ecclesiam cum meliorametis. An autem si elapso triennio dominus recipiat pensionem sibi preiudicet vide Aler. consi. cv. ij. li. z consi. xxij. ij. lib. vbi etiam, an prelatus possit recipere in preiudiciũ ecclesie per Abb. consi. lxvij. ij. li. Et quis debeat probare quod soluit, vel non soluit, vide Bal. consi. cxliij. ij. li. Et qualiter succurratur, quando emphyteuta facit alium emphyteutam, vide Ro. cõsi. cccxj. Et an ignorans heres restituitur vide Abb. consi. lxxiij.

c POMA. ¶ Dicit gl. Intellige. z nouiter istud biennij, siue triennium qualiter accipitur, in l. diuortio. §. quod in anno. ff. sol. ma. z maxime per Bal. in l. fin. dum refert ad possessionem nostrarũ partium, z Aler. ibi in ver. vnum non omitto, z generaliter ibi per alios doc. z fortassis istud in practica obtineretur quod credo nunquam fuisse ita practicatum.

d POMA. ¶ Cessat soluere. Vide Do. Fran. de Crema in notabili suo. l vj. z aliquid per Aler. consi. v. vo. v. z consi. xj. c. vol. z Bar. cõsi. xv. z seq. vol. j. Ro. consi. cxxxij. z Aler. vj. volu. iij. vbi ponit, an vltra voluntatem domini declarantis requiratur sententia, z an quando dominus declarat requiratur citatio.

e POMA. ¶ Et attende. Vide Aler. consil. xliiij. in iij. vol. Adde z quid iuris sit in vasallo, vel emphyteuta alienante irrequisito domino vide Bal. consil. ix. in prima parte, z maxime quando alienatio facta esset sub conditione, sed deuentum fuit ad traditionem puram. Et vide ad hec Aler. consi. clxxij. vo. ij. vbi dicit quod etiam alienãs irrequisito dño nõ priuatur iure suo, nisi dño volẽte, z ibi dicit quod vbicunq; dicimus rẽ ad dominũ reuerti ipso iure propter aliquid debet intelligi ipso volente, vide etiam ipsum cõsi. ciij.

vol.iij. vbi ponit de alienante. & non soluente canonem.

Tm quidam. Ista est tota singularis lex. z habet tres partes principales. Secunda ibi, simili quoque. Tertia ibi, preterea sancimus. Prima pars breuiter. h.d. Cuz dos datur ab extraneo marito quãtum ad cũ est donatio ob causam, quantũ ad mulierem est donatio simplex, tũ in-
a sinuatione non indiget, p̃ d. Illud notabile prin. ¶ Nota[a] quod si tulus dotis ex parte mariti est oneros⁹, quod apparet, q̃ ob causam accepit, ex parte mulieris est lucratiuus, secũdum Bal. quod apparet, quia est simpler donatio, vt l.fi. ff. si a socero. ff. de pig. act.
2 in frau. cre. q̃ facit ad multa. ¶ Secundo[a] not. quod actio quę est inutilis penes cedentem, efficitur vtilis penes eum, cui cedit, vt apparet ex isto prin. Quomodo autem istud procedat est infra dicere. ¶ Ho.[a] z istud tene mẽti, quod ficta donatio eget insinuatione sicut vera, quod apparet hic a speciali, nam qui dat dotem marito, fingitur donare mulieri, z de iure cõmuni mulier debet insinuare, nisi ei esset prouisum per hanc legem. quod no. tu Perusine. Et istum passum examinaui in l.j. ff. de do. vbi tangit gl. vtile, qui soluit scienter, videtur donare, vtrum requisita donatio insinuationem: ibi dixi. quod nõ, q̃ not. tu Perusine, vide insinuationes donationis, z ibi allegaui tibi istum tex.

a ff. Simili quoque modo. [a] Breuiter cit donatio
3 pter nuptias eget insinuatione, z insinuatio facta a muliere pergitur ad eum cui per consequentiam, videtur esse donatio. h.d.
4 no. tu Perusine. Vides hic[a] quod insinuatio facta ab vno prodest ei ad quem donatio porrigitur per consequentiam. Et propter deo, quod insinuatio testamenti facta ab herede, porrigitur ad gatarios quia testamentum respicit principaliter heredes tarios per consequentiam. quod patet, quia possunt c testamento, heredes autem volentes huic prouidere quantum pro se facit, vtrum autem hoc possint, cogitet.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Simili quoq; modo. Et vtrum insinuatio fa vnum prosit, adde tex.in auth.eo decursum.in ver.sine alius dons. ante nup. z quod ibi no. Bal. Sed iste tex. probat pro tra. Bal. hic non firmat.

ff. Preterea sancimus. Hic est magis stilis ff. qui sit lege. Promisso: dotis per cursum biennĩ constituitur in moza, ad fructus z vsuras hac l. expressas tenetur. nec prohibetur ritus intra biennium dotem petere. h.d. Tu habes quod post nium promisso: dotis tenetur ad vsuras. z fructus. Bl. in d. tex
5 sione sol.ma. dicit quod[a] mulier, que dotem promisit tenetur ad suras, z fructus incontinenti a die contracti matrimonii. Et gnat rationem verissimam. quia sicut emptor postquam recipit lucratur fructus rei, statim cum est in moza soluendi pretium tenetur ad vsuras. vt ff. de act. empt. l. curabit. ita z mulier cum alimentat eam. z sustinet onera matrimonii, statim est in moza nes doc. dicunt quod illa gl. non dicit bene per hanc legem, non constituitur in moza, nisi post biennium. Sed gl. dicit quam omnes ipsi. Bl. que est in l. de diuisione. loquitur. lier ipsa dat dotem, vnde quia ipsa recepit aliquid, quia tat eam, z sustinet onera matrimonii respectu eius, meritotuitur in moza incontinenti, sicut in contractu emptionis
6 tionis. lex ista loquitur[a] in extraneo dante dotem. nam ipse nihil recipit. ideo nulla est moza quo ad eum, quia cit. si quis, scilicet extraneus. z quod sic intelligatur. cedenti ff. posito, quod intelligeretur de muliere promitten tamen illa gl. l. de diuisione. dicit verum, nam fateor quod nium tenetur mulier ad vsuras, z fructus ad similitudines ris, z venditoris. post biennium tenetur ad maiores, z lex dixit in fi. ibi, sed siue ante biennium. &c. Et sic apparet biennium tenetur ad maiores secundum tenorem huius leg

¶ Continua vt in glos. &c.

LEX I.

3 ☞ Dos petitur, z repetitur actione ex stipulatu.
6 Actio de dote habet tacitam hypothecam.
7 Tacite hypotheca competens mulieri in actione de dote
nilegiata.
8 Rebus dotalibus euictis, ista actio habet locum pro euict
9 Actio ex stipulatu pro dote, est actio bone fidei.
11 Retentio, quando habeat locum ob res donatas, vel amotas
12 Soluto matrimonio liberis existẽtibus, an dos reddeat
13 Impense necessarie, quando minuant dotem.
14 Cautio de defendendo inuicem inter fratres prestatur
uisionis.
15 Actio de dote filia sui iuris effecta in quartã imputatur, et
lationem venit.
16 Mulier quod videatur dotem stipulata extraneo, pro ea
dante.

EM in presenti. Imperator primo ponit suum proemium. Secundo illud exequit. Sequitur ibi, rei vxori itaque, &c. Proemium non indiget summario. No. quod dicitur in prin. quod dicitur corpus iuris, in quo continentur articuli iuris. Sicut quod dicitur corpus humanum dicitur, vbi continentur membra humana. Sic etiam vnum †collegium vocatur vnum corpus, quia membra illius corporis continentur, vt ff. de colle. illi. super rub. & etiam super l. j.

§. Rei vxorie. [a]Iste §. vsque ad §. primum itaque. Breuiter dicit. Dos petitur actione ex stipulatu, etiam si non fuerit interposita, & ex vtraque parte inest tacita hypotheca, & est actio bone fidei. h. d. ¶No. †quod dos petit, & re petitur per actionē ex stipulatu. Nota quod stipulatio fingitur esse facta vbi non est, & ex hoc habes †quod stipulatio ficta non requirit solennitatem verborum. ¶No. quod †facilius confirmatur inuali dum, quam inducatur, quod non est. Vide habes vnam gl. q̄ signat quedam contraria, & non soluit super verbo fortitudinem ibi vtile, * imo vbi vinatur vtilis, scilicet propter defectum volūtatis *testatoris, ideo ademptum sed illud ideo, quia esset contra sui naturam.

ADDITIONES.

P. PAV. P. ¶Rei vxorie. Circa huius §. materiam quod vbi aliquid non requiritur necessario si exprimat & inepte, quod non vitiat actum, vide Feli. cumulatim pro & contra, & declarationem in c. cū ordinē. & extra de resc. aliquid per Ro. sing. decxcj. inci. in Christi nomine. quem non alle. Feli. & in consi. cccxlij. Dicit tamen Bal. in c. de mil. vasal. qui contu. est. quo t & que possunt fieri sine citatione si non recte fiāt, ipso iure nulla sint. Item vide ad regulā multa p Jas. in l. j. in prin. ff. de eden. qui respondet ad istū tex. & dicit quod probat contrarium, secundum Ang. Item vide que dicit Jas. in l. edica. C. de eden. & vide q̄ dicit Fe. in c. examinata. de in. An actio inepta vitiet libellum cū non requiratur expressio actionis. Item limita regulā vno modo, vt per Soc. in l. nō dubitamus. post prin. de condi. & dem. Item ad regulam, vide Jas. in l. vinum. si cer. pet. vide que dicit Alex. in l. si. ff. de lib. & posth. quando in aliqua causa non requiritur libell⁹, vt in summariis, si libellet ur inepte, an vitiet. Vide tamen in contrarium, que dicit Dec. in consi. xxxvij. vbi q̄ non requirit causa in dicto testis, si exprimatur inepte, vitiet.

CLAV. DE SEISS. ¶Defectum voluntatis. Et sic limitatur regula huius l. que habet', quod quando aliquid non requiritur in actu si inepte sit appositum non vitiat. Hā istud est verum nisi ex expressione deprehenderetur alius defectus quā solennitatis, puta consensus, fraus & similia. ad quod vide quod not. Alex. in l. cedras. de eden.

§. Et preterea. No. †actionem de dote esse priuilegiatā in hoc quod habet tacam hypothecam. [a] ¶Ad hoc op. & videtur quod hoc priuilegiū cōpetat mulieri, non actioni. Insti. de act. §. fuerat. & j. qui pot. in pig. hab. assiduis. Sol. Priuilegium tacite hypothece cōpetit actioni, & habet locū in vtraque parte, vt hic, & trāsit ad heredes & ad quoscunque, vt j. ea. l. §. illo proculdubio. ¶†No. q̄ ista tacita hypotheca sit priuilegiata, vt ceteris preferatur, non cōpetit nisi ipsi mulieri, vt legibus contrarijs. Et per hoc apparet respōsum ad quam dic facit super verbo, latere. quia tacita hypotheca, que cōpetit vxori non est priuilegiata. ¶Secundo no. †quod rebus dotalibus emptis ista actio habet locum pro emptione. contra ē. eo. tit. l. Sol. Illa intelligitur secundum distinctionem huius legis.

ADDITIO.

[a] ALEX. ¶Hypothecam. Sed vtrum ista tacita hypotheca debeat habere executionem paratam, saltē stante statuto, vide Bar. quod non in l. j. §. fi. de his que in test. delen. & idē Bal. hic in prin. ¶Adde quod Ro. voluit quod sic, consi. cxlvij.

§. Sed si non. No. hic tertium priuilegiū actionis ex stipulatu, q̄ est bone fidei. ¶Magis actio ex stipulatu pro dote est actio bone fidei. Sed an hoc sit verum in actione ex stipulatu, q̄ habet vir pro dote petēda an vero intelligatur de ea que competit mulieri. Glo. tangit in l. ij. in prin. ff. sol. mat. & etiam in l. de diuisione. Mihi autem videtur q̄ ex vtraque parte sit bone fidei per istū tex. coniunctū cū precedenti. §. quod apparet. q̄ hic loquit̄ de actiōe ex stip. ex vtraque parte &c.

§. Primumque. Breuiter dicit, Actio ex stipulatu pro dote nō mimuitur propter legatum factum vxori, nisi exprimatur. & hec actio transit ad heredes sine mora, nec patitur retētiones, ob mores, ob res amotas, ob liberos, vel impensas, sed predicta actionibus cōpetentibus repetuntur. h. d. vsq̄ ad §. illo. ¶No. †quod si debitor legat creditori, in dubio non intelligitur animo compensandi, nisi exprimatur. quod plene dic per Jac. de Aret. in l. si cum dotem. §. si pater sol. ma. Facit arg. contra. j. vnde vir. & vxor. auth. preterea. sed ibi dicam. & plene diri in prealleg. §. si pater. &c.

§. Taceat. ¶Op. videtur, quod propter mores retineatur dos, vt l. consensu. j. de repudijs. Solut. intellige, hic, quod erant tales mores, qui pudorem matrimonij non ledebant. ¶Op. secūdo & videtur quod †ob res donatas, vel amotas, possit fieri retentio, vt l. diuortio. §. ob do. sol. mat. Sol. cō pensatio bene potest fieri, si vtriq̄ debeatur pecunia, sed si ex alteris debetur species, non est locus retentioni. Ita loquitur hic.

¶Ultimo †Iste ver. fileat, facit ad illam q. antique vtrum sol. mat. existenti liberis dos ad patrem redeat, hec l. facit quod sic. in hoc quod dicit fileat, ob liberos retentio.

☞ Pro concordia aduerte, quod inter doctores queri solet, an dos debeat redire ad patrem mulieris mortua filia relictis liberis, an vero debeat remanere apud liberos ipsius mulieris. & Bar. in hoc §. taceat. alias, maneat. quod indistincte reuertitur ad patrem mulieris. & in l. dos a patre. j. sol. mat. contrarius tamen allegatur in l. post dotem. in questionibus. ff. de iure dot. Tu dic si bene videat Bar. non est sibi contrarius, quia concludit primam opi. de iure precedere, maxime in dote profectitia, & maxime quando stipulatur. sed de consuetudine secus, & ita procedat secunda opi. vt ipse bar. voluit in d. l. post dotem. & in d. l. dos a patre.

§. Sed nec ob impensas. ¶Opp. † q̄ impēse necessarie nō minuāt dotem, vt l. quod videtur. de impen. in re. do. super hoc passu fuerunt opi. inter Iurisconsul. & dicit. ff. de iur. do. l. si is. §. quod dicitur. in d. l. quod dicitur, sunt etiam opi. inter nostros mo. Ego teneo opi. Alpia. quod dic vt in d. l. q̄ dicit. ff. de impē. do. &c.

§. Illo proculdubio. Mortua vxore in matrimonio, hec actio secundum sui naturam ad heredes transmittitur. h. d.

§. Cum autem. Breuiter dicit quod hec actio cōtra virum datur, inquantum facere potest, & rerum mobilium restitutio debet fieri intra annum, & rerum immobilium incontinenti, & vsure debentur a tempore more fructus a tempore sol. mat. h. d. vsque ad §. igitur. &c.

§. Exactio. [a]Bl. in hoc. §. format multas quest. & pulchras, & inter ceteras primo. no. illam q. de re data in dotem estimata, vt electio sit viri. ¶Secundo no. illam aliam q. intra annum vnde debeat alii vxori, quia debet alii ex bonis viri, si aliunde non habet, &c.

ADDITIO.

[a] ALEX. ¶Exactio. Et no. quod ista dilatio cōpetit marito etiā contra extraneum, qui dotem dedit, secūdum gl. in l. j. in prin. ff. sol. ma. Et de materia dic vt hic per gl. videlicet quomodo, & quando mulier debeat alii post mortem viri. Vide Bar. & doc. in l. diuortio. §. j. sol. mat. Et de intellectu huius §. vide Bar. in l. si conitante. §. quoties. sol. mat. Et que fuit causa, & ratio huius dilationis vide Bar. & Bal. in l. diuortio. §. interdum. sol. mat.

P. PAV. P. ¶Exactio. Adde tamen quod si dos constabat primo in rebus mobilibus, que sunt alienate, vt ex pretio sint empte res mobiles, debet fieri restitutio, non statim, sed post annum. Causa est singularis in l. cum in fundo. §. fi. fundus. de iure dotiū. que Ro. exclamat sing. ccxxij. inci. tu habes. Item quando maritus lēgat vxori dotem, potest statim repeti. Vide practicam Papien. in forma libelli quo agitur ad restitutionem dotis. in ver. dic. Bar. in l. si diuortio. ff. de ver. obli. & tex. in l. j. ff. de dote preleg.

§. Igitur & in sequenti. In ratione l. Falcidie, mulier misti tuta dotem, tanquam es alienum deducit. h. d. &c.

§. Cumque. Imperator incipit tractare quid attribuitur actiom ex stipulatu, ex natura actionis rei vxorie. Et quid erat vtriusq̄ commune. Breuiter dicit partus ancillarum pertinet ad mulierez, fetus pecorum ad virum, reditus vltimi anni diuiduntur pro rata, †cautio de defendendo inuicem inter fratres tempore diuisiōis prestatur. h. d. ¶Circa hoc de diuisione fructuum vltimi anni, glos. ponit distinctionem in l. fructus. & l. diuortio. & l. si ante. ff. sol. ma. & dic vt in ea, &c.

§. Videamus igitur. [a]† Filia sui iuris effecta morte, vel emancipatione dotis, actio consolida in ea, que computatur in quartā, & venit in collationem. h. d. ¶Hor. quod diri in summario. Istud procedit sine scrupulo aliquo, in actione ex stipulatione tacite inducta. per hanc l. ¶Sed quero, quid si pater expresse fuit stipulatus? Bl. valde no. tenet quod idem, quam vide, que incipit, nunquid. quam tene menti perpetuo. Multi docto. sunt in contraria opi. quasi communis opi. est in contrarium. ¶Ego tamen teneo istam glo. & istam materiam cum quibusdam diuisionibus, & distinctione quam sic examinaui in l. post dotem. ff. sol. m

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶Videamus igitur. Circa istã materiã quãdo actio competat patri z quando filio. z quibus modis consuletur in vno vel alio, vide que habes ad Bar. in l. post dotem, in prin. ff. sol. mat.

a b c 16 * d §. Accedit. [a]Si extraneus dat dotem pro muliere, mulieri queritur actio [b] integra, nisi dans in continenti fuerit stipulatus. [c]Et extraneus intelligitur quicunque non habet mulierem in potestate. h.d. ¶†Vides, quod quando extraneus dat dotem pro muliere, mulier videtur stipulata, nisi ipse incontinenti fuerit stipulatus *Bl. format. [d]q. z multum notabile, quid si extraneus promisit dotem pro muliere, z tepore promissionis nihil dicitur, quod dos pmittatur sibi restitui, an postea potest stipulatio preiudicare mulieri, Bl. determinat. z bene, quod nõ, vt l. ex morte. j. ti. j. quam tene menti. Vide glo. j. post prin. no. ver. extraneum, &c.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶Accedit. Istud procedit etiam in muliere absente. Et quid si matrimonium illud non sequatur vide Decium consil. cxxv. cum duobus sequen. vbi etiam quod diuersum sit in patre z in extraneo. Et duz dicitur hic quod extraneus videtur donare, limita nisi extaret paterfamilias. qui teneatur eã dotare, q. videt dedisse animo repetendi a patre Pau. de Ca. consil. cxvj. inci. si dicta Cornelia. in ij. vol. prope finem. In contrarium vide Soc. in consi. ccxcj. Sed opi. Pau. tenet Bald. nouel. in tractatu dotis. licet eum non alleget. Vide que dicit Campegi. in eo tractatu in j. prima parte. q. xx. z cxiij. Et quando est debitor, vel gerit negotia, non censet donare Alex. cõsi. c. vol. ij. Vide q̃ scripsit Deci[us] consil. xvj. z duob[us] seq. quando vnus de fratribus dotauit suam filiam de bonis communibus scientibus alijs an videatur consentire animo donandi. Pro prima opi. vide Lot. consi. cxxiij. vol. qui loquitur de patruo dotante neptem ex fratre exclusam a statuto, vt possit repetere a fratribus dotem, maxime si patruus haberet bona communia, vide eundem ad idem consi. cccxvj. vol. iij.

b ALEX. ¶Queritur actio. Istud intellige si sequatur matrimonium alias secus. l. si meo. in prin. de iure do. z in l. si donaturus. de condi. ob. cau.

c POMA. ¶Stipulatus. Limita vt non procedat in fratre, qui esset heres patris. qui stipulatur dotem sibi reddi non tenetur illam stipulationem remittere filio. Ita anch. consi. suo cccxxxv. incipiẽ. ex narratis superius licet videatur contra istum tex. loquẽtem de quolibet extraneo, z hoc casu mulier non potest aliquo modo de ipsa dote disponere, vt per Alex. consi. cj. vo. ij. z limita etiam istum tex. vt per. Soci. consi. cxxxv.

* CLAV. DE SEISS. ¶Stipulatus. Et istud habet locum etiã si dos promittatur pro muliere icerta, vt no. Pau. z Alex. in l. a Titio. in prin. de ver. obl.

d ALEX. ¶Bl. format. Vide latius per Bar. in l. quoties. sol. ma. vide Bar. in l. j. in prin. sol. mat.

§. Et hoc ex rei. Viuo patre, hec actio est communis patris z filie, sed patre mortuo etiam post contestationem ad mulierem integre pertinet. h.d. &c.

a §. Et cum lex. [a]Fundus dotalis vbicunq; positus, non potest alienari, neque obligari, impediente l. Juli. dotalis fundi per hanc confirmata. z declarata. h.d. Hoc est verum in fundo dotali, z sic in re immobili, sed quid in re mobili: Et circa hoc dic, vt no. per glo. in auth. siue. ẽ. ad Velleia. z ego dixi in l. j. sol. mat. &c.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶Et cum lex. Circa auth. sed quamuis, que sequitur istum. §. dum dicit in ea quod pater potest minuere dotẽ filie mortuo primo viro, vide late Decium consil. cxxv. z seq. vbi an locum habeat in dote promissa z quid in heredibus patris.

§. Illud. Omnia pacta dotalia, que non sunt contra legẽ seruentur intacta, z hec lex, in preteritis locum habet. h.d.

De pactis conuentis. Rub. XIIII.

¶Continuatio patet de se, &c.

LEX I.

Legem quam. Istam legẽ habuistis de verbo ad verbũ ẽ. de pac. l. legẽ. Breuiter dicit. Pactum appositum iuxta contractum, vel iuxta rei traditionẽ, rei coherentia vestit. h.d.

LEX II.

Fructus prediorum. Bl. legit hãc l. duob[us] modis vt patet ex ea secũdum vtrãque breuiter dicit. Pactum de fructibus rei dotalis est seruandum. h.d. secundum vnam lec. loquitur vxori, secundum aliam, loquitur viro, &c.

LEX III.

a Quamuis. [a]Pactum patris non nocet filie, actionibus dotis h.d.

ADDITIO.

a POMA. ¶Quamuis. Not. quod ista l. quamuis, que vult quod pactum factum a patre, quod filia superuiuẽte sol. ma. heredes patris lucrentur dotem, vel partem, non preiudicet filie, habere locum z in extraneo, secundũ Bar. consi. cxxvj. inci. Titius maritauit. vult istud procedere etiaz si stipulatio interuenisset, licet in hoc contrarium teneat, z sentiat glo. hic propter quam ita expresse tenet Ro. in l. j. ff. so. ma. licet ibi z in §. seq. cum Bar. teneat etiã hic z Are. in ista autem questione ego crederem quod opi. Bar. in tre p istũ tex. sit vera, quã etiam sequitur Sali. z maxime, quia restituitur patri, cum hoc vt iterum dotet filiam nubere volenti illa dote, z non minori l. j. z auf. ibi posita, C. de rei vxo. act. &c. ex hoc, quod fieret preiudiciũ filie, q. cuz valeret pactum remitti retur de facultatibus patris. vnde ipse non dare teneretur summam prioris dotis, ẽ eã q̃ facultatibus nunc conueniret, iuxta de iure dotium. Sed hec ratio nõ videtur bona, quia dicta ibi posita, vult quod pater nullo modo possit diminuere substantia. Sed certe tale pactum non est casus fortuitus, z iudicabit filie, quia imo pater tenebitur illam summam tis dare, z sibi imputet quod tali conuentioni se distrinxit bi ab initio liberum fuit se tali legi non submittere.

LEX IIII.

Pactum dotale. Filijs per matrem z filiumfamilias cõsistit obligatio ciuilis in actitijs. h.d. Hic est bonus casus. Duo habes notare. 1 dixi in summario. ¶†Ad primum op. z videtur quod ex pacto 2 tris[a] queritur actio filijs, vt ff. sol. mat. l. Caius. Sol. casus speciatus est ibi in dote fauore eius pro quo dos datur. Nec enim licet pactum interponatur super dote tamen quod acquiratur filio, respicit fauore filij non eius pro quo dos datur. ¶Op. ff. de l. pater. j. d. So. ibi loquitur in patre, hic in matre. Simile habetis in l. debitor ff. ad Treb. Dices tu quod est contra casum l. Publia. in prin. ff. de positi. vbi ex pacto matris queritur actio filio. Resp. non quia ibi pactum interponitur super re propria. Vnde idẽ iuris est, si mater pacisceatur, vt reddatur filio, sicut cuilibet extraneo, vt ẽ. ad exhi 2 l. pe. ¶Ad secundum op. †inter patrem, z filium, non cõsistit obligatio ciuilis, vt l. frater a fratre. ff. de condi. inde. Sol. Istud est rum olim, hodie secus in aduẽtitijs, vt hic, z l. iubemus. ad. C. de no. in auth. vnde z si parens. ẽ. de inoffic. testa. l. si quis prin. ff. de fideiuss. z no. in d. l. frater a fratre, &c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Pacto matris. An ex pacto matris acquiratur de etiam q̃ dicitur de ver. obli. l. stipulatio ista. §. alteri. vbi ctores, z hic etiam quid in patre, vide Bar. in l. si patri. ff. &c.

LEX V.

a Hereditas. [a]Pactum de dote mulieris mortem reddẽda, vim tenõ obtinet. h.d. Hec lex legitur duob[us] modis. do in marito, alio modo in extraneo, z ista de est vera. Probatur ex prin. l. dum dicit, hereditas extranea.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Hereditas. Et facit l. verba contrarium videtur ter. in l. tale pactum. §. j. ff. de pac. z in licet Ang. ibi contra Bar. posset dici quod ista l. z si mulier retur in extraneo, secus in coniuncta persona, vel ab intestato cessura. Et de huius intellectu vide Bar. in l. si. ẽ. de pac.

LEX VI.

Si conuenit. Pactum patris nocet ipsi cum actio dotis ad eum ceperit pertinere. h.d. in summa. &c.

LEX VII.

Pater pro filia. Per ascendẽtes pa paternam descendẽtes queritur actio vtilis. h.d. ¶Op. ẽ. co. l. pactũ. So. dam intelligunt hoc de nepotibus ex filio, z cella contrarium. Alij intelligunt de nepote ex filia, z tũc ob. potest responderi, z ideo ista lec. non est vera, quia per ascen ex linea materna, non queritur actio vtilis, nec directa. op. ẽ. de iure do. l. si genero. Sol. vt gl. vel vt ibi. &c.

LEX VIII.

a Hac lege. [a]In rebus paraphernalibus. intromittere non habet, muliere dicente. h.d.

ADDITIO

ALEX. ¶ Paraphernalibus. Et quid si ista bona paraphernalia sint consumpta per virum, vide l. de his, vbi est ter. no. de do. inter vir. & vxo.

LEX IX.

Ex morte. Pacta de lucranda dote, & donatio ne propter nuptias, debēt esse equalia respectu quote nō respectu quātē, etiam si ab extraneo[a] pro muliere dos donetur, h. d. ¶ Bot. fi. huius l. & gl. alle. multum notabiliter, quod ad hoc vt ille qui promisit dotez possit eam stipulari, requiritur quod tempore promissionis hoc agatur: secus si promisit, & postea in traditione velit stipulari. Certe non potest, vt vidistis ſ. ti. priori. l. j. ſ. accedit[b], &c.

ADDITIO.

ALEX. ¶ Ab extraneo. Quando extraneus dotando videatur donare, vide in l. fi. & ibi dixi ſ. de dotis promiſ.

ALEX. ¶ Accedit. Et latius per Bar. in l. quoties. ſol. ma. Falsit in fructibus. gl. eſt in ver. perreperint. in auth. de nō eligen. & bal. in auth. ſue a me. ſ. ad Velleia.

AVTHENT.

Qualitas. [a] Iſta auth. dicit gl. quod de conſuetudine non ſeruatur, ſed tamē nos vtimur, &c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Equalitas. Ad iſtam auth. vide Bal. poſt gl. in auth. dos data, & fallit in l. quod ſcimus. j. de bo. que lib. ſcdm vnam lect. in fi. & tenet Bal. in auth. ſiue a me. ſ. ad velleianum.

P. PAV. P. ¶ Equalitas. Vide circa iſtam auth. Rom. ſingulari dtij. inci. conſtante matrimonio circa non faciendo pacta mequalia, vide Lep. caute. dij. Item circa iſtam mequalitatem vide Com. conſi. xxvj. incip. cum ſtatutum Padue ſit. vbi ponit quod licet ex cōſuetudine tolleretur mequalitas, ſi tamen fiat pactum de lucrāda dimidia dotis, & contra propter mequalitatem ſeruandam in quota, licet non in quantitate ſeruetur. Et ibi ad fi. ponit quod valeret pactum in contrarium initum.

LEX X.

Lege leonis. Iſta lex tollit vnum dubium ſuper l. precedenti. breuiter dicit. Diſparitas in pactis de lucrando, reducitur ad paritatem in quantitate minoꝝ. h. d. &c.

LEX XI.

Mulier. [a] Hec eſt bona ler. Breuiter dicit, Maritus in rebus paraphernalibus intelligitur procura. & vſuras poteſt in commodū commune conuertere, & pro his bona ſunt obligata, in ſcripta in obligatione ſibi proſpexerit, & tenetur maritus adhibere in eis maiorem diligentiam quam in ſuis h. d. Alo. † quod maritus in rebus paraphernalibus dicitur factus procu. Contra ſ. de pro eu. l. maritus. Glo. dat[b] plures ſol. hec eſt vera ex eo quod tradidit marito inſtrumenta[c], videtur eum feciſſe ſuū procuratorem. Ita di
a cit gl. ma. quam vide & no. eſt gl. Secundo no. † quod vſuras rerum paraphernalium maritus poteſt conuertere in communes vſus. con
b trā. ad l. Fal. l. pe. in prin. Dicit glo. aliud eſt in fructibus aliud eſt in vſuris, & vide gl. tiam no. Doct. noſtri omnes intelligunt iſtam gl. in fructibus naturalibus, ſecus in induſtrialib[d], in quibus eadē eſt ratio, que in vſuris. do. Mar. Syl. diſputauit iſtam queſtionem quam videtur eodem modo vidiſſe. Ego recitaui *tibi iſtam gl. & q. in d. l. pe. ff. ad l. Fal. ¶ Bot. [e] vltimo † quod per promiſſionem homi
c nis, recipitur a promiſſione legis. [f] Bl. aſſignat arg. contraria & non ſonit ſuper verbo, contentā. ibi. ſ. ſi ex conuentione. Sed hic promiſſio legis erat de iure ſpeciali, in contrario de iure communi. Circa quod plene vide Ly. in l. ij. de iure ei[g] phy. &c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si mulier. Vide que dixi in l. pe. ad l. Fal. & quomodo cognoſcatur res eſſe paraphernalis, vide Bar. in l. ob maritorum.

b ALEX. ¶ Si dat. Adde quod no. Bar. in l. vulgo. ff. de admi. tu. & no. Bar. a docto in l. maritus. ſ. de proc. & ſing. alle. l. ſi qua per calū
c nam. ſ. fide pelic. & cle. & tamen eſt gl. in contrarium ſecundū Bal. no. in l. C. de procu. & vide etiā Bar. in l. ij. ff. de Car. edi. & in l. De
d uita. in prin. ff. ol. mat. vbi per Bal. & per Imo.

P. PAV. P. ¶ Inſtrumenta. Circa hoc vide omnino Roma. ſing. delitt. inci. nunquid. & in conſi. cccclxvj. ad finem.

e Iu vſuris. Vide Com. in cōſi. ciij. cum ſuis ſubſcriptionib[g] vbi ponit que dicātur proprie paraphernalia, & quid de fructibus naturalibus vel induſtrialibus ponit, vide ibidem.

CLAV. DE SEISS. ¶ Ego recitaui. Vide etiam in materia Bre. conſi. clx. in j. dub.

f ¶ Alo. Vltimo. Vide i l. marit[g]. C. de proc. & q̄ ibi ſcripſi. Item vide circa iſtā materiā in conſil. lxiij. in ij. vol. inci. ſuper dubio quo queritur. Et vide eundem conſi. xlj. in v. vol. in quibus locis habes que dicantur paraphernalia. Et vide etiam omnino in l. maritus. Elle. in l. j. ff. ad legem Fal. poſt Bar. Et quod ſint etiam reſtituendi fructus vide omnino Bar. conſil. cxxv. inci. queſtio talis eſt. & latiſſime omnino Pau. de La. clxxxvj. inci. ſuper primo. Item inquantum dicitur in diſtinctione doctorum in iſta materia quod ſi fructus ſint conſumpti, non teneantur heredes viri, licet teneatur ſi non eſſent conſumpti, an in dubio preſumantur conſumpti. Flor. de ſanc. petro. in ſuſcrip. ad conſi. ciij. Com. de quo ſ. tenet quod ſic. Contrarium tenet Pau. de La. in d. conſi. clxxxvj. Salic. in iſta l. ſi. dicit q̄ creditur marito aſſerenti ſe centum poſuiſſe in vſus communes. Quod intelligit Ant. in conſi. clx. ſi dicat veriſimilia. Secus ſi quātitas eſſet magna, vt per eum. Vide etiam econtra Sali. & Aler. in l. maritus. que eſt l. pe. ff. ad l. Fal. Vide in materia quomodo maritus teneatur ad fructus bonorum paraphernalium, & quid de pēſionibus, Aler. conſi. clxiij. in v. vol. & ibi in d. conſi. clxiij. patet quo modo conſtituantur paraphernalia.

g ALEX. ¶ Legis. Vide Bar. in l. ſi cum dotē. in prin. ſol. ma. Spe. in ti. de coniuncta perſona. quod limita vt per Bal. Inſt. de acti. ſ. item ſeruiana. P. PAV. P. ¶ Circa hoc an & quando cenſeatur receſſum a generali vel ſpeciali, in caſu iſto. & quid ſi ſpecialis eſſet appoſita per vxorem, vide do. Ant. conſi. xxv. ante finem.

De dote cauta non numerata. Rub. XV.

¶ Continua vt in gloſſa, &c.

LEX I.

1 ¶ Scripture publice ſtatur, in eo quod ibi continetur.
2 Inſtrumentis dotalibus hodie renunciatur exceptioni non num. pecu. & ideo ſufficit ſola confeſſio.

a **Item.** Dos confeſſata[a] non numerata, effectualiter non poteſt repeti. h. d. ¶ Contra iſtud op. & videtur, quia inſtrumentum probat, vt l. fi. arbi. tute. Dicunt quidam, quod hic fuit ſcriptura priuata, non publica. Vel aliter dic,
1 dicit gl. & melius, † Scripture publice ſtatur in eo quod ibi continetur, vnde ſi in inſtrumento contineretur numeratio, q̄d notari[b], dicit, dedit & numerauit, in pſentia mei notarij, & ſufficeret. Sed hic continebatur confeſſio tantū, non numeratio, ideo poteſt obiici exceptio non numerate dotis intra tempus ſtatutus
2 j. l. vlti. & auth. ibi poſita. Item op. † quia ſecundum hoc omnes er
b rant, quia inſtrumentum dotale fit de ſola confeſſione[b] Sol. In inſtrumentis hodiernis renunciatur exceptioni non numerate pecunie, & ideo illa inſtrumēta ſufficiunt. Ita intelligit gl. & bene: de quo
c videbitis in l. ſi ex cautione. de non nu. pec. & vide hanc gloſ. [c] quam no. & perpetuo tene menti, &c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Confeſſata. Circa confeſſionem factam de dote, vide aliqua que no. Spe. in ti. de confeſ. ſ. ij. in fi.

b PAV. P. ¶ Confeſſione. Circa materiam exceptionis non numerata dotis, vide late Felin. in cap. ſi cautio. extra. de fide inſtrumē. Et an & quando confeſſio ſola[a] dotis, vbi non conſtat de actuali numeratione. preiudicat marito, vel alijs creditorib. vide late Soci. in l. j. ſol. mat. vbi ponit quando eſt facta poſt contractum matrimonij. Vide etiam late Alexand. conſi. cxlij. in v. volu. vide Barba. conſi. xxxvij. vol. ult. in ij. dubio.

c ALEX. ¶ Vide hanc gl. Vide Bal. in rub. de priui. dot. & Bar. in Aſſiduis. qui pori. in pig. habe.

LEX II.

a * **Quod de suo.** [a]* Dos confeſſata animo donādi, morte confirmatur. h. d. ¶ Opp. ſ. de l. proxima. & j. l. priori. Sol. Ibi fuit confeſſus ſpe future numerationis, hic animo donādi. ¶ Secundo op. de do. ante nup. l. j. Sol. Ibi matrimonium fuit ſolutum diuortio, & ſic donatio tacite reuocata, hic fuit ſolutum morte, & ſic donatio fuit tacite confirmata. ¶ Opp. quando in donatione non interuenit traditio, non confirmatur morte, vt l. Papinia. ff. de do. inter vi. & vxo. Sed hic nulla interuenit traditio, ergo Sol. gl. Mirabiliter hic non interuenit traditio vera, ſed aliquid loco traditionis. Vide iſtam gl. quam no, &c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Quod de ſuo. Adde quod ſi depono, vel mutuo nomine tuo, iſtud habetur loco traditionis, per iſtam gl. ſecundū bal. in auth. ex teſtamento. C. de collat.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Dos Confeſſata. De iſtis confeſſionibus dotis recepte, que quotidie fiunt per maritos, vide per Bar. & doc. in l. in his rebus. ſ. ſi vir. ff. ſol. ma.

LEX III.

1 ¶ Exceptio non numerate pecunie, opponi potest cõtra scriptu
ram priuatam continentem pecuniam numeratam.

IN dotibus. Marito, & cuilibet, qui do
tem recepisse confessus est,
licet exceptionem non numera. dotis proponere intra
tempora hic constituta. h.d. ¶ Op. hic dicitur, in doti
a bus, [a] quas datas esse &c. si in instrumento dicitur dotem datam,
ergo non potest dici non numeratam esse, vt ff. l. j. Sol. Bl. mirabili
ter hic loquitur in instrumentis priuatis. qõ dixi ff. l. j. habet locum
1 in publicis. Et vide istam gl. quam tene menti. Et sic not. quod li
cet in instrumento priuato, vt in apodissa, contineatur vere pecu
niam esse solutam. tamen potest opponi exceptio non numerate pe
cunie, & aduersarius habebit necessario probare pecuniam nume
ratam, vt l. assueratio. & Lex cautione, ff. de non nu. pec. & ibi de hoc
2 dicam. ¶ Nota ex hac l. † quod in dotibus possunt constitui duo
b rei licet non possit interuenire fideiusso, [b] vt j. ne fideiuss. do. den. dic
vt ibi, &c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Op. hic dicitur. Sed tu adde casum. in quo no. vtrum
isto tempore erit tutus vt dixi in l. per diuersas. & l. ab Anastasio.
ff. man. Adde Ang. in l. predia. ff. de acqui. pos. per gl. & doc. in l. si ex
cautione. de non nu. pe.

b ALEX. ¶ Fideiussor. Vide no. Bart. in l. si constante. ff. quoties.
sol. ma. Et istum tex. cum hic no. per Bar. in l. fi. intellige vt per eũ.
in d. l. si constante. in viij. q. j. partis. sol. ma. Et cum Bar. hic transit
Bal. simpliciter, & Bal. in l. j. ff. ne fideiuss. do. dentur Bar. in l. si qui
dem de duo. reis, & ibi quatenus non possunt restitui duo rei credẽ
di in dote, sed debendi sic, & Jm. in d. l. si constante. in ver. contra rẽ.
& Spec. de do. inter vi. & vro. ff. pe. ver. illud & ff. fi. ver. item no. quod
alius, vbi tenet indistincte quod sic per tex. in auth. quod locũ. Vi
de Bal. in l. in contractibus. ff. j. de non nu. pec. Aler. Adde que cõ
sulunt Pau. de Ca. consi. clxx.

AVTHENT.

QUod locum. Ista authentica limitat temp⁹
opponende exceptionis, nõ nu
merate dotis, &c.

---

a De dona. inter vir. & vxor. [a] Rub. XVI.

¶ Continua vt in glossa, &c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Inter. Adde quod scripsi post Bar. ff. eo.
P. PAV. P. ¶ Inter. Ad validitatem sine ad validandam do
nationem inter vir. & vxor, vide Cepol. caute. cxij. & in materia hu
ius ti. vide omnino que habes ad Bar. in rub. ff. eo.

LEX I.

a BOna. [a] Donatio inter coniuges morte do
nantis confirmatur etiam si fine he
rede decesserit. hoc dicit. Ro. licet legata que relin
quuntur ex testamento, vel ab intestato non va
leant, nisi adeatur hereditas, tamen donatio, que
fit inter coniuges, confirmatur hereditate non a
dita. ¶ Quid de do. causa mor. vtrum ad eius confirmationem re
quiratur hereditatis aditio? Cogitabitis, &c.

ADDITIO.

a AND. BAR. ¶ Bona. Adde l. sequentem. & quod ibi no. Bart.
in l. j. §. mortis causa. ff. de do. causa mor. & ibi quid in do. cau. mort.
¶ Bona. Ro. quid in do. causa mor. vide late Lu. Ro. in l. mortis.
ff. de do. cau. mor.

LEX II.

a SJancillam. [a] Milites non possunt donare
suis ancillis concubinis. h.d.
* Per hanc l. dicebat do. Rich. Mal. quod clericus non
potest donare concubine, * quia est miles celestis militie,
sicut hic dicitur de milite armate militie, vt no. j. l. miles. ff. de re. iu.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si ancillam. Vide Bar. in l. affectionis. ff. de do. ¶ Ad
de de clerico Pet. de Anch. consi. ccxxviij. de milite. Bal. consil. cc
xxvij. cclxxviij. iij. libro.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Concubine. An autem hoc habeat
locum in militibus nostri temporis, & an talis donatio firmetur
iuramento, vide Ro. consi. xlij. in iij. dub. nu. v.

LEX III.

DOnatio. Donatio facta ab vxore viro, eius mor
te confirmatur. Et post mortem vxoris
dona. a socero in generum statim perficitur. h.d. &c.

LEX V.

JVt proponis. Morte soceri dõatio fac
matur, si filia superuiuit. h.d. hec no. l. &c.

LEX VI.

a ETiam si. [a] Licet quis suum alterius nom
deponat, donare nõ videtur, & q
vxor querit in dubio presumitur de bõis viri. h.d. ¶ Vi
bene istud prin. Et vide gl. j. quam no. multum singu
riter, & sic. not. quod ex his verbis non presumitur donatio. Ha
tenet gl. & tex. in l. donationes. §. pe. ff. de do. & ibi dixi. Habui de hi
cto, & sis memor huius. &c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Etiam si. Vide hic apostil. in l. j. per Bal. in l. si vxor.
de condi. inser. Bar. in l. facultas. de iur. fi. lib. x. in fi. quid autem
concubinis, dic idem secundum Bal. per istã l. j. ff. de nat. li. vide
c. significauit. extra eo. tit. Item no. sing. quod licet titius rem
meo nomine deponat, non videtur mihi donare. Pau. de Ca. no
tra in l. Publia. in prin. ff. depos. & ibi vide.

LEX VII.

JEx voluntate. Donatio inter viros
veros non vale
inter putatiuos. h.d.

LEX VIII.

JFructus. Breuiter dicit. Fructuum non
donatio inter coniuges.

LEX IX.

ESi de tua. Dominium rerum emptarum
pecunia viri, pertinet ad vxorem
ei sunt tradite, sed pecunia repetetur. h.d. in summa, &c.

LEX X.

JMaritus quodam. Expoliatus an
te omnia est re
stituendus & separatorum separata habenda est ratio. h.d.

LEX XI.

JCut cessat. Donatio annua valet traditione
secuta, sed ex ea nõ datur petitio
hoc dicit, &c.

LEX XII.

SJ maritus tuus. Per speciem hy
potheca videtur
reuocari donatio facta coniugi. h.d. ¶ Ro. hanc
inst. de le. ff. si rem. & ff. idem rescripserunt. Sol. fi
presumitur reuocatio istius donationis. quam legati. Pabu
biliter clare hic & in l. si. ff. j. ff. de do. & sic facit hec l. mar. qui
ritus pignorare arnesia, siue iocalia, & alia aduentitia
ris, que sibi donauerat, videtur donatio reuocata, nec
tur morte. Et hoc si poneremus illas donatas esse quod no.
a tuo, [a] &c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Ro. perpetuo. Et dixi in l. iij. ff. si credi. de le. iij. &
nino Bar. in l. rem legatam. in fi. de admen. leg.

LEX XIII.

SJ quidem ante. Donatio non tollit
pothece competen
tori, & hypotheca non porrigitur ad res perfecte
hoc dicit.

LEX XIIII.

EX verbis. Qui confirmat illud quod
dere. h.d. ¶ Aduerte, quia hec est notabilis lex
circa hanc l. reuoco in dubium an ista donatio
vt legatum & fideic. tanquam donatio morte confirmata.
l. variat. nam alibi videtur dicere quod inducit legatum.
detur dicere contrarium. Veritas est qõ nõ inducit legatum
deicom. vt ex tex. manifeste colligitur. Et ideo pro huius
a tione [a] dicas, aut est certum quid voluerit testator per
stamus certo, vt hic. in princi. Aut est dubium, & tunc
erat per se valida, nec exigebat confirmationem morte, &
ad eam non porriguntur, vt l. si quando. in prin. ff. de leg. j.
rebat confirmationem morte, & tunc aut morte sola
tanquam donatio: & ista verba ad eam non porriguntur, vt
cant legatum, vel fideic. vt hac l. sed vt ostendatur donatio

luntarie confirmatam, aut morte forte non confirmatur, quia ex ce
debat legitimam fuminam. vt j. eo. l. donationes. tunc ad illã por-
riguntur. vt inducatur legatum, vel fideic. Ita debetis intelligere
hic. ¶Ultimo dicit gl. quod hec lex est argumentum ad confirma
tionem priuilegiorum, vt in fi. gl. Vide de hoc vt extra de confir. vti.
vel inuti. examinata.[b]

ADDITIONES.

ALEX. ¶Declaratione. Adde Bal. in l. si quando de leg. j.
ALEX. ¶Examinata. Vide etiam que diximus in apostil. in l. im-
puberem. §. qui codicillos. ff. de fal. & Bal. hic.

LEX XV.

Si non verum. Simulata venditio ius cre
ditoris non impedit, & dona
tio reuocata non impedit dominium ad heredem transire.
hoc dicit.

LEX XVI.

Emptum nomine vxoris quando presumatur donatum.

a **Si filij.** [a]Hec est no. lex valde. Ex emptione facta no
mine alicuius, donatio non presumitur, si ei,
b cuius nomine emitur, non tradatur: alias presumatur. h. d.
[b]Reuoco in dubium: quomodo quis potest probare fecisse ani
mo non donandi. Ju gl. hic sunt opi. breuiter glo. nec hic, nec alibi
ponit veritatem eius. Veritas est hec, quod licet nomen vxoris in
seratur in instrumento, si tamen ipsi marito traditur, non vxori. p̃
sumitur non animo donandi. Vic est tex. hic si diligenter inspicias,
& vide text. Simile habes. ff. si quis alteri, vel sibi l. ij. probatur j. de
castren. pec. l. ij. ij. vj. Sic debet intelligi ff. famil. erisc. l. filie cuius. &
quod ibi diximus. Sed si alicuius nomine emitur, & sibi traditur, presu
mitur donatio. Ita intelligo hic in fi. Facit. ff. de dona. l. antepen. in
prin. & quod ibi diximus in lij. §. nec castrense. ff. de collatio. &c.

ADDITIO.

ALEX. ¶Si filij. Ad hoc no. vide Bal. post gl. in l. si instrumenta.
C. de fide instr. & in. hast. ff. li. r. & Bal. in c. j. de feu. pos. & in l. vxor ma
rito. ff. e. vbi gl. ad no. facit l. si tibi. §. is cui. ff. mand. & que habentur
in l. multum. ff. si quis alteri vel sibi, & dum diximus an ex contractu vxo
ris queratur viro. adde plene Bal. in l. si vxor. C. de cond. inser. Itẽ
adde gl. in l. scripture, & ibi Bal. C. de fide instru. quod valet instru
mentum quo cauetur, quod maritus emit pro se & vxore sua, & etiã
hic. Bal. hic alle. tex. in auth. de non ali. §. emphyteusim.

LEX XVII.

Debis. Si maritus res vxoris consumit, & pati
te, presumitur donatio, ideo tenetur qua
tenus est locupletior, si ea inuita, totum repetitur. h. d.
hec no. lex quotidiana, &c.

LEX XVIII.

A Marito. Rei donate inter coniuges non trans
fertur dominium, nec confirmatur se
cundo diuortio vel si prius donatarius moriatur, vel si fue
rit reuocata, &c.

LEX XIX.

Iconstante. Inter socerum & generum, valet
donatio. h. d. &c.

LEX XX.

Creditor. Mulieri facta venditio, per creditorem
viri, de pignore liberato, nullius est mo
menti. h. d.

LEX XXI.

Proprijs. Quod expenditur ab vxore pro
marito, non repetitur, si in eius vti
litatem non conuertitur.

LEX XXIII.

Ite. Valet donatio inter socerum & generum, nec reuo
catur penitentia. h. d.

LEX XXIIII.

a **Res vxoris** [a]Breuiter dicit hec l. nota. Dona
tio inter cõiuges cõfirmatur mo
rte naturali, vel ciuili ex qua libertas perditur: sec⁹ si per
1 ius expectat. h. d. no. ex hac l. quod licet legata & fideic. fint nulla a
liqua mortua ex pena. vt l. eius qui. ff. de test. tamen donatio facta
inter cõiuges, remanet firma. Quid erit in alia simplici donatione,
verum secuta donatione valeat gl. tangit hic. Tu dic plenius in l.
post contractum. ff. de do. & ibi plene diximus. Ly. tangit aliquantulum
de do. dam. l. si quis post hac, & vide gl. tuam notabilem. ¶Ulti
mo no. quod quanquã aliquis sit deportatus, potest reuocare do
nationem quam fecerat. vt hic in fi. & j. ff. eo. quod fa
cit. an alle qui fecit testamentum antequam ingrederetur religionẽ
efficiens religiosus possit aliqua reuocare. [b]tene menti.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Res vxoris, circa med. facit. vtrum don. cau. mor. sor
tiatur effectum post mortem ciuilem. vide gl. in decretis tenentem
quod sic, per istum tex. in l. placuit. el ij. xvj. questio. & hic adde Bal.
in l. sed si mors. & gl. ponit hic, &c.
b ALEX. ¶Reuocare. Vide Bal. in d. l. sed si mors. & plene in aut.
si qua mulier. ã. de secun. nup.

AVTEENT.

r ¶Testamentum damnati ad mortem, non valet.

Sed hodie. Ista auth. corrigit l. codicis in
aliquo, in eo quod dicit, quod
nemo ex supplicio fit seruus. & vide gl. & no. ibi duz di
1 cit quod nemo ex supplicio fit seruus, de superuenien
tibus loquitur, & ideo qui damnantur hodie ad mor
tem, efficiuntur statim lata sententia serui pene, & ideo eorum testa
a mentum, vel codicilli non valent tene menti.[a]

ADDITIO.

a ¶Tene menti. adde Bar. & doc. in l. si is qui. §. j. ff. de test. & in l. qui
vltimo. ff. de penis.

LEX XXV.

a **Donationes.** [a]Donationes, que ratione
matrimonij, vel potestatis,
impediuntur, morte confirmantur. secus si aliud impe
b dimentum [b]accidat tunc enim confirmatio expressa re
quiritur, que retro non trahitur. in tacita vero secus. h. d. ¶Not.
illud quod diximus in summario. ¶Ho. ratihabitionem retro trahi. vi
dictis ad Macedo. l. fin. & materiam huius l. videbimus. in l. ij. ã. de
inoffi. dona.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Donationes quas parentes. Limita non procedere
in marito & vxore putatiuis. quia tunc morte non confirmatur se
cundum Bal. no. in l. tãquam. j. de fide. per tex. vnicum in l. cum hic
status. §. si quis sponsam. ff. eo. facit in fi. l. j. de condi. ob cau. adde l.
si ex voluntate. & ibi Bal. j. eo.
b P. PAV. P. ¶Impedimentum. Et imo si non valet ratione omis
sa insinuationis, & non confirmatur morte, vide Com. consil. xxviij.
inci. defuncto dato. post prin. Item adde singulariter quod si dona
tio fiat per patrem filio propter benemerita. si non probentur be
nemerita, non confirmatur morte, vide Crem. singulari cxxxix. Itẽ
quando non valet ratione omissa insinuationis, an confirmet mor
te, saltem vsque ad quantitatem permissam, vide Soci. in l. si inter
virum. in j. not. §. sed si mihi. de ver. obli. Sal. hic.

LEX XXVI.

a **Donationes quas diuus.** [a]
1 Inter principem & Augustam valet donatio incontinẽ
b ti. h. d. ¶Utrum maritus doctor, vel miles [b] teneatur
vocare vxorem suam dominam. hic tex. facit quod sic. Consueuit de
terminare contrarium, quia quandocũque quis habet priuilegiũ
propter me, eo non vtitur contra me, me inuito. vt l. si index circũ
uento. ff. de minoribus. & l. amicissimos. ff. de excusat. tut. Sed vxor habet di
c gnitatem [c]propter virum. vt l. femine. de sen. ergo illa dignitate seu
priuilegio non vtitur contra virum eo inuito. Item facit hic tex. ibi
vt pote imperialibus contractibus legis vicem obtinentibus.
a ¶Not. quod contractus celebratus ab eo, qui habet potestatẽ
d condendi l. habet vim legis. [d]Probatur hic & in l. Cesar. de pu.
3 Et ex hoc dico quod si ciuitas ista facit aliqua pacta cum aliquo
publicano, vel alio, vel cum alia ciuitate, quod iudex huius ciuita
tis debet pacta illa seruare, sicut statuta communis. Licet enim a
lias pactum non nocet nec prodest de se. nisi paciscentibus. vt d. l.
si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. tamen pactum ciuitatis poterit no
cere omnibus, quibus ipsa ciuitas poterat imponere legem. Er p
e hoc ego determino vnum dubium [e]in l. ij. §. si actor. dere iu. scilicet
questionem talem, si dicitur in instrumento syndicatorio ciuitatis
quod aliquis constituitur syndicus ad obligandũ ciuitatem, & bo
na ciuitatis, & singularum personarum, vel ad obligandum, ciuita
tem, & singulas personas, vtrum ex hoc poterunt conuenire singu
4 le persone, & eorum bona. Ego determino sic. quo syndicatus fuit
celebratus in concilio habente authoritatem faciendi statutum in
ciuitate, syndicat⁹ ille habetur pro l. vt hic, & d. l. Cesar. Ideo facit,
quod bona ciuium singulorum poterunt capiquia obligata sunt,
qz sicut per proprium concilium possent bona ciuium obligari, sic
& per talem syndicum constitutum. Ho. bene ista que dicta sunt.

ADDITIONES.

a POMA. ¶Donationes quas diuus. Ad istaz l. vide aliquid per
Fel. in c. cum non liceat. de preser. & Bar. in c. licet ex suscepto. in x.
casu. Pan. ibi de foro comp. vbi dicit, quod ista lex habet etiam lo
cum inter Regem, & Reginam, & Aller. in l. quanquam. j. de re. mil.
Bar. inc. ceterum. de iud. & Jas. in auth. ex testa. j. de col.
P. PAV. P. ¶Donationes. Adde quod eo modo est inter patrẽ

z filium, vide quod scripsi in l.frater a fratre.ff.de cond.indeb.z illa questio quomodo inter patrem z filium valeat contractus.

b ALEX. ¶Vel miles. Vide Bar.in l.si post.§.fi.de contratab.

c ALEX. ¶Dignitatem. Per hanc l.Bal.fin.in c.i.§.item sacramenta.de pa.in.fir.dicit valere donationē factam a Rege filio suo in potestate. Adde Oldr.consi.cclxxviij.

d P.PAV.P. ¶Habet vim legis. Vide que habes ad Bar.in l.Cesar.ff.de publ.

e ALEX. ¶Dubium. Vide Bar.in l.ciuitas.in prin.ff.si cer.pet.z viri post Bar.in l.Cesar.ff.de publ.Bal.hic videtur tenere contra Bar.z refert z ibi etiam sequitur Bal.in l.ea.l.§.de condi.ob cau. in barone vel alio non subiacente alterius territorio.

LEX XXVII.

Iynus. Breuiter dicit. Si donator capiatur ab hostibus, z ibi decedat, vel si donatarius capiatur z post mortem donatoris redeat, donatio confirmatur.h.d.

De repudijs.& iud.de mo.sublato. Rub. XVII.

¶Continuatio vt in glos.&c.

LEX I.

Matrimonium. Per amissionem ciuitatis non tollitur matrimonium, dos tamen ex equitate repetitur. h.d. ¶Ho.hic videtur casus quod marito exbānito, qui perdit ciuitatem suam, vxor possit repetere dotem, glo.hic[a] dicit quedam alia non multum pertinentia ad hanc legem, z dic vt in ea.

a

ADDITIO.

a ALEX. ¶Matrimonium.gl.hic. Vide Bar.in l.si constante. ff. solu.matr.

LEX II.

Iberum. Mulier non tenetur sponsum vltra triennium expectare.h.d.

LEX V.

Dissentientis. Diuortium filie non est in potestate patris, misi ex causa, si nulla fuerit emancipata nullo modo.h.d.[a] In l.autem C.dicitur quod non potest soluere matrimonium pater sine filia, in aut. dicitur contrarium.h.d.

a

ADDITIO.

a POMA. ¶Per istum ter. Decidunt communiter doc.in l.ū.§.qs si in patris.ff.sol.mat.quod per adulterium non lucrabitur marit⁹ dotem in preiudicium patris. vide ibi late per Aler.circa princ.in ver.ex quo aliud.

AVTHENT.

Contra. Ho. †quod factum filij non debet nocere patri, z sic facit ad questionem, quaz videbitis in l.ex consensu.§.eo. ¶Secundo no. †quod cuius consensus.in cōtrahendo requiritur, eiusdem requiritur in dissoluendo, non habetis hic alia.

1 2

LEX VI.

Licet repudij. †Vide gl.tuam hic, z sic vas licet in citati notitiam non peruenerit. Vidistis ✱ l.ab eo. §.quomodo z quādo iuder, †facit quod sufficit protestationem fieri ad domum, z vt plene dixi in l.iij.§.pretor.ff.de dam.infe.

1 2

LEX VII.

Vxor. Vxor que per quadriennium de marito noua non habuit, palam nubens adulterij euitat periculum.h.d.

AVTHENT.

Hodie. [a]Hic videtur esse casus, quod fama cum iuramento officialis facit fidem.h.d.

a

ADDITIO.

a ALEX. ¶Hodie. Fama cum iuramento officialis facit fidem, z ita per istum ter.consuluit Bar.in cons.cxcj.inci.domino Paci.de Burgo.in primo volumine.

LEX VIII.

Consensu. Matrimonium non potest dissolui sine causa legitima hac lege expsa, mulier contrafaciens perdit dotem, [a]z donationem propter nuptias, z intra quinquennium non nubet, vir cōtra faciens dotem reddit.[b] z donationem perdit, z ad probationē eorum domestici admittūtur, z quod ex his cauus alter cōiugum lucratur, filijs ex eodem matrimonio reseruatur.h.d. ¶Ho.hic qō [c]per familiares, [c]z domesticos admittatur probatio, licet alias nō admittatur talis probatio. Primo habes authen.sed nouo. Secundo habes auth.quod hodie.

a b 1 c

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Perdit dotem. Et dum in hac l.dicitur, qs pene adtere est quod perdat donationem ante nup.z dotem. Quid de donis paraphernalibus. vide in l.j.de adul. Item quid si vnus frater latus est dotem sibi reddi, vel etiam pater sine stipulatione dotem, an preiudicet sibi vide gl.in l.si dotē.vbi Bar.§.de iure dotz gl.§.eo.l.dubium.z hic. Et an isto casu mulier debeat alij viro dere, vide Bar.in l.vbi.C.de iure dot.z vide gl.hic.

POMA. ¶Consensu. Et no.singulariter quod hec l.consensu.i solum habet locum, vt mulier committens adulterium dote.d natione propter nupt.priuetur, si mulier viuo marito adulteri committat, sed etiam habeat locum in vidua, que mortuo mar stuprum commiserit, vt similiter z ipsa, quia tunc dotem z donem propter nup.amittit. vt egregie vult Pau.de Ca.consi.cl inci.reuocatur in dubium.in ij.vol.z consi.cliij.co. vol.z in Lodo §.de his, quibus vt indig.per gl.ibi, z in l.fideic.post gl.ibi.de fideicom.licet contrarium teneat Aler.in d.l.sororem.vnico fundato, cui respondet Pau.de Ca.in d.consi.clxvij. quod credo non videratz no.preterea quod hec l. non solum habet locum z don.propter nup.sed etiam in rebus paraphernalibus. gl.in c.pleruncq.extra de do.inter vir.z vxo.de qua facit §. fing.cccxj. Et an hec lex procedat in ea que est adultera vide Pano.consi.iiij.vol.j. Considera autem, nunquid cum in sponsis, si quid dedissent, vel altero ipsorū communicationem, vt illa amittant, per ea que habentur in c. quidum.de iureiu.z vide de illa opi.Pau.aliquid per Fed.consi.z ad hec etiam vide Pano.in c.gaudemus.de conuer.coniug.

b P.PAV.P. ¶Dotem reddit. Vide Comen.consi.clxv.in inci.domina Andriola.vbi dicit quod vxor dicitur ciuiliter aggad separationem thori z restitutionem dotis. Ite dum dicitur quod mulier cōmittens adulterium, perdit dotem. quid in vidua vide Jas.contra Pau.de Ca.in l.fideicommissum.C.de fide.In cōtrarium, vide eum in l.ij.in prin.fol.ma. vide Felic.pastoralis.

c ALEX. ¶Familiares. Adde plenius in c.veniens.el.de test.z in c.iij.loco.de proba.z in c.cum dilecti.de elect.z quod no. Lyn.in parentes.de testa.z Bartol.in l.in tantum. ff. de re.do.z quod detur in l.interrogari.C.de quest.z Bal.in d.l.parentes.z Bart.in l.si quando.§.vnde vi. dicit etiam Bart.in l.ley que tutores.per illum ter.§.de admi.tut.quod quas massaritias habuerim in domo possum probare per domesticos, z familiares. Et qualiter procedat, hoc.quod testes non integre probent. vbi alia probatio deberi non potest. declarau in apostilla post Imo.in repe.c.quamuallis.de iureiur. Aler. ¶Adde qui testes admittantur. z qui sufficientia indicia cum mulier de adulterio accusatur, Ron.in cccclj.z an mulier de adulterio accusata.possit testari de eunden consi.cclxxxvj.an autem si mulier accuset virum. allo.z violentia commisit adulterium. z non probat qualitermen maritus sit cōfessus, quod commisit adulterij. an debeat niri, vide per eundem consi.clxvij. Et quando alia probatio non potest. an sufficiat per coniecturas. vide Fed.consi.cxlij. P.PAV.P. ¶Familiares. Contra tamen hic no. videtur literis.z ibi vide do.Franc.consi.xiij. Item quod in casibus ctis plus credatur domesticis, quam alijs. vide Felyn.in c.extra de test. eundem in d.c.in literis.in ver.ij.falsit. Item adrationem huius regule quod in his que sunt difficilis probaadmittentur testes. qui alias non admitterentur. vide Ant.consi.xxiij. qui declarat qualiter istud debeat intelligi, non bene probant. Item limita vt per Felyn.in d.c.in literis.in veniens.in gl.fi. extra de testi.in c.de cetero.co.ti.z in c.cetero extra de proba. vbi ponit limitationem z declarationem, quam Ant.Bu.in d.consi.de quo §. Item pro ista regula multe lat Jas.in l.si quis ex argentarijs.§.pretor air.ff. de eden. vbi habes quod sufficit leuior probatio. Item singularem limitanem, z declarationē, quam ponit Ant.de Bu.in d. consi.de qu adde Jas.qui eum sequitur z commendat in l.fi. ff. de his qui vt ind.in l.j.in fi.C.de summa trinit.in j.lect. Item ad regulam Aler.consi.xxiij.in ij.volu.z consil.cccv.z ccxj.z per eundem pupillo.§.si quis ipsi pretori.de oper.no.nunc. vide Matth. no no.ccc.limita dup liciter per Jas.in l.cum ea que.C.de tra in l.in illa.ad fi.de ver.obli.

LEX IX.

Iconstante. Diuortium potest fieri consensu.h.d.

LEX X.

Causis. Si vir intra biennium non potest rem cognoscere, eam iuste potest mittere. hoc dicit.

LEX

LEX XI.

Iubemus. *Qui mulierem accipit sine dote, & eam sine causa repudiauerit in tertia parte bonorum punitur. ita tamen quod centum aureos non excedit, quæ pœna applicabitur filijs, si extant. Idē ecōtra in muliere, & iudicium de moribus erit sublatum.[a]

ADDITIONES.

CLAV. DE SEISS. ¶ Iubemus. Non potest ergo petere dotem qui non probat sibi esse promissam, quod limita per l.ij. & iij. & vbique not. Bal. ff. de dot. promisso. Item limita aliter vt per eundem Bald. in l. fina. in vltim. colum. ff. de sentent. quæ sine cert. quantit. scilicet nisi mulier talis esset diues. & nollet dotem dare.

a ALEX. ¶ Sublatum. Inquantum hic dicitur, quod iudicium de moribus est sublatum, intelligo quātū ad detractionē, vel ad compensationem dotis, vt hic no. latius in l. res iudicata. ff. sol. mat. Sed quātum ad hoc, vt vir possit illā male moratam castigare, dic quod potest. vij. q. j. sicut alterius. Intelligas moderate tamen, vt vi. no. xiij. q. iij. duo ista. Similiter pōt castigari quilibet de familia, Ll. de his qui sunt sui vel alieni. iur. imo si esset clericus in minoribus constitutus habens vxorem, potest bene tenere isto casu vxorem in cōpedibus. vt c. placuit. xxxiij. q. ij. & quod maritus habeat coertionem morum. tenet Bal. in l. j. de epis. & cler. & vide Bar. in l. milites. ff. qui iudicati. ff. de re iudic. &c.

Soluto matri. quemad. dos petatur. Rub. XVIII.

LEX I.

Dabium. Æstimatio ancillæ dotalis, electione mutilieri reservata facit sibi partū ancillæ deberi, hoc dicit.

LEX II.

Secundum Nec contrahendo, nec quasi pater, potest filia in dotem præiudicare, hoc dicit.

LEX III.

Ignorans Dos data seruo p̄ matrimonio putatiuo, ab ignorante repetit, & filij sunt liberi. licet spurij. h. d.

LEX IIII.

Dos a patre. Summat seipsam. Hic sunt opi. vtrum ista lex debeat intelligi mulitere decedente in matrimonio sine liberis, vel cum liberis, & con
a sueudo approbauit quod intelligitur muliere decedente[a] in matrimonium sine liberis. Hoc examinabo plene in l. post dotem. ff. sol. matri. & quis sit effectus ibi plene dixi.

ADDITIO.

a ¶ Muliere decedente. De materia vide Alex. cōsi. ccv. cōsi. dxlv. Ant. in consi. cr. vide Soci. in l. ad iur. ff. de condi. & demon. & ista consuetudo procedit. si stent in terminis iuris communis, alias secus, vide late Bar. & alios in l. post dotem. in v. q. ff. solut. matri.

LEX V.

2 Mos qualiter probetur.

***Iquidem.** *Captiuitas vxoris non facit locum repetitioni dotis, sed mos.

b d. d. ¶ Quero, qualiter probatur, [a] aliquē esse mortuū.

a El. que est. hic dicit per publicā famam. Alij dicunt cōtrarium. & vide istam gl. quam no. alibi, in l. ij. §. si dubitetur. ff. quēadm. test. ape. videtur dicere q̄ requiratur. i. semiplena probatio. Alibi dicitur quod debet aliter probari, vt l. si de sua. de acqui. her. Quantū est pro modo. primo habemus videre cui incumbat onus probandi. an ei qui dicit aliquem mortuum, an alij qui dicit vivum. breuiter prout dicit text. in simili in l. si minorem. de in integrū. quandoq; quis fundat intentionem suam ex vita alicuius. & tunc debet probare ipsum viuere, non autem sufficit probare ipsum iam fuisse viuum, vt l. qui spadonem. §. qui absolutus. ff. de cert. iuto. Quandoq; quis fundat intentionem suam ex morte alicuius. & tunc debet probare mortem. hic casus est hic, & d. l. ij.

b §. si dubitetur. ff. quemadmo. testa. aper. ¶ Quero secundo, [b] quaritet probatur aliquem esse mortuum. & vt dixi vobis alias, aliquē esse mortuū. est oratio priuatiua, quod est idem, quod negatiua, q̄ dicere aliquem esse mortuum, non est dicere, nisi aliquem non
2 esse viuum. Et ideo videtur † quod mors non possit probari directe. tamen est tantum coarctata loco, vel tempore, quod potest probari. Item recte possum dicere, ego vidi eū mortuū. Ita vides gl. nostram. similem habemus de vi. tri. & oic. leg. l. vnum. & de erogatione milita. anno. lj. lib. xij. tamen proprior modus loquēdi esset, vt de morte deponeret per signa, vt q̄ habet signa hominis mortui. sicut dicimus de demente, quādo aliquis vult probare aliquem dementem, vt l. nec codicillos. j. de codi. & l. quidam in suo. ff. de contra. iuditu.

c ¶ Item sufficit quod quis dicat eum vidisse sepeliri, [c] vel quod interfuit sepulture, vt hic dicit glossa. iste probationes videntur probare directo, prout possibile est: tamen ista probatio deberet adhiberi, quando ponitur quod est mortuus de recenti, & in loco propinquo. sinautem esset mortuus ab antiquo, vel in loco longinquo. vt in bello, tunc sufficit probare per fa
d mam, [d] vt hic gl. & bene. ¶ Item posset etiam probari mors, si esset elapsum tempus annorum centum, ex quo ille non fuit visus, quod est longissimum vite tempus, vt l. finali. supra de sacrosanc. eccle. Si non esset mortuus de propinquo, sed in partibus remotis, tunc gl. videtur velle, quod sufficit probatio per famam ciuitatis sue, quod satis placet. argu. l. cum quidam. §. quod dicitur. & ibi no. ff. de acquiren. hered. Tutior tamen. & magis propria proba
e tio esset per famam [e] illius loci, in quo dicitur esse mortuus, vt videtis in aut. hodie ō. tit. proximo.

ADDITIONES.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Siquidem. Contra istam legem videtur esse. l. si quis sic. ff. sol. ma. sed respondet Alex. in l. fi. eod. ti.

a ALEX. ¶ Qualiter probatur. Cui incumbat onus probandi, &c. vide quod not. Imol. in d. §. si dubitetur. & in l. sed & si de sua. de acquir. hered.

b ALEX. ¶ Quero secundo. Vide hic, & Bar. in l. ij. §. si dubitetur. ff. quemad. test. ap. per Bar. in l. genero. in fin. & ibi Bald. ff. de his qui not. infam. & Bar. in l. is qui potest. de acq. here. & in l. cum quidam. §. quod dicitur. eo. tit. & Nicol. Matth. & Bal. in l. ex persona li. de proba. & Buil. alias Bul. in l. ab hostib. ff. ex quib. caus. maio.

P. PAV. P. ¶ Quero secundo. Vide ad Bart. in l. ij. §. si dubitetur. ff. quemad. testa. ape. adde Fel. in c. postro. ad fi. extra vt lit. non contestat. Ex forma autem statuti papien. disponitur, vt probedo per vocem. & famam. vide in statuto xxx. in statutis ciuilibus.

c ALEX. ¶ Sepeliri. Quod sufficit ad probandum mortem quam ru dicunt. ego vidi eam sepeliri. Et ter. per istam gl. in l. conditionum. de condit. & demon. ibi. exequias. Alex.

d POMA. ¶ Per famā. Et dicit Bar. illa i tali casu haberi p̄ plena veritate. & isto casu ista probatio per famā habetur pro plena veritate. secundum Bal. in l. in bonefidei. ff. de re. cre. vide Old. consi. cj. & vide Alex. consi. j. in iij. Vide ad hoc etiam Alex. consi. xxv. volu. iij. & consi. lxxv. eo. vol. & consi. cxv. eo. vol. & cōsi. clxxij. alias ccxxvij. eo. & consi. xv. in prin. vol. v. & vide Fel. in c. cum causam. de prob. & in c. veniens. de test. in ver. elir. & seq. versi. v. vltra ipsos. & in c. series. eo in ti. & Le. consi. xxij. & Fel. in c. cū nobis. de præscr. & Barb. consi. viij. vol. j. & consi. xl. eo. vol. & consi. lx. eo. vol. & consi. v. vol. ij. & consi. xviij. vol ij. & Aret. xxxvij. & gl. in c. & ibi addidi. de præscr. in vj. & Bal. in l. conuenticula. C. de epis. & cler. & Alex. consi. iiij. vol. ij. vbi ponit quomodo intelligatur antiquum, & quod in rebus deantiquo. & sic que sunt difficilioris probationis, admittantur leniores probationes. vide etiam Alex. consi. clxxxvj. vol. ij. & ibi etiam ponit quomodo intelligatur antiquum. & quod in his que sunt difficilioris probationis, non. Vide etiam Alex. consi. lxvj. vol. iij. vbi ponit pulchrum casum. & quod in his que sunt difficilioris probationis, vide etiā Alex. consi. xcviij. & seq. vol. ij. & quod imo in his, que sunt de antiquo admittatur probatio per solam famam. vide d. Alex. consi. xvj. vol. v. & crvj. eo. & qs in istis que sunt difficilis probationis, vide Bal. consi. cclxxxiij. in secunda parte.

e ALEX. ¶ Famā. Per Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæ.

LEX VI.

Circunscripta. Si maritus vel vxor in rei æstimationem sunt decepti cuilibet succurretur. h. d. Distinctio quam ponit hic gl. est text. de iur. do. l. si reus. §. j.

LEX VII.

Filie. Breuiter dicit, ex causa depositi, pater potest filio auferre profectitia, nisi sit dos. h. d.

LEX VIII.

Nec maritus. Breuiter dicit, exceptio ex illo iure ne quis connemetur vltra quam facere possit non prodest ei, qui postea dives efficitur, & ad heredes non tradit. h. d.

LEX IX.

Dotis. Actione sibi competenti debet quis agere, non sua authoritate possessionem intrare. hoc dicit.

LEX X.

Si socero. Socer, qui dotem recepit pro filio, pro ea conuenitur insolidum non de peculio. hoc dicit.

Si dos constante matrimonio soluta fuit. Rub. XIX.

¶ Dos quomodo repetatur.

LEX VNICA.

a * ¶ Si dos constante[a] mat. soluatur sine causa, potest repeti a muliere, z etiã ab heredibus eius. h. d. ¶ Op. ſ. de iur. dot. l. vbi, z de repu. l. j. ¶ Huius timore dicit gl. no. super rubr. z dos soluitur quandoq; ex causa necessaria, quandoque ex probabili, quandoq; ex voluntaria sine aliqua causa. Ex isto tertio modo loquitur lex nostra, z vide gl. tuam. ¶ Op. secundo solu. matri. debet dos reddi mulieri, vel eius heredi, vt ſ. titu. j. l. ſi quidem. ff. sol. matri. l. vlt. in prin. Unde si vir repetit sol. matri. dolo facit, q; petit quod restiturus est, vt regula dolo facit, hic dicitur contrarium, quare male. Huius timore dicit gl. hic ideo repetit vt retineat fructus, vt lucretur fructus intermedij tẽporis, vel dic, quod hic vir pactus erat de lucrando, ita dicit gl. quam vide. ¶ Aduerte, quia quod vir repetat, vt retineat per annum, videtur cõtra. l. ſi donaturus. in fi. ff. de cõdi. ob caus. z cõtra. l. nupta. ſ. j. ff. sol. matri. Sol. ille leges loquũtur cum peteret, hec lex loquitur in repetẽdo. Repetit enim quod soluit decept⁹ amore maritali, z ideo facilius cõceditur repetitio, quam ipsa petitio principalis. De hoc habemus regulam iuris que dicit, magis fauendũ est repetitioni, quã aduentitio locro viri, vt in reg. nõ debet. ſ. j. de reg. iur. z de ista materia plene dixi in l. ſi socer. ſ. lucius. ff. solu. matr. ¶ Ad euidentiã

b dic. quod vir non potest soluere dotem constante matrimonio, suo fauore, q; videtur donare. Sed quero, si non vult vti isto fauore, an sit liberatus solutione, ita quod mulier non possit repetere ab eod. Jaco de Ere. hic tractat istam materiam multum late, z Cyn. recitat eam. Finaliter determinant quod liberetur. Et credo quod male, q; gloſſ. tua determinat contrarium. ff. sol. matri. l. vlt. in fin. j. gl. Et est tex. in l. ſi. ff. de iu. do. in aut. de nup. ſ. dotes. Fateor tamen, quod si ex illa solutione mulier esset effecta locupletior, vir liberaretur magis iure compensationis quam solutionis.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Si constante. Matrimon. autem soluto potest l. ui vxori, vide Roma. consi. cxc.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Si constante. Ad huius l. limitationem z declarationem vide Bar. in l. ſi constante. in prin. ff. sol. mat.

b ALEX. ¶ Ad euidentiam. Vide quod no. Bal. in aut. ſi qua. ad Velleian. maxime in versi. pone, sequitur etiam Bald. in l. final. in princip. ff. soluto matrimonio.

a Ne fideiussores,[a] vel mandatores dotium dentur. Rubr. XX.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Ne fideiussores. Pro ampliatione huius titu. vide Aler. in l. ſi dotem. ſ. ſi mulier. ff. sol. matri. Pro limitatione autem z cautela contra hanc dispositionem vide late Paul. de Cast. cõſ. clxix. z seq. circa quam z de multis alijs limitatiõibus, vide Aler. in l. ſi constante. ſ. quoties. ff. sol. mat. Item quod legi vel statuto prohibenti ne aliquis recipiatur fideiussor, z quod non possit renunciari etiam cum iuramento, quando fauore publico est factũ, vide Barb. consi. lxviij. vol. iij.

LEX II.

1 ¶ Pignus pro dote quando possit dari. nu. 1.

2 Preceptis legum renunciari non potest.

Generali. Hic Imperator ampliat constitutionem precedentem. ¶ Oppo. de iur. do. l. cum dotis. Sol. Vir bene accipit fideiussorem ab vxore, vt l. contraria. non vxor a viro. Et ratio satis

1 apparet. ¶ † Quero, quid de pignore? a Certe potest pignus dari, vt ſ. qui potio. in pig. habe. l. assiduis. licet quidam contra direxerint. Ratio, q; in datione pignorum non generatur in matrimonio causa perfidie, quod intelligo, quando vir dat pignori bona sua, secus si daret pignori bona extranei, q; tunc esset eadem ratio, que in datione fideiussoris. ¶ Quero, an ante annum possit

* vir dare fideiussorem. Dic vt in gl. ¶ Quero, an solu. matri* possit dari? Bl. dicit quod sic z bene. Dic vt in eadem. ¶ Quero, an alius potest pro viro dotem accipere, z se obligare. Dic vt in gloſ.

2 ¶ † Quero, an possit dari fideiussor pro dote restituenda, cum hic tex. prohibeat solum pro dote conseruanda? Blo. determinat quod non. Dyn. tenet contra. in d. l. ſi constante. ſ. quoties. ſi solu. matr. Jnn. videtur tenere glo. in c. per vestras. de dona. inter vxo. vxor. Et istam opin. ego teneo. Ad rationes Dyn., plene respon-

3 deo in d. l. ſi constante. ſ. quoties. ¶ † Ultimo quero, an huic lex

* possit renunciari. Breuiter gl. tua* determinat quod non, q; ubi legibus precipientibus non potest renunciari, q; prohibet Imperator, z hic precepto legis non potest renunciari. Et hoc est quod diceb am tibi in aut. sacramenta. ſ. ſi aduer. vend. quod quando

b tutum[b] dicit, † quod minor non possit contrahere sine consen-

4 duorum consanguineorum, etiam si iuret ipse in contrarium non venire, quod tale iuramentum nihil proficit, zc.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ De pignore. Adde Cyn. z Bartol. in l. ſi constante. ſ. quoties. solut. matr. Pro hoc alle. l. quamuis. ff. de sol. z ibi Bal. sed tu istum text. limita, quod non potest prestari cautio si mutuum non sequitur. l. Titio. ſ. titio genero. de condi. z demo. in fin. z ibi gl. Bal. z Jmo. z vide que diri in fin. seq. apostil.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Sol. ma. Item an hec lex locum habeat in extraneo dotante, tangit hic gl. z determinat q; non. Sequitur Saly. contrarium notab. dicit Jmo. in l. ſi constante. in prin. ff. solu. matrimo.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Glo. tua. Istam glo. limitat Bald. generaliter. ſ. de episc. z cler.

b ALEX. ¶ Quando statutum. Bal. dicit quod tale statutum valet, adde quod singu. not. Bal. in l. fin. C. de senten. er bru. ci. Et de hoc quod dicit Bar. hic est casus no. in l. non dubium. de legi. ibi. prohibuisse sufficiat z ibi, nec specialiter. quod no. cit ad id quod no. Bar. in l. mutari. in princi. de procur. Et ad predicta adde Bar. in l. ſi quis pro eo. in princip. in versic. diri etiam. ff. de fideiuss. z quod ipse multum not. dixit in l. de his. de transac. Et adde cautelam circa istum titul. vt no. Spec. in tit. de donatio ter virum z vxor. ſ. j. ver. illud quoq; videlicet vt fideiussores cum periculo dotem recipiant, z ambo sunt rei debendi insolidum. Et ibi etiam ponit formam instrumenti. ad quod vide supradicta. Et quod istis legibus precipientibus z annullantibus nõ possit ipso iure renunciari sine iuramẽto tenet Bal. in aut. ſi qua. ad velleia. z l. antique. ſ. fin. in fine, eod. titu. Ad idem glo. no. in c. vlti. de presbend. z Bal. hic z ad istam gl. vide que scripsi post Jmol. in l. ſi cõstante. ſ. quoties. solut matrimo. z cum dicto huius l. concordat gl. in authen. vt sine prohi. ma. ſ. j. in aut. imo. C. de actio. z obliga. Paul. de Castr. in consi. ch. z seq. z consuluit contra. Bar. hic in d. l. ſi quis pro eo. Sed q; ista fideiussio firmetur iuramento, fact. q; phibitio nõ dirigitur, nisi in fideiussores, facit etiã id. q; possit saluari, sine meritu salutis eterne, zc. dat etiam ibi cautelam contra istum tit., vt in instrumento de per se, aliquis vt principalis promittit, q; de hoc non loquitur iste titul. z cessat ratio legis. Nisi tamen, q; si fieret instrumentum indemnitatis per virum, suspicio fraudis. Sed Bal. contra in l. ſ. ad velleia. ¶ Addi. ma. consi. cccl. xxxij. z cccclxxvij.

De actione rerum amotarum. Rub. XXI.

LEX I.

Compensationis. Contra actionẽ de dote ob[a] citur compensatio de rebus amotis, hoc dicit. Cla. aliter, Mutue petitiones debent eodem tempore determinari, hoc dicit.

LEX II.

Duorũ. Hec actio competit soluto matrimonio eo constante agitur in factum, h. d.

LEX III.

Derebus. Hec actio datur contra heredes, quatenus ad eos peruenit, hoc dicit. Summa.

De fundo dotali. Rubr. XXIII.

LEX I.

Estimata. Fundi dotalis alienatio voluntaria est prohibita, non necessaria. Hoc dicit.

Dicor

Diuortio facto, apud quem liberi morari, vel educari debeant. Rubric. XXIII. I.

LEX VNICA.

Licet apud quem liberi alantur facto diuortio, in arbitrio iudicis est. h. d.

AVTHENT.

Ipater ista authentica, statuit nouum modū, apud quem liberi debeant educari. Et vide eam quia clara est, &c.

De alendis liberis. Rub. XXV.

LEX I.

Parentum querit gl. vtrum filius debeat debita patris soluere. Dicit quod non, & bene, vt ff. de lib. agnos. l. si quis a liberis. §. parens. Querit glo. an frater teneatur alere fratrem. [a] Certe sic, vt l. qui filium. ff. vbi pupil. educ. deb.

ADDITIO.

a ALEX. Fratrem. Adde gl. & Bar. in l. si quis. §. vtrum. de liberis agnoscendis.

LEX III.

Icompetenti Mater potest agere contra patrem, vt filium alat. hoc dicit.

LEX IIII.

Filius an debet habere alimenta.

Ispatrem Pater officio iudicis cogitur alere filium non ingratum, & debet prius de filiatione constare. h. d. ¶ Not. ex principio, quod filius ingratus non debet habere alimenta. Cause autem ingratitudinis, que repellunt a successione, ille repellunt ab alimentis. ¶ Querit gl. † quid si constat esse filium, non tamen legitimum. Et vide gloss. fi. ibi, & si constiterit. Hoc intellige de filio spurio. Nam naturalis debet ali, vt j. tit. ij. auth. licet. Item spurius debet ali de iure canonico, extra de eo qui duxit in matri. quam polper adulte. c. cum haberet, &c.

---

a De naturalibus liberis. [a] &c. Rubr. XXVII.

Dictum est ſ. de concubinis, nunc de his qui ex eis nascuntur.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ De naturalibus liberis. Not. quod naturalis, & bastardus idem sunt. vide Aler. cō. si. cxxviij. Que autem dicatur concubina. vide d. Fran. cons. xlviij. in princ. omnino, an succedant naturales, spurij, manzeres, incestuosi & similes, siue ascendentes, siue descendentes, siue transuersales, vide late Bar. in trac. de succ. ab intest. latius Ang. in §. fi. in auth. quib. mod. na. effic. sui. Item qui dicantur spurij, & qui naturales & qualiter succedant & qualiter cōmunitas puniatur, & multa in materia bastardorū, vide per d. Bapt. cacialu. in repetitione l. si qua illustris. C. ad orlic. & vide per eundem in eius tabula. Item an de iure fforum prohiberetur filius naturalis instituī plus quam in vna vncia, vide Aret. in l. si is qui. ff. de vul. & pup. in l. Lucius. eo. tit. Item quod nati ex coitu punibili non succedant. Et quid si aliquis nasceretur ex coniugato sed ex soluta, licet committatur adulterium ex parte viri, tamē succedit, vide Soci. in l. Pau. §. qui si is. de libe. & posth.

LEX I.

1 ¶ Pater an possit vendere filio spurio.

2 a Legatum factum filijs spurijs, per quos reuocetur.

Senatores Viri in dignitate positi. si ex vilissimis mulieribus filios legitimos habere voluerint, sunt infames, & quod eis vel eorū alteri titulo donationis [a] vel emptionis tradiderunt, per personas legitimas retractatur, quibus cessantibus venit fiscus, que res per eius questores poterit indagari. h. d. ¶ Diuide in duas partes principales. Primo ponit personas. Secundo dat remedium cōtra fraudes. Secunda ibi, ipsas etiam. ¶ Item prima subdiuidis in tres, qz primo ponit patrem. Secundo filios. Tertio vxorē. Secūda ibi, ita vt quicquid. Tertia ibi, sed si vxori. Item secunda subdiuiditur in alias tres, qz primo dat remedium contra occultantem res. Secundo contra fraudem adhibitam in contractu. Tertio contra negligētiam personarū. Secunda ibi, siue itaqz. [b] Tertia ibi, quod si existāt. Per istam lin. ver. siue itaqz per ipsum, &c, † do. Jaco. de Bel. in quadam disputatione reprehendit gl. que est in l. qui testamentum. ff. de prob. que videtur permittere patri vendere filio spurio. hic videtur text. in contrarium. Item per hoc [c] quod dicit eo ipso quod res patris reperitur apud istum filium spurium, presumitur ista emptio facta in fraudem, & per interpositam personam. Facit ad hoc j. e. l. iij. ver. & qō de subeunda. ¶ Item no. ex fin. [c] huius l. † quod quando relinquitur filijs spurijs, admittuntur ad reuocandum [b] certe persone hac l. nominate, quib. cessantibus venit fiscus, vt hic dicitur. † Et licet hec l. loquatur proprie in filijs spurijs natis ab hominibus positis in dignitate, tamen Azo in sum. huius tit. & gl. in l. hereditas. j. de his qui, vt indig. intelligit hanc l. etiam in quolibet spurio. Quam opi. non sequor, imo indistincte dico, quod illud quod palam relinquitur spurio, ad heredes scriptos reuertitur, vt l. Lucius. §. in testamento. de leg. j. circa fi. tit. Et istam materiam de spurijs, plene examinaui ff. de his qui, vt indig. l. fina. & l. hereditas. j. eod. tit. &c.

1 2 3

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Donationis. Dum hic dicitur, non posse donari filio spurio, dicas secus in naturali, qz omnia possūt donari. Text. est no. & secundum doc. in l. omnes. §. Lucius. de his que in frau. cre. ¶ Adde Roma. cons. cccxvij. & cccclxxxviij. & xlviij.

b ALEX. ¶ Siue itaqz. Adde Bar. in d. l. qui testamentum. Aduerte tamen, qz ista l. secundum Bar. non excludit veram venditionem, si probatur veram esse, imo fortius non potest emere ab eo, qui emit a patre, secundum Bar. in l. si is qui. de vulg. & pupil. Quid autem si frater instituat istum spurium, etiam in bonis paternis, an possit, Bal. hic quod sic. & in l. eam quam. in princ. C. de fideicommi. Et ad istam materiam, vide Jac. de bel. in quadam disputatione, &c. ¶ Adde quod frater fratrem spurium instituere possit. Bal. cons. v. j. lib.

c ALEX. ¶ Not. ex fin. Adde sing. modum relinquendi filio spurio positum per Bar. per. per illum no. ter. in l. si is qui duos. de li. leg. & vide Bar. in l. quod conditionis. ff. de dona. causa. mor. & Angel. post alios in l. ij. de here. insti. vbi dicit quod instituat filium, & grauet eū de restituendo Regi Frācie, qz verisimile est, quod Rex non peteret hereditatē restitui. Bal. cōtra in l. hac edictali. §. omnibus. de secun. nupt. Utrum autem id quod relinquitur spurio, reuertatur ad heredes scriptos vel ad quos, vide Bar. in l. hereditates. §. fin. de his qui, vt indig. Idem Bal. hic & quid in relicto facto filio naturali vltra quam capere possit, vide doct. in l. si is qui solidum de vulg. & pupil. ¶ Adde modum relinquendi spurio. Bal. cons. xxx. Ro. cons. xlix. in fi.

b P. PAV. P. ¶ Ad reuocandum. No. quod isti duo menses, qui dātur ad retractandum alienata vel relicta spurijs, alias admittantur, secus procedit si fiscus aufert, alias perpetuo admittuntur vementes ab intestato, vide Bal. in c. naturalis, si de feu. cōtrouer.

LEX II.

a Matre [a] Si pater naturalis habet matrem, & legitimos liberos, naturalibus vt indignis, & eorum matri, vsqz ad vnciam relinquat, vel matri semunciam, & quod vltra relinquitur, predictis legitimis reseruatur. h. d. Vide habes auth. nunc igit, &c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Matre. In hac l. est gl. multū peregrina. Illud quod dicitur hic, in vna vncia, disputatur in gl. Hoc an sit verum, vide gl. in l. fin. de reg. Cato. & l. Plautius. & ibi vide per Jmo. de condi. & demonst. & in l. ex facto. §. Julianus. ff. de vulg. & pup. circa fin. ¶ Adde quomodo succedant naturales, Bal. cons. iv. j. lib.

LEX III.

Si quis Si pater suos naturales curie propie ciuitatis tradiderit. vel si sit natus ex Regnicolis, & alicui ciuitati, que prouincie caput obtineat, tradiderit, potest eos insolidum instituere, qui dictam conditionem non poterunt recusare, si bona paterna reperti fuerint postea possideri. h. d. ¶ Not. quod

1 a quod oritur ex villa, [a] vel vico, oritur originem ex illa ciuitate, cui villa, vel vicus ille subest, & in gl. de epis. & cler. l. nulli. §. quod si vi-

2 co. ff. ad mun. l. qui ex vico. ¶ Secundo no. † quod patria, & ciuitas idem important, ibi quod si alteruter ram regalia ciuitatum patria, &c. ad quod facit. ff. de legat. iij. l. vxorem. §. legauerat. & dixi plene

3 in l. ij. de verb. signifi. ¶ Tertio no. † quod presumitur repudiatio fraudulenta ex hoc, qz bona repudiata postea quis incapax reperitus est possidere, de hoc & in l. j. & ij. j. de rep. here. & ibi per Lyn. & ff. de acqui. here. l. si is qui bonis. facit ad illud quod dixi in l. post contractum. de dona. ¶ Ultimo gl. signat hic quedam arg. contraria, & non soluit, vide eam ibi, ar. contra, de opp. pub. l. fin. Sol. Quando vtrunqz potest pariter fieri, est laudabilius fouere antiquos, vt ibi, sed si vnum tantum potest facere, laudatur vnum facit, aliud, vt hic, sequitur in glo. ar. contra. de decur. l. nullus, sed hic per se mulier non potest seruire curie, sufficit ergo quod nubat curiali.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Ex vsu. Vide Bar. in l. ij. de verb. signifi. Et sic no. qꝫ non licet filios spurios vel naturales adoptare, hic z in aut. quib. mo. effi. leg. §. fin. Et de hoc nō licuit, ne hoc, quod est vna via prohibitum, alia concedatur.

LEX IIII.

Quoniam. Naturalis curie deputatus, si onus agnoscit, bona patris repudiare non potest. hoc dicit.

LE V.

Dui constantini. Cum lex in preteritum quid indulget, in futurum vetat, z ex hoc sumitur exemplum. ff. de legat. l. cum lex, ꝛc.

LEX VI.

Cabemus. Hac lege permittitur naturalibus, quolibet titul. dari, z relinqui, z possunt per sequens matrimonium, z per adoptionem legitimari, hoc dicit.

LEX VII.

Legem. Per hanc l. declaratur quod precedens lex non habet locum in natis ex coitu reprobato, z habet effectum vsqꝫ ad diem presentē, scilicet, ab hinc in antea non licet naturales legitimari per adoptionem, vel arrogationem. h. d.

LEX VIII.

Amanitatis. Naturales matre z legitimis liberis non extantibus, ex voluntate expressa, inter viuos vel vltima voluntate vsqꝫ ad sex uncias patri succedere possunt: ab intesta. in nihilo.

AVTHENT.

a Licet patri. a Ista aut. hodie continet quid inter filios hodie disponatur in relinquendo filijs naturalibus. ¶ No. hunc text. ibi, hi ergo z parentibus partem prestant pietatem, ꝛc. quod sicut ipse pater tenetur alere filium, ita filius patrem, vt dicit hic Azo in summa, z in aut. vnde hec sumitur, ꝛc.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Licet patri. Vide ad istam aut. Rom. consi. xliij. in iij. dubio. z aliquid per Bret. in l. si is qui. ff. de vulg. z pupil. z colligge ex ea quod pater potest ex testamento totam suam hereditatem filio naturali relinquere, quod sentit Bar. in l. j. ad si. ff. de bo. pos. contra tab. z Alex. consi. suo. lxxix. volu. ij. in ver. preterea. z est text. de hoc quem ibi ponderat Bal. in l. si. §. eod. z ponit etiā Bal. in l. j. ff. quo. iono.

P. PAV. P. ¶ Licet patri. Circa istam aut. adde si certarent legitimi z naturales, qui repudiarent, an succederent naturales exclusa coniuge, vide pulchre Alex. in l. Lucius. de vulg. z pup. Rom. cōsi. xliij. Et quod naturalis contra voluntatē patris non succedat, vide que scripsi in l. j. ff. de bo. pos. contra tab. ad Bar. nūquid pater succedat filio spurio, vide Alex. cccxij. Nunquid autem spurius possit petere alimenta in foro seculari, vide late do. Fran. cur. consi. xlviij. vide etiā Imol. in l. lucius. ad si. de leg. j. q nota. in contrarium vide Ange. de Are. in §. legati. insti. de leg. z insti. de iure nat. in princ. z in tra. suo test. in versi. pater reliquit filio suo spurio. ad si. z pro ista opi. vide etiā omnino Soci. consi. clxj. in ij. part. per totum vide etiā Bal. in aut. ex complexu. j. de incest. nupt. dicens hoc non procedere in filio incestuoso, Fel. ibi ale. in apo. quid in filio clerici qui dicitur incestuosus, vt ipse not. in l. si quis incestus. eodem titulo vide etiam Sali. in dicta authentica ex complexu, qui tangit vnum, videlicet quid in herede vel filio sacerdotis. vide Bar. in consi. cxix. Item dum consuluit Are. quod non possit coram iudice seculari, contrarium consuluit do. mar. so. vt refert cacialu. in l. si quā. ff. ad o2. item adde quod opin. Imol. tenet Alex. in l. j. sol. mat. z ibi etiam tenet secus esse in dote. Itē circa illud quod dictum est de filio clerici, vide in cōtrariū Bart. in l. fi. §. j. ff. de his que in frau. cre. an autem dicatur incestuosus filius clerici, vide gl. Sali. z alios in l. ij. C. de epis. z cle. cacialu. vbi s. z de eo quod dictū est an in foro ciuili, vide Jas. in aut. res que. communia de leg. Fed. in c. ecclesia. §. Marie de consti. ver. ex quib. resultare possunt. Alex. cōsi. liij. in iij. vol. vbi tenet q nō habet locū in terris imperij, licet contrariū teneant alij de quib. s. Vide etiā Bar. in c. que tibi. de testi. pro alia opi. vide Lorse. in c. grandi. de sup. negl. prel. rrvj. Sed cōmunis opi. est quod seruetur etiā in terris Imperij. Vide Decius in c. clerici. de iudi. vbi tamen dicit quod debent peti coram iudice ecclesiastico. Vide eundē in c. ecclesia sanctorum. de cōsti. Et ibi etiā ponitur an valeat statutū quod filius spurius non possit instituī. De quo vide Pau. consi. ccxxvij. Item de materia vide Bar. consi. ccv. z seq. Vide Abb. in cōsi. ccv. in ij. vol. Nunquid autē pater possit donare filio naturali, vide consi. xliij. z consi. xc viij. Item quod pater naturalis non teneatur dotare filiā vide Bal. in c. j. §. donare. qual. olim. feud. pot. alie. Item q spurij nō possunt prescribere, vide Bal. in c. naturalis. ff. de feu. fue. contro. z ibi etiam q per duodecim tabularum nihil disponit circa naturalem, vel spurium, vide Alex. consi. cccxlj. ad fin. Nunquid autē spurius dicatur indignus, vel incapax, vide Bar. in l. j. C. de dona. li. x. Qui autē dicantur spurij, vide s. in rub. istius tit. ad Bar. Jte nunquid pater naturalis ita succedit filio naturali sicut extraneo, vide in Bertach. in versi. pater naturalis. Item quod nō possit relinqui filio spurio, nisi aliquid pro alimentis, z quasdam curas ad interpretandū, z cognoscendū fuisse institutū, z accommodatam fidem tacitam de restituendo spurio, cui non potuit relinqui fisco, an venientibus ab intestato, z de cautelis ad facienda quod non applicentur alijs, vide Jas. in l. secunda ad fin. C. de heredib. instit. An autem valeat statutum quod possint instituī spurij, vide Bret. in l. iij. ff. de testa. post Bar. z alios. Et an item possit relinqui spurio sub conditione si legitimabitur, vide Bretin. in l. si filiusfamilias. ff. de testa. Item quomodo possit relinqui spurijs, vide omnino ad Bartol. in l. fi. ff. de his quibus vt indig.

LEX IX.

a Communium. a Filius legitimatus per oblationem curie, sed non efficitur legitimus non alijs agnatis, nec agnati sibi vsqꝫ ad versi. sed si quidem. Similem ter. habetis in aut. nat. effi. sui. §. filium. Idem forte in eo qui legitimatur per rescriptum alicuius statuti, vt non intelligatur legitimatus, quo ad hoc sunt extra illam ciuitatem, que fecit statutum, aliud in eis qui essent legitimati per rescriptum principis, quod vide, z dico in tractos populos, de sum. trin. z fide catho.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Communium. Vide Bald. hic, z que dixi post eum z Bal. in l. cum in adoptiuis. C. de adopt.

§. Sed si quidem. Filio legitimato per oblationē curie succedunt liberi eius salua quarta pro portione curie. Si vero facti curiales, z nati post oblationem, omnino curiales sunt. h. d.

§. Si vero. Oblatus curie si sine liberis decesserit, succedit mater sua in tertia, in reliquum curia matre non subsistente curia, in paternis, in reli quo cognati succedunt. Sed si cognatus curie se offerat omnia paterna occupat vel ad ea matrem facit admitti. h. d.

a §. Ea vero. a Hunus legis statuta habent locum in his qui post hanc legem decesserunt.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Ea vero. Et de hac legitimatione vide que dixi §. proxi. Et qualiter hec legitimatio fiat, vide Ang. in §. fi. in aut. de mod. nat. effic. sui. z ibi ponit omnes modos legitimandi, z omnes modi no. per gl. in c. per tuas. qui filij sint legiti.

§. Et quoniā. Etiam existentibus legitimis, quis naturalem curie deputatum, modo non minus ei, quam vni legitimo relinquat. h. d.

LEX X.

a Cum quis. a Per sequens matrimoniū cum concubina factum naturales legitimantur,
b tur, b z postea cū legitime natis pariter admittuntur. z
* Bene menti quod ad hoc vt nati ex concubina * per sequens matrimoniū legitimentur, videtur velle ista lex q requirantur instrumenta dotalia, alias bene teneret matrimonium, sed non legitimatio liberorum. Ita tenet gl. Instit. de nupt. §. fi. Contrarium quod dotalia instrumenta non exiguntur, scribitur quod matrimonium cōtrahatur, vt extra qui filij sint legitimati.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Cū quis. Limita singulariter nisi despōsatio fiat in articulo mortis q videret facta i fraudē aliorū, z nō valeret de Feli. i c. presentia. extra de prob. vbi alle. Ang. in aut. sequi. Alex. i l. si quis post̄humos. i prin. ff. de li. z posth. vt hic i apo.

b ALEX. ¶ Legitimant. An z qñ per sequēs matrimoniū filij legitimatio requirant instrumēta dotalia, vide etiam quod dixi Bal. z not. quod ita spurius legitimat per ingressum monasterii sicut per oblationem curie, dictum est Bal. sing. in l. j. C. de fac. sau. eccl. Adde quod Bal. cōsi. cccxxx. j. lib. videtur tenere quod requirantur dotalia instrumenta per c. tanta. z Ang. consi.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Nati ex concubina. Unum notandum mulier est talis que potest esse vxor patris istorum filiorum, possunt legitimari nisi per subsequens matrimonium istis filiis, vide tex. sing. in §. sit igitur licentia. in auth. qui. mod. natu. effic. legi. idem no. Bal. in c. illud. de presump. vel per rescriptū principis adfit clausula non obstāte §. sit igitur licentia. vel si legitimentur Comitem Palatinū, oportet q in suo priuilegio habeat potestatem legitimandi naturales, etiā si pater cōsū possit matrimonium

contrahere

contrahere cum eorum matre: vel q̄ possit legitimare nō obstante d. ſ. ſit igitur licentia. vt tradit pulchre Lepo. cautel. ccxxiij. habens filios. Item ad hoc vt per subsequens matrimoniū filij legitimentur requiritur q̄ illa concubina sit digna matrimonio illius virtualias secus. vt probat tex. z ibi no. Ang. in d. ſ. ſit igitur licentia. ita vult Bal. in d. callud. z Lepol. cautel. ccl. z ccli.

LEX XI.

Nuper legem. [a] Per sequens matrimonium liberi nati ex cōcubina legitimantur, etiā si alij postea procreentur, z tempus natiuitatis, vel conceptionis inspicitur, prout ibi no. videre reperitur, hoc dicit, ista bona lex.

ADDITIO

a ALEX. Nuper legem. Et vide hic Cyn. an existens in articulo mortis possit contrahere matrimoniū? z tenet q̄ sic quo ad legitimandū filios, si autem filios nō haberet non teneret matrimoniū. Pro quo videtur tex. in l. Iulianus, ſ. alle. z adde Ang. cōſi. alle. Bal. consi. ccxxvij. iij. lib. Et adde Bald. in c. naturales, ſi de feu. fid. contr. vbi dicit q̄ ſi q̄s accepit concubinam in vxorem in articulo mortis sciens se cuadere non posse, tenet matrimonium. Hoc est bonum prolis ex eo, quia legitimatus habetur loco posthumi, vt in regula siue culpa, in mercu. in vj. Adde Barto. z Imo. in l. cum tale. ſ. Mevius de condi. z demonstration. per Bald. z Imol. in l. ſi quis posthumos. in fin. princip. de liberis z posthumis. z Bald. in rub. C. de priuil. do. verſicu. consuevit queri. de fidei com. Imol. in l. Ballus. in prin. de libe. z posthu. per Jo. And. in c. tanta. qui fil. sint legiti.

AVTHENT.

Item sine. [a] No. hunc modum legitimandi, de Bel. in corpo. vnde sumitur. Tu dic contrarium q̄ legitimatio existentibus legitimis [b] non prodest nisi in duobus casibus, scilicet quando fit per oblationem curie, z p matrimonium, vt in aut. quibus modis natu. effic. sui. ſ. generaliter.

ADDITIONES.

a ALEX. Item sine. Qualiter intelligatur plene per Bar. in diſpu. rj. inci. habeo filiam naturalem. z in consi. cxx. inci. verucius coraducius in j. vol. recitat Bal. in l. ij. que res ven. nō poſ. z Ang. in ſ. in aut. vt lic. matri. z auie. P. PAV. P. Item sine. Circa materiam huius aut. vide omnino Bar. in rj. q. inci. habeo filiam naturalem. nisi quod non procedat in matre tenet Ang. hic. Crem. sing. cxiij. Item de intellectu huius aut. vide Ang. in l. sepe. ff. de reg. iur. vide oino Mod. in l. neq̄ professio. C. de teſt. late Pau. de ca. cōſi. clxxv. vide Ang. consi. xvij. inci. Comes Brandusius circa fi. vide late Lep. cau. clxx. vide Jaſ. latiſſime duob. mod. in l. tale pactum. ſ. ſi. ff. de pact. z de iure canonico non potest locum habere hec aut. secundum Bar. in d. consi. cxx. ad fi.

POMA. Item sine. Ad istā aut. vide Bal. in l. ij. verſ. nono op. in quib. res. Vide Inno. in c. cū innotuit. de elec. z que requirantur ad hoc vt procedat dispositio huius aut. vide d. Fran. Cur. in neq̄ professio. j. de teſt. z vide Alex. consi. pe. vol. v. z Bar. consi. lxx. Ale. consi. xciij.

b ALEX. Legitimis. Vide Bal. in aut. preterea. ſ. eod.

AVTHENT.

Si quis liberos. [a*] Banc aut. allegauit tiran. ff. de lib. z poſt. Nunquid legitimatio possit fieri per procuratorem, hic videtur casus quod sic, quod no. perpetuo.

ADDITIO.

a P. PAV. P. Si quis liberos. Vide quot requirantur ad hoc, vt locum habeat, Ang. consi. xvij.

* CLAV. DE SEISS. Si quis. Inquantū hec authē. dicit q̄s pater nominando vnum ex filijs natis ex cōcubina, filium sine ad sectione naturalem, videtur etiam legitimare alios: idē esset si sententia lata esset pro vno ex ipsis filijs, secundū gl. in l. ij. ſ. quib. res iudic. nō no. de quo vide Alex. in l. sepe. ff. de re iudic. vbi ponit remissiue de intellectu huius auth. z adde ea que dicit Lepo. ccl. in cip. legitimatis fieri potest. z per Bal. in l. Ballus. in fin. prin. ff. de lib. z posthu. in c. innotuit. de elect.

LEX XII.

Videdam. [a] Appellatio filij sub certa qualitate nō porrigitur ad nepotes, in quibus illa qualitas non reperitur. h. d. Bl. formar vnam q. z vide eā, a vide responsionem in fin. do. Rof. disputauit hanc q. z tenuit contra. Spec. ponit in tit. de suc. ab inte. Ego determinaui istam queſt. secundum determinationem gl. in l. Ballus. ſ. quid ſi is. de lib. z posthu. z fuit anno in castro Hualdi. etc.

ADDITIO.

a ALEX. Videdā. Ista lex hodie manet incorrecta vt in aut. qui bus mod. nat. effi. sui. ſ. de nepotibus. vide tamen ibi gl. z Dyn. in tract. de succeſ. ab inteſt. z plenius per Matheſi. in suo tract. de succeſ. ab inteſt.

P. PAV. P. Quidam. De materia huius singularis legis, vide late Aleran. consil. cccclj. vbi etiam ponit quid in nepote, z filio deportato z heretico, z ibi etiam dicit quod frater spurius potest succedere fratri, etiam ex dispositione patris. Et ibi etiam ad finem ponit quod tales naturales, z spurij non possint prescribere. Nunquid autem ista lex dicens nepotem legitimum ex filio naturali posse institui, habeat locū in nepote ex filio spurio, vide Bar. concludentem quod sic, in consi. cxv. iij. li. incip. odducius corneti. j. vol. z quod non succedant ab inteſtato nepotes legitimi ex filio spurio, etiam matri, vide Aleſ. consi. clxxiij. vol. v. Item an auus mortuo filio naturali, si desponset concubinam legitimentur quo ad ipsum auum nepotes prius nati ex filio, vide not. Aleran. in l. Ballus. ſ. ſi eius. de lib. z posthu.

De testamentaria tutela. Rubr. XXVIII.

LEX 1.

1 Actio pro tutore quod concurrat cum actione negotiorum gestorum vtili.
3 An vna tutela possit cum alia concurrere, z cum qua.
5 Si aliquis ex tutoribus testamentarijs, vel legitimis remouetur, an sit locus datiuo, vel sequenti legitimo.
7 Tutor sub conditione datur a testatore, z non a iudice.
8 Existentia sui heredis confirmat testamentum, quantum ad actionem tutele.

Quem dicis. Breuiter dicit, Tutor non legitime datus, si non administrat non tenetur, si vero administrat tenetur actiōe neg. gest. h. o. Babetis hic duas gl. Una est gl. antiqua super verſi. sponte, que incipit sciens se non teneri. Alia est gl. noua super prin. l. que incip. potest queri hic, iste gl. dicunt multa, z in glo. antiquam. Et
1 oppo. videtur † quod teneatur gerens actione pro tutore, vt ff. de eo qui pro tu. l. j. ſ. deinde alias pe. dicit gl. hic sciebat se non teneri, ibi putabat se tutorem. Alij vt Cy. dicunt quod actio pro tutore concurrit cum vtili neg. gest. quam opi. tenent Moderni, licet gl. hic dicat contra. per l. de pecori. ſ. ad l. Aqui. z l. ſi cum exce. ſ. eum. ff. quod me. causa l. qui bona. ſ. ſi quis opus de damn. infe.
2 Quero quotuplex est tutela. Dicit glo. † quod tripler z ita per ordinem hic ponuntur tituli. Posses addere tutelam anomalam,
3 de qua videbitis in aut. matri, z auie. j. quando muli. † Quero vtrum tutela vna possit cum alia concurrere? Dicit gl. quod testamentaria, z datiua possunt simul concurrere, legitima nunquam cum testamentaria, neque legitima cum datiua. Et vide gl. certe imo quandoq̄ legitima potest concurrere cum datiua eadem ratione qua testamentaria. Facit ff. de legi. tut. l. iij. ſ. qui potest.
4 † Quero que est ratio quare testamentaria concurrit cum datiua, z non cum legitima? Respond. tutele deferuntur secundum quod hereditas, vt Inſt. de legi. agna. succeſ. z ff. de leg. tut. l. j. Sed donec est locus successioni testamentarie, cessat legitima, vt l. quādiu. de acquir. hered. de regu. iur. l. quandiu. z communa de suc. l. antequam. Sed successio datiua, vt ita loquar, potest concurrere cū testamentaria, nam pretor dat bonor. posſeſ. secundū tab. pendē te conditione institutionis, vt l. ij. ſ. ſi sub cōditione. ff. de bon. poſ. secundū tab. † Quero q̄n aliquis ex testamētarijs, vel legitimis,
5 a remouet, a vel excuſat, vtrū sit locus datiuo, vel sequēti legitimo. Bl. distinguit sic, aut remouet morte, aut remouetur tanq̄ suspectus, dic vt in gl. Quero que est ratio b huius, glo. noua circa fi. sui dicit, q̄ q̄n excusatur vel remouetur vt suspectus, remanēt reliquie. Dicit gl. secus q̄n decedit vide gl. Istā rationē cōmuniter tenent oēs doc. z Dy. sequitur in l. ſi quis sub cōditione. ff. e. Que ratio mihi nō placet, q̄ mihil est dicere, que eā reliquie remanent, si aliquis est remotus, vel excusatus, cū omnino secundū cōmunem cōsensum desinat esse tutor non video. Ratio ergo est ista, q̄n alius remouetur iudice hoc agente, vel cogitante principaliter vt eū remouet succedet datiuus: q̄ iudex videtur eū remouere, vt a
c lium ipse det, sed q̄n remouetur morte c vel alio casu, iudice hoc nō agente, vel nō cogitante vt eū remoueret, succedit legitimus. Illud dicit tex. in l. ſi quis sub cōditione. ff. eo. Et simile obseruāt La
6 noniste, † q̄n ecclesia vacat in curia, nō succedit in collatione Episcopus qui est legitimus, sed remanet apud Papā, q̄ vacabat in curia, sed q̄n aliter vacat, succedit Episcopus. Venio ad gl. nouā.
7 † Querit gl. quare tutor a iudice nō potest dari sub conditione, a testatore sic. Bl. ponit plures rationes. Ista est vera, q̄ quando testator dat sub conditione, remanet iudex qui pōt prouidere pupillo cōditione pendente. Sed si iudex daret sub conditione non esset alius qui prouideret, vnde lex vult quod ipse iudex prouideat

incontinenti. ¶ Secundo format gl. vnam questionem ex qua resultat indissolubile, Tutor est datus filio in testamento, vtrum facto inuentario ante aditam hereditatem possit administrare? Et ostenditur quod non, q̃ videtur perplexitas, vt in glo. Bl. dat duo remedia contra hanc perplexitatem. Dic vt in ea. Veritas est ista,
a † q̃ existentia sui heredis confirmat testamentum, quantum ad datationem tutele, ideo q̃ pupillo est vtile quod habeat tutorem, ꝛ dixi tibi in l. j. §. si vt se ab hered. absti. ¶ Querit gl. an tutor datus in testamento si confirmetur dicatur testamentarius vel datiuus, ꝛ an datus in testamento minus perfecto valeat inter liberos? dicam. j. titul. j. l. vlt.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Remouetur. Et vide plene in l. si sub conditione. ff. eo.
b ALEX. ¶ Est ratio. Sed Bal. hic tenet contra Bar.
c ¶ Morte. Vide Bug. cons. xcvij.

LEX II.

Et si a patre. In his que eodem tempore confirmantur si possunt simul concurrere compositionis ordo non inspicitur. Tene menti hanc legem perpetuo, q̃ hoc anno habui de facto. ¶ Op. faciendo secundum procuratorem reuocatur [a] primus, vt l. si quis cum procur. §. fi. de procur. Solue vt in gl. hic nota licet diuerso tempore dentur, eodem tamen tempore confirmantur, ibi statim cum datur recipit suam confirmationem, quod facit ad quest. de duobus statutis contrarijs in eodem volumine repertis, eodem tempore confirmatis. De quo hic per Cyn. ꝛ ego in l. omnes populi. de iusti. ꝛ iure.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Reuocatur. Adde quod no. in l. si hereditas. §. in tutelis. ff. eo. ꝛ in l. fin. ff. eod.

LEX III

Si tutores. Licet vnus ex pupillis ad etatẽ adultam peruenerit, alterius tutela non finitur. hoc dicit.

De confirmando tutore. Rubr. XXIX.

LEX I.

Testamento. Tutor datus a matre non habet necesse se excusare, nisi confirmetur. hoc dicit.

ADDITIO.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Tutor. Vide ad intellectũ ꝛ limitationẽ huius l. ꝛ l. mater. §. tit. j. Roma. consi. clxxviij. in princ.

LEX II.

2 Tutoris datio in testamento nullo, an valeat.
3 Tutor testamentarius confirmatus, an sit datiuus, vel testamentarius.

Neque per epistolam. Tutor non potest dari a patre in voluntate imperfecta, sed datus debet legitime confirmari. h. d. ¶ In hac lege veniunt querenda duo. † Primo an
1 hec lex sit correcta per l. hac consultissima. §. ex imperfecto. j. de testa. Bl. hic videtur velle q̃ sic, quam vide. Idem videtur tenere gl. supra tit. j. l. j. in gl. noua, quam vide. Bl. etiam tangit in d. §. ex imperfecto. ꝛ ff. eo. l. qui a patre. † Istam opi. teneo quod non valeat datio, q̃ priuilegiũ datum filijs non debet retorqueri in alterius preiudiciũ, vt l. impuberi. ff. de admi. tuto. Sed si testamentum esset nullum, nõ valeret tutoris datio. Hoc verum, nisi testamentum esset nullum ex causa preteritionis, q̃ tunc indubitanter valeret datio tutele, per aut. ex causa. de lib. prete. ꝛ in corpore vnde sumi-
